# PROCESSUS IUDICIARIUS IOANNIS PELSIJ, POST EIUS OBITUM...

Johann Pels, Christoph Wintzler, ...

Digitized by Google

NAZIONALE
13
8 A
61
VITT. EMANUELE

Ex Bibliotheca
majori Coll. Rom.
Societ. Jesu

13-28.a.25
28 C
2/6 C

Digitized by Google

Digitized by Google



Digitized by Google

# PROCESSVS IVDICIARIVS IOANNIS PELSII,

POST EIVS OBITVM recognitus, locupletatus & in lucem editus.

*OPERA CHRISTOPHORI VVINTZleri I. V. Lic. Electoris Colonienſis Conſiliarij.*

ACCESSIT HVIC EDITIOni Tractatus de Iurisdictione Epiſcoporum Germaniæ.

SOCIET. IESV BIBL. SEDIS PROVINC. COLON.
VITTORIO EMANVELE BIBLIOTECA

COLONIÆ

Apud Gerardum Greuenbruch.

ANNO M. DC. XIV.

Digitized by Google

Digitized by Google

# REVERENDIS-SIMIS, SERENISSIMIS, AC ILLVSTRISSIMIS DOMINIS, DOMINO ERNESTO, DEI GRATIA *Electo & confirmato Archiepiscopp Colonienſi, Sacri Romani Imperij per Italiam Archicancellario, Principi Electori, Episcopo Leodienſi, Administratori Ecclesiarum Monasterienſis, Hildisheimenſis, & Frisingenſis, Principi in Stabelo, Comiti Palatino Rheni, ſuperioris & inferioris Bavariæ, VVestphaliæ, Angariæ & Bullionis Duci, Marchioni Franchimontano, Legatoq; nato, &c. Ac Domino* FERDINANDO, *Dei gratia electo & Confirmato Coadiutori & Administratori Ecclesiarum Colonienſis, & Bergtesgadenſis, Comiti Palatino Rheni, ſuperioris & inferioris Bavariæ Duci, &c. Dominis ſuis Clementiſſimis.*

CVM annis proximè elapſis, Reuerendiſſimi, Sereniſſimi, ac Illuſtriſſimi Principes, Domini Clementiſſimi, in celeberrima Vniuerſitate Louanienſi ſtudiorum cauſa agens, Proceſſum hunc iudiciarium inter reliqua ipſius authoris ſcripta, poſt diligentem multarū rerum obſeruationem, longamque experientiam maximo labore congeſtum



Digitized by Google

reperirem? mihi tanquam de thesauro aliquo inuento admodum gratulabar, eumq; descriptum ad priuatos meos vsus reseruare cogitabam, Verum cum permultos, etiam doctissimos, ob singularem perspicuitatem & elegantiã, summo illius habendi desiderio teneri, omniaq; inibi contenta ad quotidianum vsum maximè accomodata viderem; operę pretium & rem pluribus non ingratam me facturum existimaui, si votis illorum annuendo, ac quantum in me esset respondendo, eundem ad promouẽdam vtilitatem publicam prælo cõmitterem, & quibuscunq; cõmunicarem. Priusquam tamen in tanto aliorum, qui in eodẽ argumẽti genere doctissimè scripserunt numero, certi quicquã apud me cõcluderem, & tractatum hunc delicatissimo hoc seculo tam varijs hominum censuris subiicerem, quorundam doctiorum iudicium & sententiam exquisiui, quibus vbi propositum meum non improbari, sed plurimum laudari vidi, confidentius & maiori cum diligentia rem aggrediendam duxi. Itaque ex integro iterum atque iterum eundem relegi, allegationes omnes inspexi, si quæ inordinata & confusa, ad ordinem & distincta capita redegi, summaria cuique capiti præfixi,

Digitized by Google

fixi, rerum ac verborum Indicem adieci. Insuper vt non iis solum Tribunalibus, quorum stylum sæpius refert, verum & Curiæ vestræ Ecclesiasticæ Colonien. in specie subseruire posset, eius Processum (cuius Illust. Celss. Vestræ omni tẽpore singularem rationem habuerunt ac etiamnum habent) locis oportunis inserui; Clarissimorum quoque & in praxi laudatorum Doctorum auctoritatibus passim illustraui, tandemque typographo non vllius ambitionis sed communis vtilitatis ergò, ad diuulgandum commisi. Laboris quantum in ea re subierim, facilè censere poterunt ij, qui aliquando in simili versati sunt arena. Subiui interim lubens, tum quod me meosq; authori ratione consanguinitatis, & piæ fundationis pro summo in patriam amore liberaliter relictæ, deuinctos agnoscerem, tum quod qualis qualis sit, totus bono publico, cui me planè deuoui, destinaretur. Cæterum Reuerendissimi, Sereniſſimi, ac Illustrissimi Principes, quia me, licet immeritum, non ita pridem in numerum Consiliariorum vestrorum adscisscere voluistis, & absque eo tanquam originarium vnà cum authore, subditum ad quæuis obligatum habetis; hinc Reuerendiſ. ac Illustriſs. Serenit. Vestris in aliqua-

qualem grati & prompti animi ſignificationem, cum alius modus deſit, totum quicquid eſt, humiliter offero & conſecro. Vos oblatum ex innata erga quoſcunque beneuolentia, non tam ex pretio quam propenſo offerentis animo clementer ſuſcipite, & ſub auguſtiſſimi nominis veſtri ſplendore, omnem inuidiæ ac obtrectationis nebulam diſſipantes, authoris meamque operam reddite gratiorē. Deus ter Opt. Max. Reueren. & Illuſtr. Seren. Veſtras ad ſuam gloriam & totius patriæ ſalutem diutiſſimè ſeruet incolumes. Coloniæ Vbiorum ipſis Nonis Septemb. Anno 1598.

*R. marum ac Ill. marum Serenitatum*

*veſtrarum*

*Humillimus ſeruitor*

*Chriſtophorus VVintzler*
*I. V. L.*

Digitized by Google

# CLARISSIMIS ET CONSVLTISSIMIS VIRIS, D. PRIORI, ET RELIQVIS DOCTORIBVS AC Professoribus Facultatum vtriusq; Iuris celeberrimæ Vniuersitatis Louanienſis, Dominis ſuis multis modis colendis.

SI non, Clariſſimi Domini Doctores, honeſtæ voluntatis fiduciâ, ac publicæ vtilitatis ſtudio, ſed ambitione quadam, aut inſanabili, vt cum poëta loquar, ſcribendi aut aliena concinnandi cacoethe, ad huius operis editionẽ cõmouerer, verecundia mihi ac religio eſſet, vos illius & patronos & inſpectores nominare. Verum cum quoſdam veſtrum huius inſtituti mei conſcios, & adhortatores habuerim, me omni ſiniſtra opinione vacaturum, & vos hoc patrocinium nõ inuitè ſuſcepturos confido, idq; eò magis, quod omnibus vobis vel ſaltem pleriſq; veſtrum authoris ipſius induſtria, ſtudiũ indefeſſum, eruditio, & experientia longè explorata fuerunt. Huius cumprimis ſpecimen egregium in Proceſſu hoc iudiciario eluceſcet, tam in diligenti rerum omniũ huc pertinentium tractatione, quam allegationum fide. Teſtis ego hac in parte oculatus, vt qui omnes, quas in diuerſis refertiſſimis bibliothecis habere potui, non ſolum maximo labore, ſed & fructu perluſtraui; illius cuilibet rectè iudicanti, fidem faciet opus ipſum. Multos quidem antehac hoc ipſum iter peritiſſimè monſtraſſe ſcio, vix tamen vllum, quem mihi videre licuit, tali methodo & perſpicuitate. Inueniuntur hic formulæ citationum, libellorum, reſponſionum, exceptionum, replicarum, ſententiarum, appellationum, aliorumq; in Proceſſu neceſſariorum, & ſingulorum per ſingula membra explicatione, ſtylo facili & claro, qualem & materia ipſa,

*ipsa, & ij, quibus hæc maxime scripta sunt, deposcunt. His porrò & ego ex Marantha, Mynsin. Gail. aliisq; amplißimis Iureconsl. & praxi Colonienſi ad maiorem lucem & vtilitatem non pauca adieci. Vestro, Viri Clariſſimi, hoc quicquid laboris est, iudicio ac censuræ submitto: vos id contra maleuolorum calumnias defendite, manibusq; defuncti Authoris hoc pium beneuolentiæ donum præstate; ac insuper eam, quam in Vniuersitate vestra patriæ & suis fundationem reliquit, sartam tectam & inuiolatam seruantes, eius alumnos omni meliori modo vobis commendatos habete. Coloniæ Agrip. Nonis Septemb. Anno 1598.*

Clariſſimar. DD. Veſtrar.

ad omnia paratiſs.

Chriſtophorus Wintzlæ.
I.V.Lic.

Digitized by Google

# CLARISSIMO CONSVLTISSIMOQVE DOMINO, D. CHRISTOPHORO Wintzler I. V. Licentiato, Reuerendiſſimorum ac Sereniſſimorum Dominorum Electoris & Coadiutoris Colonienſis Conſiliario.

QVOD Proceſſum Iudiciarium labore & induſtria D. & M. Ioannis Pelſii noſtræ huic Vniuerſitati quondam à ſecretis, viri optimi & doctiſſimi (cuius animæ bene precamur) compoſitum adideris, notasq; tuas ei addideris, Clariſſime & Conſultiſſime Domine Licentiate, Collegio noſtro atq; ſingulis noſtrum valde probatum eſt, iudicatumq; opus dignum non ſolum noſtro, quod poſtulas & lubenter annuimus patrocinio, ſed omnium Iuris ſtudioſorum, praxiſq; forenſis amatorum cultu & aſſidua tractatione. Et quod id nobis dedicaſti ac donaſti, profectò demonſtraſti in eo inſignem animi tui candorem, & (quod proprium eſt hominum ingenuorum atq; optime inſtitutorum) tibi etiam locum, vbi alitus & doctus es, cum ſuaui recordatione in mẽte verſari. Quamobrem tuæ humanitati ingentes gratias agimus, maiores etiam habemus: Ac quod ſecundum magna virtutis doctrinæq; tuæ merita cooptatus ſis in ampliſſimũ Collegium Conſiliariorũ Sereniſſimi Principis Electoris Colonienſis, tibi gratulámur, & vt ſempiternæ laudi atque ſaluti iſte magiſtratus tibi ſit, optamus. Quod deniq; petis, vt egregiam, piamq; fundationem defuncti authoris tueamur,

*ueamur, alumnisq; eius faueamus, confidenos id esse perpetuo facturos. Datum Louanij, Nonis Martij, Anno M. D. XCIX.*

Clarissimæ tuæ Dñtioni addictissimi

Prior cæterique Doctores & Professores Ordinarij Facultat. V. L. Academiæ Louanienſis.

*De mandato ſupraſcriptorum Dominorum Ioannes Saſenus à Louanio, Facult. V. L. in alma Academia Louanienſi Bedellus & Notarius Iuratus, ſubſ.*

In Praxin Egregii Viri Ioannis Pelsii, auctim & luci datam à Clariss. D. Christophoro Wintzler, Matthęus Boyss I. V. D & Professor Ordinarius in celeberrima Vniuersitate Colonienſi.

*OCeanus Iuris (ſtudium non amplius vllum eſt)*
*Parte ſui, hoc, magna conditur, ecce, libro.*
*Oceanus rerum, quas fert Aſtræa bilance,*
*Tanquam momento clauditur, ecce, breui.*
*Iuſtitiæ praxes concinnat PELSIVS author,*
*Qui leges alto pectore CONDVS habet.*
*PROMVS habet, quiq; ex CONDO tibi CONSVS habetur.*
*Conſilij plenus, conſilijq; potens.*
*Corſultor conſultus, amans rectiq; boniq;,*
*Legum vſus varios, multiplicesq; docet.*
*VVINTZELER artificem legum decorare paratus,*
*Iungit amans operam, iungit opemq; ſuam.*
*Fatus erat terſus, fit ab Vrſo terſior iſto,*
*Et numerum & meritum contulit iſte libro.*
*Huic flores ſuperinducant, titulosq; perennes;*
*Aurea prætexat iure crepido librum:*
*Non minium pingat ſolum hanc illuſtre papyrum;*
*Illudat chartas has nouagemma, decet.*
*Materia, ingenium, labor, & lux temporis huius,*
*Commendant praxes, VVINTZELER, euge, tuas.*

## Piis manibus Iohannis Pelsii, Genioque Christophori Wintzleri Recklinckhausanorum Stephanus Brœlmanus Agrippinensis Antecessor.

*Quod videt optatas victurus Postumus auras*
*Quod per manum ductus notis ornatior.*
*VVintzleri, non ima capit subsellia iuris,*
*Debes alumno, Pelsi, vitam filij:*
*Sed quod judicijs redit observantia recti*
*Per vos vtrosq; quodq; Iustitiæ modus:*
*Iurgia quod cessant ciuilia: quodq; Reorum*
*Non inquietum vltrà Forum tecti nis calet;*
*Quà toties frustrà Prudentum industria normam*
*Præscripsit, editis tot praxeos libris:*
*Hoc vero debent vobis pro munere, Sacræ,*
*Quæ præsident palestræ iuris numina,*
*Eunomiæq;, Dicæq;, salutiferæq; Astrææ;*
*Nomen decusq;: quod sit nescium mori.*

## In Clar. Viri Christophori Wintzler praxin editam Zacheiab Horrich. I. Lic. ac Curiæ Ecclesiasticæ Bonnensis Officialis Epigramma.

*Di faciant in Apem, tenuis membrana, migrantem*
*Aera per liquidum me ferat, & referat:*
*Hac quondam Siculus fertur prece Pastor inanes*
*Sæpius incassum sollicitasse Deos.*
*Tu, VVintzlere, potes, propriori Numine; sed te*
*Non membrana leuis, sed gemina ala vehit,*
*Ingenio genioq; poli conuexa per alta*
*Tolleris; inde celer florea rura petis,*
*Floresq; innocuos carpis, stipataq; cellis*
*Mella premis fingens sedulus arte, manu.*

Ergo

*Ergo iure tuos dicas aluêaria libros:*
*Sed quia dia Apis es, mel mihi Nectar erit.*

## BERNARDVS WINTZLER CVRIÆ ARchiepiſcopalis Eccleſiaſticæ & ſecularis Colonienſis Procurator, Patruus ſuo ex fratre Nepoti.

*QVam bene voluiſti prothocolla domeſtica quondã?*
*Quam bene legiſti praxis in arte libros?*
*Pragmata quam pulchrè Iuris cum corpore iungis?*
*Dic (cui?) Pragmatico plus tribuiſſe foro?*
*Perlegit incaſſum fruſtraq; ænigmata pandit*
*Egregia quiſquis praxeos arte caret.*
*Cantant Iura Sophi, celebrant Theoremata Docti,*
*Aurea plus illis practica laudis habet.*
*Pelſius hanc primò, tu illuſtras inde ſecundò:*
*Aulis vtilius non dabit alter opus.*
*Quicquid Pragmatici latè docuere vetuſti,*
*Doctius en vno claudit vterq; libro.*
*Ergò Aſtræa fauet, cuncti faueamus, vtriq;*
*Arduà poſt cineres gloria vtrumq; beet.*
*Sic, Cognate, tuis adamare nepotibus, arctas*
*Sic ponêre meas inter amicitias.*

## Guilielmus & Gerardus Wintzler fratres Germani, V.I. Baccalaurei, ſuo fratri patrueli gratulantur.

*SAnguinis ô patrij, quod ſtipite traximus vno,*
*Syncerum & commune decus, cognate, tuorum*
*Lux & præſidium! non ſeſe continet vltra,*
*Non intra patruelis amor, germanus & ardor;*
*Plaudimus, & meritas ſtudiorum ſoluere grates*

*Mens*

Mens optat THEMIDOS vati, cui contulit artes
Iustitia & Pandora suas, rectiq; cupido.
Te fratrem fratres (gradus ast interia: et vnus
Sanguinis eiusdem) complectimur: euge, laboris
Auspex huius erat Deus, idem Terminus esto;
Et medium Charites habeant, sortesq; secundæ;
Fama comes, Virtusq; erit immortalis Achates.
Doctas ô praxes, tua quas studiosa peregit
Praxis, Pelzigio meliores ordine, quin &
Pelszigio numero maiores. PELSIVS author
Praxibus his quõdã fuit, harũ es VVINTZELER auctor.
Iuridicæ columen, splendor, noua gloria, classis.
Non virtus aliena tua virtute tacetur,
Aut premitur, tua nec lux est obscura sub astro
Pelzigio, dedit hic multum, plus addidit ille.
PELSIVS vt fecit, confecit VVINTZELER, vnum.
Et laudatur opus non frustra ex fine secundo.
Condidit hic turrim, fastigia sustulit alter
Ad sugeros, turrimq; dedit contingere nubes.
Eruit hic aurum, formam auro contulit alter.
Iamq; Astræa suam videt in Iunone Moneta
Formam, massa fuit, nunc est digesta; laborum
Moles informis, nunc est signata figuris;
Ex lex istud opus quondam, nunc lege tenetur;
Leges immensas metitur pulchrior ordo.
VVINTZELER, euge, tuus formam dedit ordo suauem
Baldus in immensis campis spatiatur; & intrà
Bartolus est, vnde haud facile est quis pergat vt vltra:
Scrutandi non est modus, & finem ipse requirit
Finis; sed constat meliore scientia praxi;
Praxis habet laudem, faciendo plurima noris.
PELSIVS illustrem te ô alma Scientia Iuris
Reddidit, ille tui vir Consultissimus, ille
Iuridicos proceres pridem Clarissimus inter;

Cui

Cui ſua tam locuples Academia dote Brabantiæ
Sacrarum legum commiſit ſcrinia, ſolum
Secretis adhibens teſtem, gnarumq́, Louani
Facundum ex adytis, atq; hæc oracula dantem
VVINTZELER has auxtî gazas, hæc lucra paraſti
Nobis, Iuſtitiæq́, aliis, bonus autor, alumnis.
Nec tua te fallit virtus non ſegnis, honorum
Non ſinit immunem: FERNANDI Principis aula
BOIARIÆ (qui cum Patruo moderante carinam
PETRI Vbiam, ſummæ rerum modò præſidet alter)
Te colit, & tanto fies ſub Principe maior.
Interea fruimur fœtu atq; labore ſuauis
Cognati, ſimul aſt ipſo viuente fruamur,
Neſtoris hoc velit optamus mitiſſima Parca.

HENRICI WALRAVII GIPPENBVSCH
Iuris Baccalaurei Phalæcium.

SI Bellona ferox ſacrum, vel vnquam
Alcides meruit cani trophæum,
Dum vicit ſera monſtra, dum Leonem,
Dumq; vmbras Erebi potentiores;
Queis non dia ſacris eum Camænis
Panget Nympha Themis? fauente Phœbo
Qui Legum Furias, bicepsq; monſtrum
Iuris Romulei veterrimosq;
Binos Pragmaticæ forenſis hoſtes
Aularum ex adytis, ab Aula, ab ipſo
Templo iuſtitiæ expulit prophano?
Paſſim in iuridicis locis foroq;
Et magnum hic Vbiorum apud tribunal
Binæ de Stygia domo reductæ
Vltrò per loca, curias, per ampla
Conſiſtoria, celſa per theatra
Siccæ ſanguine ſæuiunt Leænæ.
Hinc velociter ecce Nullitates

Illinc

Illinc prosiliunt Iniquitates
Ambæ ter miserûm Clientulorum
Crux, mors, fata, quibus (proh) vndecunq;
Tristes Rhenicolæ dolent q;, flent q;
Dum Sententia nulla, dumq; Iniqua
Alto à Iudice panditur cothurno.
Has cum classica multitudo quondam
Scriptorum, veteresq; Leguleij
Glossis, dogmate, vel laboriosis
Non vicêre libris: breui libello
Succurrit tibi VVintzelerus vnus,
VVintzler Pragmatici decus theatri
Summum, ac legitimæ Colonienſis
Cultor praxeos, ille amator, auctor,
Quo nunc vindice quæq; lis furorq;
Labentur propere, foroq; deinceps
Current Mercurio magis secundo.
Ergo quisquis es arte candidatus
Qui subsellia; qui tenes tribunal,
Vestit quem toga tortuosa; tuq;
Velox curre Copijsta, macte,
Præsens en genio tuo, tibiq;,
VVintzleri labor optimus dicatur,
Quo viso, benè cognitoq;, dexter
Coram Iudice, in audientijsq;
Quicquid venerit obuium, loquêris
Probrosa sine nullitate Iuris.

# INDEX TITVLORVM, SIVE CAPITVM.

Præludium.
1. De iudicibus.
2. Qui Iudicandi munere, fungi non possunt.
3. De actore, & Reo.
4. De personis, quæ actoris, vel Rei nomine, agunt, vel defendunt.
5. De Tutore, & Curatore, minoris nomine, agente, vel defendente.
6. De personis Iudicialibus, quæ nec agunt, nec defendunt.
7 De causis, & ordine Iudiciorum.
8. De iudicij partibus, eiusque præparatione.
9. De iudice competente adeundo.
10. De aditione Iudicis, & præsentatione rescripti.
11. De Citatione.
12. De literalis citationis iudicis delegati formula, eiusq; explicatione.
13. De literali citatione iudicis ordinarij, eiusq; exequutione, & nuncij relatione.
14. De citationis in iudicio exhibitione, siue reproductione.
15. De comparitione, & termino ad dicendum contra commissionem.
16. De formula exceptionis declinatoriæ

riæ,& ſuſpiciõis,eiusq; explanatione.
17. De replicationibus cõtra exceptiones declinatorias, & interloquutoria ſuper competentia iudicis.
18. De formula appellationis ab interloquutoria,eiusque explicatione.
19. De proceſſu cauſæ appellationis ab interloquutoria,ſiue grauamine.
20. De reſumtione cauſæ principalis, & libelli oblatione.
21. De formula libelli in actione reali, eiusque explicatione.
22. Ex qua cauſa, & iure proficiſcatur actio.
23. Actio cui competat, & aduerſus quem,& quid in ea veniat.
24. De inueſtigatione actionis,qua quis vti voluerit.
25. Libellus, qualitur ſit exhibendus.
26. De termino ad reſpondendũ libello

## SECVNDA PARS PROceſſus iudiciarij, quæ deciſiua appellatur.

27. De Litis conteſtatione,
28. De iuramento calumniæ.
29. De poſitionibus,& articulis.
30. De termino dicẽdi, cõtra poſitiões, &articulos,& reſpondendi eiſdem.
31. De probationibus.
32. De teſtium productione, & examinatione.
33. De atteſtationum publicatione.

34. De re-

34. De reprobatione teſtium.
35. De peremptorijs exceptionibus.
36. De termino ad producendū omnia inſtrumenta, acta & munimenta.
37. De petitione copiæ inſtrumentorum, aliorumque exhibitorum.
38. De termino ad dicēdū cōtra producta
39. De concluſione cauſæ.
40. Poſt concluſionem nihil adduci poſſe, niſi iuris allegationes.
TERTIA PARS PROCESSVS IVdicarij, quam diffinitiuam vocant.
41. De prolatione ſententiæ.
42. Quot modis ſentētia dicatur nulla.
43. Quomodo retractetur ſententia per viam nullitatis, reſtitutionis in integrum, & ſupplicationis.
44. De appellatione á ſententia diffinitiua.
PROCESSVS APPELLATIOnis ſiue ſecundæ inſtantiæ.
45. De termino citationis, & comparitionis.
46. De libelli oblatione, aliisque terminis cauſæ appellationis.
47. De executione rei iudicatæ, & à quibus facienda.
48. Quo iure, & poſt quantum temporis exequutio petenda.
49. De varijs exequendi formulis, & exequutionis ordine.
50. Quæ executionem impediant.

# INDEX RERVM AC VERBORVM MEMORABILIVM IN HOC libello contentorum,

## Primus numerus Titulum, alter, numerum marginalem denotat.

## A.


*ABbas habet ordinariam iurisdictionem in suos monachos* Tit. 1. nu. 13.

*Absens defensus, non patitur mitionem in bona* Tit. 4. num. 45.

*Absolutus cum reincidentia, an termino lapso iterum citari debeat* 14. nu. 62.

*Acta debent, per legitima documenta doceri* tit. 10. nu. 10. tit. 14 nu. 9.

*Acta iudicialia sunt edenda* tit. 37. nu. 11.

*Acta cum falso procuratore, qui legitimus pronunciatus, habita, non præiudicant domino.* 5. nu. 36.

*Actor alterius, à quo constituatur* 4. nu. 68.

*Actor in reali missus in possessionem, an vetus constituatur possessor, an requiratur secundum decretum* 14. num. 32. & seq.

*Actore non probante reus absoluitur* tit. 8. num. 9. tit. 29. nu 1.

*Actio personalis, realis, in rem scripta, prætoria, ciuilis, quæ* tit. 22. per tot.

*Actiones directæ, ei contrariæ quæ* tit. 23. nu. 11.

*Actus alia die ac horæ, quam quis citatus, non valet* tit. 12. nu. 90.

*Aduocatus & patronus qui dicantur, & quomodo differant* tit. 6. nu. 8. & seq. tit. 41. nu. 23.

*Aduocatus esse non potest nisi per quinquennium studuerit, & à D d. probatus* tit. 6. nu. 11.

*Aduocatus potest extraneum clientulum conuenire pro salario, in loco, vbi seruiuit* tit. 9. nu. 2.

*Aduocatus non potest esse iudex* tit. 16. nu. 56.


nec

*nec poteſt eſſe teſtis* tit. 34. nu. 29.
*Affirmatio vel negatio noſtra non mutat ius* tit. 30. nu. 18.
*Affectio veritatem impedit* tit. 34 nu. 27.
*Agere & defendere quilibet poteſt, qui non prohibetur* tit. 3. nu 2.
*Amicus, an pro amico, vti coniunctus ſine mandato agat* tit. 4. nu. 51.
*Alimenta non recipiunt dilationem* 44. nu. 44.
*Annus quot habeat dies* 38. nu. 18.
*Apparitores qui, & quomodo alias appellantur* tit. 6. nu. 25.
*Apoſtolos iudex denegare non poteſt* tit. 18. nu 32.
*Apoſtoli vnde dicti, & quotuplices* 44. nu. 99.
*Apoſtolos petendi terminus quando currat* eod nu. 109.
*Appellans, quibus caſibus, cauſam exprimere debeat* 44. nu. 14. & ſeq.
*Appellans quando excuſetur ab expenſis* 46. nu. 42.
*Appellantis impedito, an detur ſecundum fatale integrum* 44. nu. 21.
*Appellationi ab interlocutoria requiſita* tit. 18 nu. 3.
*Appellatio an debeat interponi coram iudice* 18. nu. 5
*Appellationi ab interlocutoria inſeruntur verba,* Prouoco & Appello 18. nu. 25.
*Appellationi in dubio deferendum* eod. nu. 32.
*Appellatio quibus caſibus non admittatur* 44. nu. 33. & ſeq.
*Appellatio à grauamine ex eiſdem actis iuſtificari debet* 19. nu. 15
*Appellationis iudex an omiſſo articulo grauaminis in principali cognoſcere poſſit* eod. nu 28.
*Appellari debet à refutatione appellationis ab interloq.* 18. nu. 41.
*Appellatio à diffinitiua nullitatem quoque deuoluit, ſecus ab interlocutoria* 43. nu. 8.
*Appellatio ſtatuto tolli non poteſt* 44 nu. 46.
*Appellatio ab excommunicatione non ſuſpendit* 44 nu. 61.
*Appellatio omiſſo medio quando valeat* eod. nu. 72. & ſeq.
*Appellatio ab officiali VVerlenſi, quo deuoluatur* eod. num. 89.
*Appellationis cauſa regulatur ſecundum principalem* 46. nu. 4. & 24.
*Appellationis tempora ſiue fatalia, quatuor ſunt* 44. nu. 120.

*Appellatur à malè informato ad melius informandum eod. nu 54*
*Archiepiscopus Colonienſis legatus natus* 9.n 25
*Arris datis, an licitum à contractu recedere, vbi* vom Gotts haller 29.n.28
*Articuli quare fiant & quid à poſitionibus differant* eod. nu 7. & ſeq.
*Attentata ante inhibitionem non reuocantur* 19 nu 9.
*Attentata quando reuocentur* 44.n.114

## B.

*Beneficium competentiæ quæ habeant* tit. 23. nn.35. & ſeqq.
*Breuia Apoſtolica quæ & quare ſic dicantur* tit.10. n 19

## C.

*Caecus quando poſsit eſse iudex* tit. 2. nu.13
*Calumniari & calumnia quid ſit* tit.28. n.3
*Cauſa petendi duplex remota & proxima* 21.n.7. & ſeq.
*Cauſæ quæ non requirant ordinem ſolennem iudiciorum* 7 n 18
*Cauſæ ad forum Eccleſiaſticum pertinentes* tit. 9 n. 6. tit.16. nu 18
*Cauſæ ex concilio Tridentino in prima inſtantia tractari debent coram ordinario* 10 nu. 3
*Cautio ſæpe fragilis, & non ſatis tuta* 12. nu 90.
*Cautio, vna die* ſtedigheit/ *quare præſtetur in alto ſeculari iudicio* 18. nu. 29
*Circumduci quid ſignificet* 14. nu. 5
*Circumductio termini quando fiat* eod. nu 4
*Citatio in alieno territorio* 9 nu 49
*Citatio expeditur de conſuetudine per officiates ſiue commiſſione iudicis* 11. nu.10
*Citatio perpetuat delegati iurisdictionem* tit.10. nu 25. tit 14 nu. 22
*Citatio eſt de ſubſtantia iudicij* 11. nu 2
*Citatio variis modis fieri poteſt* eod. nu.8
*Citatio ad Domum, quando fieri poſsit* 12. n. 23. & ſeqq.

*Citatio ad diem feriatam, & die feriato an valeat eod. nu. 68. & seqq.*
*Citatus à delegato, quando tenetur comparare, etsi de commissione necdum constet* eod. nu 8
*Citatus, vna citatione ad tres distinctos terminos, an primis duobus comparere teneatur* eod. nu. 15
*Citatus ad domum, non potest excommunicari nisi personaliter monitus* eod nu. 29
*Citatus respondens, se nolle comparere, vlterius citandus non est* eod. nu. 53
*citatus ad totam causam postea per edictum citatur, longè absens* eod. nu. 116
*citatus ad duo tenetur* eod. tit. 12. nu. 67. & 14. nu. 3
*citatus in dubio iurisdictionis comparere tenetur* 15. nu. 1
*ciuis originarius, renuncians ciuitati, an quoad omnia desinat esse ciuis* 9. nu. 25
*clausula signaturæ*, fiat, concessum vt petitur, *quid operetur* 7. nu. 19
*clausula, qua quis se cuiuslibet iurisdictioni subijcit quid operetur* 9. nu 33 & seqq.
*clausula, qua duo, vel plures dantur iudices* 12. nu. 11 & seq.
*clausula citationis, si sua interesse putauerit, quid operetur* eod. num. 17.
*clausula iustificatoria resoluit præceptum in citationem per comparitionem* 13. nu. 6
*clausula, Ius & Iusticiam ministrari* 21. nu. 68
*clausula*, saluo iure addendi, *quid operetur* eod. nu. 81
*clausula decreti*, allegatos non obstantibus 17. nu. 11
*clausula*, saluo iure impertinentium 30. nu. 39
*clausula*, appellatione remota 44. nu. 50
*clerici an teneantur vltra quam facere possint* 23 nu. 43
*clericus an possit esse tutor* 5 nu. 9
*clericus in minoribus constitutus, quando habeat priuilegium fori* 9. nu 30
*clericus captus, suo iudici tradendus ac remittendus* 9. nu. 63
*clericus ratione sacerdotij sortitur forum illius Episcopi, sub quo illud possidet* eod n 78
*colonienſis aduocatus pro solario potest Coloniæ cõuenire Leodienses vel alios* 9. nu. 25

Comparatio literarum quid probet 31. nu. 59.
Comparens non potest nullitatem citationis allegare 11. nu. 4.
Colonienſis aduocatus quo ſolario poteſt Coloniæ conuenire Leodienſes vocatos 9. nu. 25.
Concordia quando à iudice parti perſuaderi poſsit. 1. num. 28.
Concluſio cauſæ quid, & quando dicatur fieri 38. num. 6.
Concluſio cenſetur reſciſſa, quando aliquid de facto admittitur. 40 nu. 4.
Concluſionem quando poſsit iudex reſcindere 38. nu. 40.
Condemnatis datur quadrimeſtre ad ſoluendum. 40. nu. 8.
Confeſſus pro conuicto habetur 30. nu 39.
Confeſsio quando pro parte accepietur. 31 nu. 3.
Confeſsio vt noceat plura requirit. eod. nu. 59.
Coniunctus agit pro coniuncto ſiue mandato. 4. nu. 51.
Coniunctus non præiudicat coniuncto, nolenti rem ratam habere. eod. nu. 58.
Conſuetudo tutori remittere poteſt inuentarij confectionem. 5. num. 12.
Conſuetudo, quia per alium ſententia recitari poteſt, valet. 2. nu. 26.
Conſuetum cenſetur tacitè inter artes actum. 38. nu. 45.
Contractus facit ibi ſortiri forum, vbi perficiendus 9. num. 27. & ſeq.
Contrahens non inuentus in loco contractus, an in alieno territorio ad aliquem effectum citari poſsit. eod. nu. 48.
Contractus recipit interpretationem ſecundum locum vbi initus. eod. nu. 27.
Contumax ad primam citationem condemnatur in expenſas. 14. nu. 8. excommunicari non poteſt. eod. nu. 27
Contumacia triplex eod. nu. 29.
Contumax purgens contumaciam recuperat poſſeſsiones. eod. num. 49.
Contumax quis verus, quis fictus. 44. nu. 33.
Contumax debet declarari. 35. nu. 15.
Contumax non appellat. 44. nu. 33.
Conueniens clericũ coram iudice laico perdit cauſam. 9. n. 83.
Copia libelli cuius expenſis detur. 25. nu. 13.
Copia totius inſtrumenti non communicatur ſed clauſulæ. 36. num. 34.
Copia quando probet. 31. num. 26.

Creſcen-

Digitized by Google

*Coram iudice vel apud iudicem, rectè dicitur.* 21. nu. 3.
*Crescente contumacia, crescet & pœna.* 14. nu. 56.

D.

*Damnum in condemnationem veniens.* tit. 41. n. 46. & se.
*Debitor pupilli quando possit esse tutor* 5 nu 7.
*Debitor sine interpellatione non constituitur in mora, neque in iudicio conueniendus* tit. 8. nu. 12. tit. 21. n 34.
*Debitori fatenti debitum, datur terminus ad soluendum* 20. n. 4. *non imponitur condemnatio expensarum.* 21 n. 36.
*Decendium ad appellationem potest ex consuetudine breuiari, vel prorogari.* 18. n. 16.
*Decendium quando incipiat currere.* 44. nu. 108.
*Decimarum causa non admittit appellationem.* eod. nu 37.
*Decretum secundum, quando interponatur in personali actione.* 14. nu. 44.
*Defensor in iudicio quis dicatur.* 4. nu. 44.
*Delegatus quis, & quando subdeleget.* 1. nu. 37.
*Delegatus ad vniuersitatem causarum habetur loco ordinarij.* tit. 1. nu. 47. & seq. tit. 44. nu. 83.
*Delegatus ad vniuersitatem differt à vicario siue locum tenente.* 44. nu 86.
*Delegatus non potest procedere ante præsentationem & acceptationem rescripti.* tit. 10. nu 10.
*Delegatus sub nomine dignitatis transit in successorem, secus si proprio* tit. 1. nu. 56 tit. 10. nu. 16.
*Delegatus de sua commissione docebit.* tit. 12 n. 5. tit 15 nu 19.
*Delegatus per surreptionem impetratus cognoscit de viribus rescripti.* 19. nu. 35.
*Delegatui an alij ad examen testium committere possit.* 31. nu. 73. & seq.
*Delegatus inferioris à Principe, an exequatur sententiam.* 74. nu. 3.
*Delegati iurisdictio quando dicatur & quando sola causa.* tit. 1. nu. 48. tit. 44 nu. 85.
*Delinquens captus, quando remittendus ad locũ delicti* 9. n. 59.
*Diffinitio in iure periculosa.* 24. nu. 6.
*Dies interpellat pro homine.* 8 nu. 15.
*Dies executionis & actus an connumeretur termino* 12. n 61.
*Differentia nunc ad uocatum & patronum.* 6. nu. 9.
*Differentia inter subditum, & eum qui forum sortiatur.* 9. n. 4.

Dilationes, siue termini, post litis contestationem sunt peremptoriæ 12.nu.46
Dilationes, siue iudiciæ, omnes ferè arbitrariæ eod. nu. 60
Dilationes probandi, quot dentur 31.nu.63
Disputare de potestate principis sacrilegium 38.nu. 68
Doctores an teneantur vltra, quum facere possint 23.nu.43
Dolus, culpa in quibus actionibus veniant 25.nu. 11
Domestici non possunt esse testes 34. nu. 38
Domicilium originis naturale & immutabile 9 nu.15
Dominium, nisi ex vna causa competit 21. nu.28
Dominium, quando sentētia iudicis transferat 41.nu.37
Dotis causa, ad quod forum pertineat 9 nu. 7

## E.

EDictum citatorium regulariter prohibitum 12. nu. 04
Editio instrumenti fiet siue die & consule 37 nu. 12
Electus à collegio, est iudex ordinarius 1. nu.10
Episcopus est ordinarius clericorum eod.n.12
Episcopus contumax quomodo puniatur 14. nu 59
Error aduocati incontinenti reuocari potest 6. nu. 23
Euidentia rei plenè probat 31 nu. 33
Euentus stultorum magister 8. nu.8
Euentus litis dubius, vide tit 50
Examen testium, in quibus casibus alij committi valeat 31. nu. 75. & seq.
Examinator testium, non intelligens axioma, adhibebit interpretes 32. nu.17
Exceptio ordinis & discussionis ante litem contestatam apponetur 7. nu. 8
Exceptiones dilatoriæ, ante litem contestatam propriæ debent eod. nu. 10.
Exceptio dilatoria, peremptoria, anomola 15. nu.27
Exceptio peremptoria, non opponitur rescripto 16. nu.8
Excep. ionem dilatoriam, aut peremptoriam proponens, censetur iudicem probasse 15. nu.34
Exceptio potius negatiuè quã affirmatiuè cõcipienda 16 nu.80
Exceptio peremptoria, probata actoris intentione, proponi & probari debet tit. 33. nu.16. tit. 35. nu. 1
Excipiens nõ censetur intentionẽ actoris probare 35.n 19. & seq.
Exceptio rei iudicatæ tria requirit eod.nu. 27

*Excommunicatus publicè non potest esse iudex* 2.nu.36
*Excommunicatus, non potest constitui procurator* 4.nu.39
*Excommunicandi facultatem Papa committere potest laico, non Episcopus* 9.nu.92
*Excommunicari nemo potest, nisi ter, aut peremptoriè præmonitus* 12.nu.50
*Excommunicatus, aliquando cũ reincidentia absoluitur* 14.n.61
*Excommunicatus non potest in iudicio agere, appellationem tamen prosequi, & rescriptum impetrare potest* tit.3.nu. 63. tit.16.nu.6. tit 44. nu. 20 *ab excommunicatione quoad effectum suspensiuum non appellat* 44.nu.61
*Exequutor testamẽtarius quis agat & defendat* 3.nu.66. & seq.
*Exequutio, siue insinuatio citationis die feriato facta, an valeat* 12.nu.50
*Exequutio sententiæ, fit officio iudicis nobili* 21.n.74
*Exequutio sententiæ, est mixti imperij* 47 nu.16
*Executor sententiæ, super quibus cognoscat* eod. nu 12
*Exequutionis ordo, si non seruetur, an exequutio, sit ipso iure nulla* 49.nu.5
*Exequutio quibus casibus impediatur* 50.per tot.
*Exemplis fit res clarior* tit,20.nu 33. tit. 40. nu.12
*Exemplum, & exemplar, quomodo differant* 36.nu.13
*Experientia rerum magistra* 9.nu. 33
*Expensæ litis, ex varijs causis debentur* 21. nu 64. & seq.
*Expensarum condemnatio omissa, eodem die suppleri potest* 41. nu. 54.
*Expensarum condemnationem, quando quis euitet* tit. 41. nu. 61. & seq. tit. 46.nu.39.& seq.
*Expensarum condemnatio, in criminalibus* 41.nu. 65
*Expensarum taxatio, quomodo fiat* 49.nu.2

F.

*Facili ad iurandum, non defertur iuramentum* tit. 39. n.21
*Falsitas literis iusticiæ, non facilè præsumitur* 10 nu.7
*Falso instrumento vtens quando teneatur de falso* 38.nu.12
*Fama quantum probat* 31 nu.57
*Fatalia, quando non currant* 45 nu..9.& seq.
*Fatale secundum, an detur integrum impedito* 44.nu.21
*Fatalia currunt, nisi pars petierit instãtissimè iusticiã* 19.nu. 21
*Feriæ triplices, & quæ* 12.n.76.& seqq.
*Feriæ siue festa Colonien.* eod. nu.78



Digitized by Google

*Ferijs meßium, & vindemiarum, an quis gaudeat, qui non ſit in eis occupatus.* eod.nu. 86.
*Filiæ familias, quibus caſibus agat.* 3 nu. 15. & ſeq.
*Filius familias, an per matrimonium, & ſeparationem foci, liberetur patria poteſtate.* 3.nu. 37.
*Fœmina non poteſt eſſe iudex, niſi* 2. nu.1 & 2.
*Fœmina non poteſt eſſe procurator, niſi* 4. nu. 42.
*Forma ſcribendi præſentationem, & receptionem reſcripti.* 10. nu. 9.
*Forma citationis iudicis delegati.* 12. nu. 1. & 2.
*Forma citationis iudicis ordinarij.* 13. nu. 1.
*Forma monitorij ſoluendum, iuxta ſtylum Colonien.* 13. nu. 10.
*Forma reproducendi mandatum* 14.nu.7
*Forma comparitionis* 15. nu.3.
*Forma exceptionis declinatoriæ ſuſpicionis* 16. nu.1
*Forma appellationis ab interloquutoria* 18.n.1
*Forma libelli* 21. nu. 1. & ſeq.
*Forma commiſſionis ad examinandum teſtes* 31.nu.90
*Forma requiſitorialium* eod. nu. 92
*Forma conſcribendi dicta teſtium* 32. nu 23
*Forma ſententiæ diffinitiuæ* 41 nu.12
*Forma ſententiæ in cauſa appellationis* 46.n.22
*Forma appellandi, & reſpondendi de Apoſtolis & ſeq.* 44. nu. 5
*Forma libelli appellatorij* 46. nu 12
*Formalia appellationis, ante omnia inſpiciendа tit.* 43 .nu.12. tit. 46.n. 13.
*Frater dictus, quaſi ferè alter* 9.nu.18
*Frater, an habeat beneficium competentiæ* 23.nu.18
*Fructus quotuplices* 21. nu. 21. & ſeqq.
*Fructus quomodo præſtet poſſeſſor* eod. nu 54. & ſeq.
*Fructus triennio vſucapiuntur* eod.nu 58
*Fructus, quando veniant ſub actionibus bonæ fidei, quando ſtricti iuris* 23. nu.18
*Fructuum æſtimatio, & quantitas, in executiuis certificari poteſt* 41.nu. 41.45.& 59

## G.

GEnus verificatur, in vna ſpecie tit. 44.nu.92
Gerens aliquem actum ſimpliciter, an cenſeatur proprio

Digitized by Google

prio, vel procuratorio nomine gessisse 16. nu. 3

H.

HAeres conuenitur actione reali, non vt hæres, sed vt possessor tit. 23. nu. 6.
Hæres litigantis mortui, citatur ad resumendum litem, & causam 42. nu. 20
Hæreticus censetur vbique delinquere 9 nu. 61

I.

IGnorantia iuris, non excusat ab expensis tit. 46. n. 45
Imperitus, quando possit esse iudex 2 nu 27
Impedimentum fictum, vel affectatum non excusat ab onere delegationis 10. nu 13
Impertinentia ad respondendum, non admittentur 30. n 23
Incontinenti quando dicatur appellari 44. n. 11
Industria personæ quando censeatur electæ 1. n. 40. & seq.
Infamis, infamia facti, manet iudex, sed non aspirat 2. nu 32
Infamis in bene constitutis consistorijs, non admittitur procurator 4. nu. 41.
Infamiam, quæ actiones irrogent 23. n. 2. 5
Informationes iuris an aduersario communicandæ 40. nu. 15
Inhibitio quando a iudice appellationis decerni possit 19. nu. 3. & seqq.
Inimicitia quæ iudicem faciat suspectum 16. nu 39
Initium cuiusque actus inspiciendum 24. nu. 13
Iniuriarum libellus, an requirat expressionem diei 20. n. 26
Instantia hodie perpetua 42. n 7. 46. n. 26
Instrumenta quare per compulsum exhibeantur 36. n. 8 & 24
Instrumenta sigillatim, & non in sacco exhiberi debent eod. num. 9
Instrumento producto vtitur etiam aduersarius eod. nu. 25
Instrumentum cuius in libello fit mentio, quando exhiberi debeat 37. nu. 2
Instrumenta quæ sint communicanda, & quæ non eod. n. 4
Instrumentum quot testibus reprobetur 38. nu. 8. & seq.
Instrumentum quas requirat solennitates eod. n. 15. & seq.
Instrumentum rasum, vel alias suspectum nihil probat eod. nu. 48.
Instrumentum ex remotis facit fidem absque recognitione eod. nu 67.

Intel-

Intellectus l. si conuenerit ff. de iuris d. om. iud. 9. n. 34 et seq.
Intellectus l. exceptionem. C de probat 15. nu. 31
Intellectus. l. præcipimus. c de appel. 44. nu. 70
Intellectus l. à Diuo Pio. in prin. ff. de re iud. 47 nu. 20
Intellectus. §. in venditione d l. 49 nu. 5
Intellectus 1. §. ab eo ff. Quib. & à quo 44. nu. 85
Intellectus clem. 1. de sent- & re iud. 50 nu 2
Interloquutoria super competentia iudicis, habet vim diffinitiuæ 17. nu. 11
Interrogatus, super quibus criminibus respõdere teneatur 30. n. 16.
Interrogatoria, quare denitur 31. nu. 94 aduersario non communicantur eod. n. nu 101
Inuentarium conficiat tutor, ante administrationem 5. nu. 10
Iudex vnde dictus, & qualis 1. nu. 1 & 2
Iudex inferior, non priuatiuè, sed cumulatiuè iurisdictionem ad superiorem habet 1. nu. 23
Iudex quando possit parti concordiam persuadere 1. nu. 28
Iudex omnia diligenter examinabit eod. nu. 3
Iudex domicilij, solus, propriè iurisdictionem habet, reliqui per accidens 9. n. 30
Iudex originis propriæ, vel paternæ, quando habeat iuridictionem eod. n. 12
Iudex contractus, quando habeat iurisdictionem eod. nu 22
Iudex rei sitæ, quando habeat cognitionem eod. nu. 71
Iudex successor, citat partes ad resumendum litem 10. nu. 17
Iudex habebit personam publicam quæ acta conscribat eod. n. 23
Iudex in plurali numero, vel reuerẽtia verbo appellãdus 16 n. 2
Iudex competens, quis dicatur eod. nu 5
Iudex quando possit cognoscere, an sua sit iurisdictio eod 16. nu. 22. & seq.
Iudex facilius recusatur, quam testis eod. 16. nu. 48
Iudex accipiens pecuniam, non esculenta & poculenta recusatur. eod. nu. 53
Iudex super competentia expressè pronunciabit 17. nu. 8
Iudex appellationis, succedit in locum primi 19. nu. 25
Iudex appellationis, an omisso puncto grauaminis in principali procedere valeat eod. nu. 28
Iudex ex officio testes indignos repellet 34. nu. 14
Iudex nullitas, quis sit 43. nu. 9
Iudex in dubio appellationi deferet 44. nu. 6



Digitized by Google

*Iudex deferendo, abdicat à se omnem iurisdictionem eo.nu* 111
*Iudex confirmans, sententiam, an exequatur* 47.n.60
*Iudicium quid, & quotuplex* prælud. nu.2. & seq.
*Iudices à collegio electi, super quibus cognoscant* 1. nu.23
*Iudicij tres partes* 8. nu.1
*Iudici non creditur, nisi quatenus legitimis constiterit documentis* 14 nu.9
*Iudicati actio, an requirat ordinarium processum* 47 n.5. et se.
*Iudicatis datur quadrimestre ad soluendum* 48.nu.8
*Iuramentū in litē, quibus actionibus locum habeat* 23 nu. 25
*Iuramenti calumniæ capita* 28.nu.5
*Iuramentum, probationis species* 31. nu.34
*Iuramentum die feriata non præstatur* eod.n 87
*Iuramentum in supplementum probationis, quando & in quibus casibus peti, & deferri debeat* 39. nu 8. & seq.

L.

LAicus non potest cognoscere de causis clericorū tit.9.n.90. et seq.
*Libellus, si non fuerit confectus, datur terminus* 20 nu 2.
*Libellus quot modis accipiatur in iure* eod.n.6
*Libellus in quibus casibus requiratur* eod. nu.13
*Libellus quando possit emendari, & mutari* 21.n.77. & seq.
*Libellus, an possit imperfectus exhiberi* 25 nu.10. & seq.
*Libellus generalis, & incertus, quando sufficiat* 26.n.10
*Lis, an in contumaciam possit pro contestata haberi* 27.nu 16
*Lipsi sentētia de differētia inter aduocatū & patronatū.* 6. n. 9
*Literæ mutui compassus, siue requisitoriales, quando decernantur* 31 n.91
*Literæ nomine Ecclesiæ impetratæ, morte impetrantis, non exstinguuntur* 1 n.52. tit 10 nu.16
*Literæ, quādo impetrātur, requiritur speciale mādatū* 4. nu .32
*Litē contestata, procedit ur ad diffinitiuam* 14. nu. 32 & 52
*Litis euentus incertus, & dubius* tit. 6.nu.15 tit. 8. nu.6
*Litis pendētia, nō inducitur, nisi post nuncij relationē* 14. nu.23
*Litis contestatio quid sit* 27.nu.2
*Litis cōtestatio, an in causa appellatiōis requiratur* 46.n.5.e: s.
*Litis contestationis effectus* 27 nu 20
*L. obseruandum. ff. de offic. præsid.* 1.nu.3
*L. solet. §. non verò. ff. de offic. procons.* 16. nu 54
*L. fin. C. de iuris. d. om. iud.* 1 nu 21

L. vnica. C. Qui pro ſua Iuriſd. eod. nu 34
L. ſi longius. §. ſi filius familias ff. de iudic. 3 n. 3
L. ſi conuenerit ff. de iuriſd. om. iud. intellectus 9. nu. 34. & ſeq.
L. ſi quis inſcribendo. C. de pact. eod. nu. 44
L. & poſt edictum. §. quod ſi us. ff. de iud. 14. n. 1
L. exceptionem. C. de probat. 15 n. 31
L. præcipimus. C. de appellat. 44. n. 70
L. 1. §. ab eo. ff. Quis & à quo eod. nu 85
L. à Diuo Pio in prin. ff. de re iud. 47. n. 4

M.

Magiſtratus qui conueniri poßit tit. 3. n. 77. & ſeq.
Mandatum ex ſcientia & patientia Domini an inducatur 4. n. 16
Mandatum procuratoris an morte conſtituentis lite conteſtata, aut cautione præſtita expiret eod. n. 18. & ſeq.
Mandatum ſpeciale quando requiratur ad impetrandas literas eod. n 32
Maritus quibus caſibus agat pro vxore ſine mandato eod. n 52
Maritus non tenetur vltra quam facere poßit 23. n. 30. & 45
Matrimonium, an moribus Germaniæ liberet filium à poteſtate patris 3. nu. 37
Miles coram magiſtro militum, conueniri debet 9. n. 81
Minor quando poßit eſſe iudex 2. n. 6. & ſeq.
Minor quando poßit agere in iudicio 3. n. 7. & 11
Minor læſus reſtituitur aduerſus ſententiam, etiamſi curator interuenerit eod. n. 13
Miſſus quando efficiatur poſſeſſor in perſonali, & reali actione 14 n. 32. & ſeq.
Monachus non poteſt abbatem conuenire ſine venia 3. n. 35
Monachus non poteſt eſſe tutor 5. n. 9
Mora ad conſeruandam actionem quomodo purgetur 35. nu. 6
Mora committitur per interpellationem 8. n. 12
Mulier, contracto matrimonio, efficitur de foro mariti 9. n. 17
Mulier ſuæ familiæ caput & finis eod. n. 18
Mutatio libelli, quando admittatur 21. n. 77. & ſeq.

N.

Negans poſitionem, vel exceptionem, ex ea, ſe fundare non poteſt tit. 26. nu. 21. tit. 35. nu. 21
Nega-

Digitized by Google

*Negatiuam afferens, non astringitur ad probandum tit. 21. nu.* 98. *tit.* 31. *nu.* 4. 10. *& seq.*
*Nomen & cognomen iudicis citation. inserendum* 12. *nu.* 3
*Non probat, hoc esse, quod, ab hoc, contingit abesse* 46. *nu* 36
*Notarius absque cōmissione nō potest testes recipere* 31. *nu.* 88
*Notarius nō potest fidē facere de cōmissione sibi facta ibi n.* 89
*Notarius non habens Imbreuiaturam siue protocollum punitur* 36. *nu.* 21
*Notario, an testi aliter dictum, quam scriptū, credatur* 32 *n* 16
*Notarius an præsumatur in dubio rogatus* 38. *nu* 31
*Notarius mutans signum, & omittens debitas solennitates, punitur de falso eod nu.* 36. *&* 38
*Notarius intelligitur rogatus, vt consuetas apponat formulas eod. nu.* 40
*Notarius, quomodo quis, probetur eod. nu.* 55
*Noxalis actio, quæ sit* 23. *nu.* 52
*Nullitas ex defectu iurisdictionis est omnium potentissima* 42. *nu.* 2
*Nullitas, quando dicatur principaliter deducta* 43. *nu* 4
*Nullitas, an deserta appellatione, censeatur quoque deserta eo. nu.* 17
*Nullitas apparens, impedit executionem* 50. *nu.* 1
*Nullitas quando contineatur sub verbo appellationis* 43. *nu.* 9
*Nullitas est iniquitas eod. nu.* 10
*Nullitatis iudex quis sit eod. nu.* 19
*Nuncius citans viua voce, debet habere signum, vt agnoscatur* 11 *nu.* 12.
*Nuncio asserenti se citasse, creditur tit.* 12. *nu.* 12 6. *tit.* 13. *nu.* 20
*Nuncij relatio, debet fieri apud acta, nec esse incerta* 13 *n.* 14. *&* 17
*Nuncij relatio nisi fiat ad acta, processus aut nullus* 14 *nu.* 23

## O.

*OBligatio personalis, quæ. & vnde cognoscatur tit* 22 *nu.* 1
*Offerens se vltro, suspectus est* 4. *nu.* 24 *tit.* 32. *nu.* 5
*Officium iudicis quod* 1. *nu.* 25. *& seq.*
*Officium iudicis quomodo inseruat actioni* 21. *nu.* 71 *& seqq.*
*Officialis Colonienſis, habet idem tribunal cum suo Archiepiscopo* 44. *nu.* 84
*Officialis VVerlensis secus eod nu.* 89
*Omisso medio, quando appellari possit eod nu.* 72

Ordinariam iurisdictionem, qui habeant 1.nu. 7. & seq.
Ordinarium processum, quæ causæ non requirant 7, nu. 20
Ordinarij iurisdictio, iure communi fundata tit. 13.nu. 2.tit.15. nu. 23
Ordinarium processum intentans an censeatur renunciare summario 7. nu 19
Ordo vnius causæ, ad aliam, non vitiat, sed eiusdem ad seipsam, & instantiæ 7. nu. 10
Ordo substantialis, instantiæ quis eod. nu. 14
Ordo substantialis, non potest de consensu partium omitti eod. nu. 16. & seq.
Ordo iudiciorum quando censeatur remissus per signaturam principis eod. nu. 19
Ordo non substantialis, in quibus consistat eod. nu 22
Ordo executionis, si non seruetur, an executio sit ipso iure nulla 49. nu. 5
Originale, quid propriè appellatur 36 nu. 15
Oriundus de patria aduersari recusatur iudex 16. nu. 50

P.

Pactum, quo quis se subijcit cuiuslibet iurisdictioni 9. nu. 33 & seq.
Paria sunt, non esse, & non apparere 8. nu. 8
Parochorum relatio, vti minus generalis, improbatur 13. nu. 19
Pater negans alimenta, perdit ius patriæ potestatis 3. n. 15
Patientia Domini, an inducat mandatum 4 nu. 17
Peculium quid sit 23. nu. 49
Periti in arte iterum super eisdem, examinari possunt 33. nu. 12
Peremptorium quid dicatur 12. nu. 37. & 41
Pœnam, quibus actionibus persequamur 23. nu. 23
Pœnalis actio, quando in hæredem transeat 23 nu 3. tit. 28. n. 13
Pœna requirit sententiam declaratoriam 9. nu. 87
Pœna non iurantis de calumnia 28. nu. 11
Pœna recusantis respondere 30. nu 32
Possidere aliud, quam detinere 21. nu. 33
Possessor quomodo ad fructus teneatur eod. nu. 54. & seq.
Positioni duplici, & incertæ, non cogitur quis respondere 26. nu. 19
Positiones, quid ab articulis differant 29. nu. 4. & seq.
Positiones quibus non sit respondendum 30. nu. 2. & seq.
Positiones in dubio admittendæ eod. nu. 24

*Praxis legum interpres* 9.nn.15.
*Præceptum cum clauſula reſoluitur comparitione* 13.nu.6
*Prælatus habet ordinariam iuriſdictionem in ſuos clericos* 1.nu. 17.& ſeq.
*Prælatus ſine conſenſu capituli agere & conueniri poteſt* 3.nu. 72.
*Præſens non eſt neceſſariò citandus* 11.nu.3
*Præſumitur pro ſententia, quando conſtat de legitimo proceſſu* 7.nu.24.
*Præſumptio transfert onus probandi in aduerſarium* 31.nu.7
*Præſumptio eſt ſpecies probationis* eod.nu.42.& ſeq.
*Præſumptio iuris & de iure, quam probationem admittat in contrarium* eod.nu 52
*Prætor, quando dicatur actionem dare* 22.n.20
*Princeps non cenſetur cauſam ſummariè committere, niſi expreſsè ſignauerit* 9 nu.19
*Principis poteſtatem non licet diſputare* 38.nu 68
*Prior conuentualis, & clauſtralis quid differant* 2. nu.19
*Priuilegium quomodo tollitur* 38.nu. 72.& ſeqq.
*Probatio fit iudici, non parti* 31.n.21
*Probatio an poſt lapſum terminum valeat* eod nn.70
*Probatio ſine dilatione, valet* eod. nu.72
*Proci, quare apud Germanos vocantur,* Freyer 3. nu.37
*Procurator locans operas, & paciſcens de ſalario, verè dicitur procurator* 4.nu.7
*Procuratoris officium morte conſtituentis, de ſtylo quandocunque expirat* 4.nu.20
*Procurator cenſetur reuocatus, quando Dominus ante lit. conteſt. ipſemet cauſam tractat* eod.n.26
*Procurator, an in cauſa criminali poſsit interuenire, quando reus eſt in vinculis* eod.n.38
*Procurator debet eſſe ſufficienter inſtructus* 12.nn 94
*Procurator in dubio admittitur cum cautione, alias nō* 14. n.12
*Procurator gerens aliquem actum ſimpliciter, an cenſeatur procuratorio nomine egiſſe* 16.nu.3
*Procurator non appellans, tenetur mandati* 18.nu.11
*Procurator non cogitur inuitus appellationē proſequi* 46. n.25
*Procurator exhibens inſtrumenta, cenſetur habere mandatum* 14.nu.12
*Prodigus quis dicatur* 3.nu.44

Producens testes, ministrat expensas 31.n.81
Producens scripturam, an possit saltem in passibus vtilibus eadem vti 36.n.27.& seq.
Pronunciatio super defectu tutorij, ac procuratorij, quid operetur 5.n 36
Prorogatio iudicis, per errorem facta, quando teneat 16.n.20
Protestatio, de non consentiendo, an censeatur, per actum postea purè gestum, sublata 15.n.11
Protestatio de grauamine, & appellando, quid iuuet 17.nu.14
Protestatio, de non astringendo ad probationem, nisi &c. tit.21 nu.97.tit.35.n.24.
Protestatio an impediat litis contestationem 27.n 9
Protestatio de excipiendo contra personas & dicta testium, quando interponi debeat 32.n.4
Protestatio de non labendis fatalibus, an necessariò sæpius requiratur 45 n 4
Publicatio dictorum testium, non impedit testes examinari super exceptione peremptoria 33.n.16.
Pupillus, quomodo ad iudicium citandus 2 n.19

Q.

QVadrimestre ad soluendum, quibus condemnatis datur tit.48.n.8.& seq.
Qualitas scientiæ, & ætatis probanda 31.n.13
Qualitas tribuens iurisdictionem libello exprimēda est 46.n.14
Quando censeatur actum & incontinenti perficiatur contractus 9.nu.26
Quando dicatur incontinenti appellari 44. n.1
Quilibet præsumitur idoneus, donec aliud probetur 31.n.12.15
Quotidiana plenius tractanda 9. n.34

R.

RAsura, quando noceat instrumento. tit. 83 n.48
Ratio dicti, magis attenditur, quam ipsum dictū 34. n.35
Ratihabitio actorum admittitur, sententia siue pro, siue contra, lata 14.n.19
Reconciliatus, an possit esse iudex 16.n. 41
Reconuentio lite contestata, quomodo locū habeat 25. n.5
Reconuentio, & conuentio, eadem sententia termini debent eed,n. 7
Rector vniuersitatis, est ordinarius scholarium .n.949
Reductio à sententia arbitratoris, quando locum habeat 44.n.



Digitized by Google

Relatio citatiõis per Parochos executæ, nimis generalis 13.n.19
Renunciatio ſolius inſtantiæ, non admittitur, inuito aduerſario 8.n.7.
Res, vbi ſita, poſſeſſor aliter conueniri non poteſt, niſi ibi inueniatur 9 n.80
Reſcriptum Apoſtolicum, quomodo præſentetur, & acceptetur 10.n.5.& 6
Reſcriptum quibus modis impugnetur 16.n.6
Reſcriptum habet clauſulam, ſi preces veritate nitẽtur 38.n.70
Reſcriptum nemo impetrat, ſine ſpeciali mandato, niſi coniunctus 4.n.32.& 56
Reſpondere. ſignificat & ſoluere 9.n.41
Reſponſio in ſcriptis, quando recipiatur 22 n.15
Reſponſio talis, qualis interrogatio, ac ita interpretanda, vt euitetur periurium ibid. n.22.& ſeq.
Reſtitutio in integrum datur minori contra ſententiam validam 3 n.13.
Reſtitutio in integrum conceditur aliquando aduerſus publicata teſtium dicta 33.n.8
Reus, quis, & vnde dictus 3 n.1
Reus, priuſquam ad iudicium vocetur, præmoneri debet 8.n.11. tit. 21.n.34
Reus, non veniens in primo termino condemnatur ad expenſas 14.n.8
Reus petens edi actionem, non conſentit in iudicem 25.n.16
Reus ſuſcipiens, in ſe probationes, & non probans, an habeatur pro confeſſo 31.n.8
Reus non cogitur actori edere inſtrumenta 37.n.5.& ſeq.
Ruſticus veniet pedes, non eques, neque vtetur cibis delicatis 31.n.85.tit.41 n.67.
Rychlinhuſenſes dicitur Patre Rychlinhuſenſi, & matre extranea natus 9 n.14

S.

SAcerdotes an teneantur vltra quam facere poßint tit. 23 n. 43
Saluus conductus ſiue cautio ſæpè fragilis 12.n.84.
Scripturæ priuatæ, quantum credatur 31.n 28.& ſeq.
Scholaris loquens cum puella, non præſumitur dicere, pater noſter 31.n.46
Scholaris, habet optionẽ, corã quo iudice conueniri velit 9.n.81

Scholarium Louanienſium priuilegia 9 n.96.& ſeq.
Sententia pro minore valet, ſecus ſi contra 3.n.8.tit. 42. n.26
Sententia debet ferri ſecundum ordinem iudiciorum 7.n.6
Sententia interloquutoria, diffinitiua vel quaſi, quæ 41.n.3.& ſeq.
Sententia debet ſedendo, in ſcriptis, proferri tit.41.n.15.& 27 tit. 42.n.10
Sententiæ cauſam, inſerere, non eſt neceſſum 41. n. 51
Sententia facit ius, inter partes 41.n.70.42.n.16
Sententia, non retractatur prætextu inſtrumentum, aut malæ computationis 41. n-23
Sententia quibus modis ſit nulla 42. per tot.
Sententia pro, & contra mortuum, quando valeat 42.n.18
Sententia à quibus demandetur executioni tit.47
Seruus quibus caſibus, poteſt iudicio intereſſe 3 n.61
Signa contra ſignantem pleuè probant 31.n.28
Sigillum ob antiquitatem habetur pro agnito 36 n.36
Similis cauſa, quando faciat iudicem ſuſpectum 16.n.44
Singulares teſtes nihil probant 43. n.10
Solutionem non poteſt coniunctus exigere, licet poſſit agere, vt ſoluatur 4 n.55
Soror, vnde dicta 9 n.18
Specialia magis timentur, quam generalia 29 n.22
Spurio an deferatur iuramentum, in ſupplementum probationis 39.n.14
Statuto appellatio tolli non poteſt 44.n.46
Stylus, quando habeatur pro lege 7.n.35
Submiſſio protectionis ſuperioris, habet vim appellationis 18. num. 2
Sub, & obreptitiè impetrare, quid ſit 38.n.71
Suſpectus, qui vltrò ſe offert 4.n.24. 32.n. 5
Suſpicionis cauſas an exprimere neceſſum ſit 16 n.64.& ſeq.

T.

TAbellio, quis, & quomodo aliàs appelletur 6. n. 24
Terminus quando circumducatur 14.n.4
Termini in Curia Romana obſeruari ſoliti 7.n.27
Termini in aula Colonienſi obſeruari ſoliti, eorumque breuis explicatio eod. n.28
Termini, ſiue dilationes poſt lit. conteſt. peremptorij 12. n.46
Terminus ad dicendum contra commiſſionem ſiue reſcript. m eſt de

*eſt de ſubſtantia* 15.n.2
*Terminus ad appellãdum, currit abſenti, à tempore ſcientiæ* 18. nu.14
*Terminus ad iuſtificandum, & impugnandum* 19.nu.13
*Terminus ad deliberandum, & contradicendum libello, eſt de ſubſtantia* 26.n.1
*Terminus ad deliberandum, non datur actori* eod.nu.4
*Teſtes vnde dicti* 6.nu.23
*Teſtes duo regulariter ſufficiunt* 31,nu.23
*Teſtes, an ſufficiãt, intra terminum productos eſſe* eod.n.67
*Teſtibus à producente miniſtrantur expenſæ* ibid.nu.84.
*Teſtis falſarius, quos lædat* eod.n. 98
*Teſtes aduerſario præſente, retipi debent* 32.n.7
*Teſtes, qui non cogantur venire ad iudicium* eod. nu.7
*Teſtes, quando ſuper eiſdẽ articulis poßint repeti* 33.n.5.et ſeq.
*Teſtis poteſt de negotio inſtrui* 34.nu.12
*Teſtes qui eſſe non poßint* 34. per tot.
*Tranſſumpta authoritate iudicis plenè probant* 31.nu.26
*Tutor ante adminiſtrationem, inuentarium conficit* 5.nu.11
*Tutor ante lit.conteſt.non inſtituit procuratorem ſed actorem* eod. nu.72
*Tutor, non poteſt eſſe, debitor pupilli, niſi &c.* 5.nu.7
*Tutor non poteſt adminiſtrare, ante decretum, & licentiam iudicis* eod. nu.13
*Tutela non finitur de conſuetudine 14. annis, ſed continuatur ad 25.* eod.nu.14
*Tutor à iudice domicilij datus extendit adminiſtrationem ad omnia bona* eod.nu.21.& ſeq.

## V.

*Vagabundus vbique locorum rectè conuenitur* tit.9 nu.9
*Varians de falſitat. ſuſpectus* 34-nu.8
*vaſallus, an dominũ fundi ſine venia in ius vocare poſſit* 3.n.49
*verba futuri temporis, requirunt ſententiã declaratoriã* 9.n.82
*Verba decreti,* allegatis non obſtantibus *quid operetur* 17.n.10
*Verba rei veritatem non immutant* 45.n.15

*Vicarius Episcopi, habet idem tribunal cum Episcopo* 44. nu. 87
*Victus, victori in expensis condemnatur* 41 nu 60
*Vniuersitas quomodo congregari & citari possit* 12. nu. 34
*Vniuersitas non debet excommunicari, aut suspendi* eod. n. 36
*Vno ex delegatis causam aut oritate, non possunt reliqui se intromittere* 9. n. 11
*Vxor non vocabit, maritum in ius, sine venia* 3. nu. 49
*Vxor non agit, pro marito, nisi casu liberationis.* 4. n. 60

FINIS.

# PROCESSVS IVDICIARIVS, EXACTAM AC SOLIDAM VTRIVSQVE Iuris, ac diuerſorum Tribunalium praxin continens.

## *PRAELVDIVM.*

1. *Omnis Inſtitutio initium à definitione capit.*
2. *Iudicium quid.*
3. *Iudicium Ciuile & Criminale quid.*
4. *Ordinarium & Extraordinarium quod.*
5. *Vniuerſale quod.*
6. *Generale Iudicium quod.*
7. *Speciale quod.*
8. *Duplicia Iudicia quæ, & quare ſic dicta.*
9. *Iudicium ex quibus conſtet.*

DE Forenſi illa diſceptatione, deque regulari Iudiciorum ordine tractaturus, neceſſariò prius à Iudicij deſcriptione initium ſumendum eſſe exiſtimaui, ne alioqui omiſſis initijs, illotis (vt ita dixerim) manibus protinùs materiam diſceptationis tractare videar, *iuxta l. 1. ff. de orig. Iu.* Omnis namque, vt inquit ſummus ille apud Romanos Orator & Philoſophus M. Tullius *lib. 1. Offic.* quæ à ratione ſuſcipitur de re aliqua inſtitu- 1.

ſtitutio, debet à definitione proficiſci, vt intelli-
2. gatur quid ſit, de quo diſputatur. Iudicium igitur, vt ab Azone finitur, eſt legitimus Actus, in quo tres perſonæ primariæ intercedunt, Iudex, Actor, Reus, *l. inter litigantes. ff. de Iudic. c. Forus. cum gloſſ. ext. de verb. ſignif.* Neceſſariò enim hæ perſonæ in omni iudicio intercedunt, verè vel ſaltem fictè, vt in Iudicio Inquiſitionis, & ſimili, in quo fama præcedens repręſentat Actorem *c. Qualiter & quando, ext. de accuſ. c. licet Hely de Simon. ibi, fama deferente vel denunciante clamore gloſſ. verbi, quatuor in c. 1. 4. q. 4.* proinde quot præterea modis accipiatur Iudicium *annotat glo. verbi Iudicium in § Præterea Inſt. Quibus non eſt permiſſ. fac. teſtam. gloſſ. in c.*
3. *in Iudicijs, de Reg. Iu. in 6.* Iudiciorum autem alia ſunt ciuilia, alia criminalia & alia mixta. Ciuilia dicuntur, quando pœna applicatur parti, etiamſi ex delicto agatur, criminalia ſunt, quando pœna Fiſco defertur, *gloſſ. centum aureorum in l. Prætor in princ. ff. de ſep. viol. gloſſ. vlt. in l. 1. & ibi Salic. C. eo. tit. gloſſ. in l. aut damnum ff. de pœn. Bald. in l. Si qua per calumniam, nu. 1. reprobata ibi gloſſ. Auri. C. de Epiſcop. & Cler.* ADDE, .Communiter & veriſſimè ita Dd. tenere, teſte *Marant. part. 4. prin. diſt. 1. nu. 2. Gail. lib. 1. de pac. pub. cap. 15. nu. 24.* Mixta verò Iudicia dicuntur, quando pœna partim defertur Fiſco, partim agenti. *c. Tuæ in fin. & ibi Anth. de But. ext.*
4. *de Procur.* Iudiciorum item alia ſunt Ordinaria, alia Extraordinaria. Ordinariũ eſt, quod coram Iudice ordinario agitur vel quod Iudicij ordine, & figura obſeruata procedit, Extraordinariũ verò, quòd coram delegato Iudice inſtituitur *c. Inducię § et autem 3. q. 3.* vel quod non obſeruata Iu-

Digitized by Google

ta Iudicij figura ſed ex Iudicis officio in modum inquiſitionis, vel denunciationis procedit, *gloſſ. extraordinario in c. Quoniam ext. de probat. & gloſſ. in l. cum filius familias. Viaticum ff. Si cert. pet.* Et ſimiliter Extraordinarium alias Summarium eſt Iudiciũ, quod citra ſolennem ordinem Iudiciarium in cauſis Electionis, Poſtulationis & alijs obſeruatur, de quibus *in Cle. diſpendioſam, de Iudic. & in Cle. Sæpe. de verb. ſignif.* Iudiciorum denique alia ſunt Vniuerſalia, alia Generalia, & alia Specialia: Vniuerſale eſt, quo multiplicem collectionem per vniuerſitatem Iuris petimus, vt Iudicium petitionis hæreditatis, *l. 1. ff. de rei vend.* & Iudicium Actionis de dote, & de peculio. Generale eſt, quo totũm aliquod negociorum corpus perſequimur, diuerſas ſpecies, adeoq; totas negociationes complectens, veluti Iudicium Tutelæ, *l. 2. C. de Iudic.* Iudicium Actionis pro ſocio, & negociorum geſtorum *l. pro Socio ff. pro Socio.* Speciale Iudicium dicitur, quo rem ſingularẽ petimus, ſiue id quod natura ſua & quãtum ad Iuris interpretationem attinet ſpeciale eſt, etiamſi acceſſoria quædam habeat, vt fructus & id genus alia, tale eſt, Iudicium rei vẽdicationis, Mandati, Commodati, Depoſiti & eiuſmodi, *d. l. pro ſocio gl. vt perinde. in l. 1. ff. de Edend.* Poſtremo Iudiciorum alia ſunt ſimplicia, alia duplicia, Duplicia tria ſunt, ſcilicet, Familiæ herciſcundæ, Communi diuidundo, & Finiũ Regundorum, ſic dicta quod in his dubitatur, quiſnam Actor intelligatur, quia cauſa omnium par videtur. *l. in tribus ff. de Iudic.* ADDE his ſi placet plenius *Mara. pa. 4. princ.* vbi viginti diſtinctiones Iudiciorũ ex ordine ad longũ tractat.

5.

6.

7.

8.

9. *Iudicium ex quibus conſtet.*

Iudicium *authore Baldo in Rub.nu. 1. ext.de Iudic.* maximè cõſtat ex perſonis et cauſis. Perſonę ſunt Iudex, Actor, & Reus: hæ enim neceſſariò in omni Ordinario Iudicio intercedere debent, vt §. Teſtes autem non ſemper, ſed ita demum, cum factum negatum, & ad probationes confugiendum eſt, *d.c. forus, Verſ. In omni quoque negocio. ex. de verb. ſignif.* De his igitur ſigillatim eſt dicendũ, & prius quidem de perſonis, ante enim perſona, quam Iuris ratio querenda eſt, *l. Quidam referunt ff. de Iur. Codicil.*

# TITVLVS I.

## De Iudicibus.

1. *Iudex quis, & vndè dicatur.*
2. *Iudex qualis eſſe debeat ex ſententia Chryſippi.*
3. *Verba l. obſeruandum, de offic. præſid.*
4. *Aſſeſſor, & Arbiter non ſunt Iudices.*
5. *Auditores Cameræ Apoſtolicæ ſunt Iudices delegati.*
6. *Iudex Ordinarius quis.*
7. *Princeps eſt ordinarius omnium.*
8. *Legati de Latere, Proconſules, Duces, Marchiones, Comites, ordinarij.*
9. *Omnes Ordinariam Iurisdictionem habent, quibus eadem ab Imp. conceſſa.*
10. *Archiepiſcopi, Epiſcopi, alijq; Prælati habent ordinariam Iurisdictionem.*
11. *Archiepiſcopus eſt Ordinarius ſuorum ſuffraganeorũ.*
12. *Epiſcopus Abbatum, & Clericorum ſuæ diocæſis.*
13. *Abbates, alijq; Regulares Prælati ſunt ordinarij ſuorum monachorum.*
14. *In cauſis Ciuilibus Abbas eſt Iudex monachorum.*

15. *Quand*

15. *Quandò in criminalibus ſit Iudex.*
16. *Cognitio grauiorum criminum ad ſolum Epiſcopum ſpectat.*
17. *Prælati ſæculares in ſuos ordinariam habent Iurisdictionem.*
18. *Etiam de ordinatione Eccleſiæ Colonien.*
19. *Pro occultis delictis leuiter puniunt Prælati.*
20. *Electi à Collegio quodam approbato, puta mercatorũ, ſartorum, habent Iurisdictionem ordinariam.*
21. *Verba l. fin. C. de Iurisdict. om. Iud.*
22. *De quibus negocijs cognoſcant huiuſmodi Iudices.*
23. *In arbitrio Actoris eſt, coram illis, vel ordinario agere.*
24. *Conſuetudine ordinariam Iurisdictionem acquirit etiam priuatus.*
25. *Officium Iudicis, ſuum cuiq; tribuere.*
26. *Item pacificare, & componere partes.*
27. *Iudex monebit partes ad concordiam.*
28. *In quibuſdam caſibus compellet ad concordiam.*
29. *Iudex dicet, & quæret ea, quæ ad cauſam faciunt.*
30. *Text. c. Iudicantem. 30. q. 5.*
31. *Officio Iudicis cõuenit ſceleratos inquirere, & punire.*
32. *Quibus modis officium Ordinarij finitur.*
33. *Iudex delegatus quis, & à quo detur.*
34. *Text. l. Vni. C. qui pro Iurisdict.*
35. *Delegatus principis delegare poteſt.*
36. *Siue motu proprio, ſiue ſolus, ſiue cum alio datus.*
37. *Subdelegatus vlterius delegare nequit.*
38. *Differentia inter Ius Ciuile, & Canonicum.*
39. *Delegati Inferiorum principum ſubdelegare non poſſunt.*
40. *Electa induſtria perſonæ cauſa non ſubdelegatur, vbi & quando cenſeatur electa.*
41. *An cenſeatur electa, ſi committatur conſcientiæ.*

42. *Quandò delegatio facta per verbum* Iubemus, Præcipimus, *vel ſimile non poteſt ſubdelegari.*
43. *Nudum miniſterium non poteſt ſubdelegari.*
44. *Reſeruata principis non poſſunt ſubdelegari.*
45. *Delegatus inferioris poteſt ſubdelegare, ſi ea facultas ei data.*
46. *Item quando conſuetudo hoc patitur.*
47. *Delegatus ad vniuerſitatem cauſarum poteſt ſubdelegare vnam vel alteram cauſam.*
48. *Quando quis dicatur ad vniuerſitatem cauſarum delegatus.*
49. *Delegatus Proconſulis ſubdelegat.*
50. *Delegatus à Legato à Latere an ſubdeleget.*
51. *Articulum non requirentem cauſæ cognitionem delegatus inferioris ſubdelegare poteſt.*
52. *Delegatus formam commiſſionis ſeruare, eaq; facere debet, quæ ad expeditionem negocij pertinent.*
53. *Delegatus Pontificis poteſt quoſlibet compeſcere, & excommunicare.*
54. *Delegatus inferioris, non niſi ſibi ſubiectos.*
55. *Morte delegantis, & impetrãtis expirat Commiſſio.*
56. *Litteræ impetratæ ſub nomine Eccleſiæ durant poſt mortem impetrantis.*
57. *Mortuo eo, contra quem &c. re integra expirant litteræ.*
58. *Item ſententia lata expirant literæ.*

PRIMÒ igitur omnium à Iudice, ſeu fori Actionum Principe, dicẽdi materiam exordiemur, primum namque ad Iudicem, ij qui controuerſiam habent, confugiunt. Porro ad
1. Iudicem ire eſt, ad Iuſticiam ire, Iudex enim (*ait Ariſtoteles. 5. Ethicorum*) vult perhiberi viua iuſti-

iuſtitia, proinde Iudicem ab eo, quod ius dicit, appellamus *c. Iuſtum, 23. q. 2.* ius vero dicit qui inter partes diſcernit, & vnicuique quod ſuum eſt, tribuit. Non eſt ergo Iudex, ſi non eſt in eo Iuſticia, *tex. in d. c. Forus. de verb. ſig.* Hunc ergò, qui iuſticiæ eſt antiſtes, oportet eſſe virum grauem, ſanctum, ſeuerum, incorruptum, inadulabilem, contraque improbos nocenteſque immiſericordem atque inexorabilem, erectumq; & arduum, ac potentem, vi, & maieſtate, æquitatis, veritatiſque terrificum: quemadmodū colligitur ex verbis Chryſippi quibus iuſticiæ imaginem graphicè depingit, *apud Aul. Gel. lib. 14. noct. Attic. cap. 4. Et Calliſtratus in l. Obſeruandum ff. de Offic. Præſid. ait.* Obſeruādū eſt Ius reddēti vt in adeundo quidē ſe facilem prębeat, ſed cōtemni ſe non patiatur, vndè mandatis adijcitur, ne præſides Prouinciarum in vlteriorem familiaritatem prouinciales admittant, nam ex conuerſatione æquali contemptio dignitatis naſcitur, ſed & in cognoſcendo, neque excandeſcere aduerſus eos, quos malos putat, neque precibus calamitoſorū illachrimari oportet, id enim non conſtantis, & recti iudicis, cuius animi motum vultus detegit, & ſummatim ita ius reddi debet, vt authoritatem dignitatis ingenio ſuo augeat. Porro Iudicū genera duo ſunt, alij enim ordinarij ſunt, alij delegati. Aſſeſſorem verò ideo inter iudices non referimus, quod iurisdictione careat, *gl. vlt. & ibi Dd. in l. 1. de offic. Aſſeſſ. Panor. & alij in c. decernimus ext. de Iudic.* Similiter nec Arbitrum quia proprie iudex non eſt, *c. cum dilectus. ext. de Arbit.* Nam & priuatus arbiter eligi poteſt, ſed priuatorum

2.

3.

4.

consensus Iudicem non facit eum, qui nulli præest Iudicio *l. Priuatorum C. de Iurisdict. om. Iud.* Auditores verò Cameræ Apostolicæ contradictarum, & causarum Palatij, delegati sunt, *gl. 1. in fi. in Clem. Auditor. de Rescript.* Et similiter ij, qui
5. extra Curiam Romanam dantur Auditores ad vnum articulum causæ cognitionem requirentem, secus si articulus causæ cognitionem non requirat, tunc enim nudi ministri sunt, de quo *in c. Super quæstionum ext. de Offic. Iud. deleg.*

6. *De Iudice ordinario.* Iudex ordinarius est, qui Iure suo, vel Principis, vel Collegij, vel consuetudinis beneficio vniuersaliter Iurisdictionẽ exercere potest. Iure autem suo iurisdictionem vniuersaliter exercet Prin-
7. ceps, qui dicitur Ordinarius singulorũ, *c. Cuncta per mundum c. per principalem 9. q. 3.* Principis verò beneficio Ordinariam exercent iurisdictionem Legati de Latere in prouincia sibi decreta, *c. Legatos. ext. de offic. leg. l. 6.* Item proconsules, &
8. Legati Cæsaris, *l. 1. 3. 4. 6. & per tot. tit. ff. de offic. præsid.* Itẽ, duces, Marchiones, Comites, & cæteri, qui totalẽ totius territorij iurisdictionem habent ab Imperatore, à quo omnis Ordinaria velut fõte promanat, *c. à Iudicibus, 2. q. 6. gloss. vlt. in l. More maiorum, ff. de Iurisdict. om. Iud.* Et postremò ij quibus
9. Princeps ordinariam iurisdictionẽ speciali priuilegio concessit, *c. duo simul. ext. de offic. Ordin. c. Noui. ext. de Iudic. c. cum Contingat ext. de for. comp.*
10. Collegij autẽ beneficio ordinariam iurisdictionem consequuntur ij, qui ab ipso Collegio, vel vniuersitate approbata electi sunt, & per superiorem confirmati, veluti Archiepiscopi, Episcopi,

& sum-

Digitized by Google

& ſummatim omnes Eccleſiarũ prælati, *c. Noſti. c. tranſmiſſam. c. Nihil. ext. de Elect. c. Cum ab Eccleſiarum ibi Panor. ext. de offic. ordin. c. decernimus, cum gl. vlt. ext. de Iud.* Archiepiſcopus enim ordinarius 11.
eſt ſuorum Suffraganeorum & Clericorum ſuæ propriæ diocæſis, non autem ſubditorum Suffraganei ſui, exceptis quibuſdam caſibus *notat. in c. Paſtoralis ext. de offic. ordin.* Epiſcopus verò Ab- 12.
batum, Archidiaconorum, & breuiter omnium Clericorum ſuæ dioceſis Iudex eſt ordinarius, *c. 1. ext. de offic. ordin. c. Cum Epiſcopus eo. tit. lib. 6.* Adeò, vt etiam cum quolibet Prælato inferiore iurisdictionẽ habẽte, in iurisdictionis exercitio concurrat, & locum habeat præuentio, *Dd. in d. c. Cum ab Eccleſiarum.* Abbates autem & alij Prælati 13.
Regulares, in cauſis ciuilibus Monachorum iurisdictionem habent, & poſſunt Monachi coram eis conueniri, ſi cauſæ commodum, vel incommodum non reſpiciat Prælatum, aut Eccleſiam 14.
eius, alioqui coram Epiſcopo conueniuntur: in criminalibus verò ita demùm iurisdictionẽ habent, ſi Monachus pœna Regulæ, quam profeſ- 15.
ſus eſt, afficiendus ſit, vel ſi crimẽ leue ſit, & præſertim aduerſus ſtatuta, vel vota Regulæ commiſſum *c. Abbates. 18. q. 2. c. Ea quæ. ext. de Stat. Regul. c. Quanto. & ibi gloſſ. & Dd. ext. de offic. ordin.* In gra- 16.
uioribus autem criminibus, veluti homicidij, Stupri, Hæreſeos, & huiuſmodi, in quibus per modum Inquiſitionis, vel Accuſationis in figura Iudicij ad pœnam iuris ordinariam præſertim depoſitionis, vel degradationis proceditur, cognitio ad ſolum Epiſcopum ſpectat. *per c. Monaſteria 18. q. 2. Inno. n. 2. Imol. & Anth. de Butr. nu. 20. in d. c.*

*quanto*. Porro prælati ſeculares in cauſis Ciuilib⁹ Clericorum ſuæ Eccleſiæ, vel Collegij, iurisdictionē habent, per rationem *l. vlt. C. de Iurisdict. om. Iud.* quod eatenus vſu receptum eſt, vt ſummariè & de plano, ſolum audiant conquerentes de ſuis Clericis, & eos ad ſoluendum, vel iniuriā reſarciendam compellant, aut communis amicitiæ & quaſi pacificatoris partes ſuſcipiant.

ADDITIO. Vnde 26. ſtatuto prouinciali Eccleſiæ
18. Colonien. ſub Frederico Archiepiſcopo bonæ memoriæ ordinatum inuenio, quod Canonici Eccleſiarum Collegiatarum Ciuitatis Colonienſis ab Officiali, & alijs ordinarijs Iudicibus ad Decanos ſuos pro quibuslibet cauſis cōuenti, remitti debeant, hoc petētes, nec alias authoritate ordinaria iudicari valeāt, niſi in defectu iuſticiæ per Decanos, & capitula, expeditè reddendæ, ſecundum eorum conſuetudinem hactenus obſeruatam. Sed hodiè videmus Canonicos coram ordinario cōueniri, quod & tutius, & de Iure communi licitum, quo datur agere volēti electio coram quo eoſdem conuenire velit, & eſt locus præuentioni. *Panor. in d. c. Cum contingat. nu. 29. & fin. in fin. 4. Concluſ. ext. de for. compet.* Ch. Wintzler.

19. In criminalibus autem nullam iurisdictionem habent, *c. cum contingat. ext. de for. compet.* licet per viam nudæ coercitionis, illos pro delictis occultis leuiter punire poſſint, illos ſcilicet, in vincula conijciendo, vel certo tempore diſtributionib⁹ quotidianis priuādo. *Pan. in d. c. Cū contingat. n. 29.* Et hæc vera ſunt niſi conſuetudo, priuilegium⁹ aut præſcriptio legitimè inducta, aliter ferat, per *c. Conqueſtus 9. q. 3. & d. c. Cum contingat. in fi. & ibi*
20. *omnes Dd. ext. de fo. comp.* Item Collegij, & Vniuerſitatis beneficio aſſequuntur ordinariam iurisdictionem, ij, qui eliguntur ab his, qui ſunt a-

licuius

Digitized by Google

licuius profeſsionis, negociationis, vel artis, vt ſunt mercatores, ſartores, ſutores, & ſimiles, *d. l. vlt. C. de Iurisdict. om. Iud.* Periniquum ( inquit Impe. ) & temerarium eſſe perſpicimus, eos, qui profeſſiones aliquas, ſeu negociationes exercere noſcuntur, iudicum, ad quos earundem profeſſionum, ſeu negociationum cura pertinet, iurisdictionem, & præceptionem declinare conari. Quapropter iubemus huiuſmodi hominib⁹, nec cuiuslibet militiæ, ſeu cinguli, vel dignitatis prærogatiuam, in hac parte ſuppetere, ſed eos, qui ſtatutis in quacunq; militia cõnumerati ſunt, vel fuerint, vel qui dignitatem aliquam prætendunt, ſine aliqua fori præſcriptione his iudicibus, tam in publicis, quam in priuatis cauſis obedire compelli, ad quorum ſollicitudinẽ, profeſſionis, ſeu negociationis, quã præter militiam, (vt dictũ eſt) exercent, gubernatio videtur reſpicere, ita tamẽ, vt ipſis nihilominus iudicib⁹, ſub quorum iurisdictione militia, ſiue dignitas eorũ conſtituta eſt, procul dubio reſpondeant: his videlicet, quicunque contra huiuſmodi tenorem legis venire tentauerint, militiæ cingulo, ſeu dignitatis honore, pro tali conamine ſpoliandis. 21.

Addit10. Hi tamen ordinarij, de negocijs ad eorum artificium minimè pertinentibus, non cognoſcunt, *vt ibi Bald. nu. 3. & Caſtrenſ. num. 2. Beneue. Stracha in ſuo tractatu de Mercato. Tit. Quomodo in cauſa Mercat. proced. num. 9. & ſeq.* Ne quidem ex conſenſu partium per modũ prorogationis. *Panor. in c. P. & G. num. 15. ext. De offic. deleg. vbi & Felin. num. 12. & in c. cæterum. num. 2. ext. de Iudic. Iaſon in l. ſi per errorem num. 4. ff. de Iurisdict. om. Iud. Marant. part. 4. diſtinct. 12. num. 18. Vant. de Nullit. ſent. ex defect. Iurisdict. ord. num. 51. & ſeq. Afflict. dec. 9. n. 16 à quibus diſſentit Caſtrenſ. in l. Teſtamenta omnia, nu. 5. C. de Teſtam.* 22.

ſed in-

ſed inaduertenter vt ibi notat Iaſ. num. 1. Alex. nu.3. reconuentio tamen coram eiſdem iudicibus locum habet, *Panor. in c. 1. num.37.ext.de mut.petit. Marant.part.4. diſtinct.6.nu.28.Sebaſt. Medic. in Tract. de Compenſat. part. 1.*
23. *quæſt. 1, nu.12.contra Antho.de But. in d. c.* 1. Neque alijs ordinarijs generalem iurisdictionem habentibus cognitionem præripiunt, quin & coram his, pro arbitrio Actoris agi valeat. *Sichard. num. fin. Bald.Caſt.& alij Dd. in d.l. fin. C. de Iurisdict. Beneue. d. lo. nu.6.& ſeq,* regulariter enim, & in dubiò inferior iurisdictionem accumulatiuè, & non priuatiuè ad ſuperiorem habere ſolet, *Mynſ.cent.6.obſer.99. plenè. Felin in c. Paſtoralis ext.de offic. ordin.Menoch.l.2.præſumpt.18. per tot.Peck.de iure ſiſtend.cap.21. nu. 7.* præſtat tamē coram electis à Collegio agere,ad eosque tanquam peritos cauſam remittere, ne ex imperitia aliorū Iudicū ineptè decida-
24. tur, Chriſt. Winzler. Poſtremo ordinariam iurisdictionem tribuit ipſa conſuetudo, etiam nullā alioqui habenti, *c. vlt.ext.de offic. Archid. c. duo.ext. de offic. ordina. c. Cum contingat. de ſo. comp. c. nouit Verſ. Non enim intendimus Iudicare de Feudo. ext. de Iud.l.1.& fin.C.de Emancipat.lib.Felin. in c.Super quæſtionum §. Si vero, fal. 6. ext. de offic. deleg.*

25. Officium ordinarij & cuiuslibet iudicis eſt, vnicuiq; ius ſuum remota perſonarum acceptione tribuere, *c. cum deuotißimam & c. ſeq. 12. q. 2. c. Summoperè 11.q.3.d.c. Nouit ext. de Iud. c. vlt. in princ.*
*Officium Ordinarij.*
26. *ext. de ſtat. Monach. l. eos. C. de Appel.* Item ſi facultas eſſe videatur componendi negocij,officio pauliſper iudicis dilato, communis amicitiæ, & quaſi pacificatoris partes recipere, *90. diſt.per tot. c. vlt. & ibi Dd. ext. de Tranſac. l. æquißimum ff. de*
27. *Vſuf. & quemad. quis vtat.* ADDITIO. Monebit igitur Iudex partes ad concordiam, vſque adeò, vt ſi eas concordare poſſit, & non faciat,grauiter peccet,

*Hemming.*

*Henningus Gœden in ſuo proceſſu Rubr. 2. num. fin.* nullo autem modo compellet § *fin. Authen. vt litig. Iur. in exord. col. 9.* niſi lis eſſet inter duas Ciuitates, aut inſignes perſonas, vnde reſpub. turbari poſſet § *Deinde conueniens Auth. de Mandat. Princ. col. 3. Bart. in l. congruit. nu. fin. ff. de offic. Præſid. Io. Bapt. Caccialup. in trac. De Tranſact. quæſt. 20. nu. 1. et 2. Gail. lib. 2. de pace publica. cap. 18. num. 10.* aut longo tempore duraſſet, adeoque intricata eſſet, vt de facili expediri non poſſet, *Caccialup. d. quæſt. nu. 2. et ſeq. Gail. nu. 9. Iaſ. in auth. ſi vero nu. 7. C. de Iudic.* Quod ſi de iuſtitia alterius partis conſtaret, Iudex perſuadendo iuſtæ parti concordiam, mortaliter peccaret *Henning. Gœd. d. rub. 2. nu. fin.* niſi fortè viderit expedire ex aliqua cauſa, puta quod lis poſſet multum protelari per Appellationes, *Caccialup. d. q. 20. n. 4.* Sed eo caſu iudex cogere poſſet, quò eius de quo litigatur haberet plenā adminiſtrationē, vt in *c. Cū inter 16. ext. De Elect.* ꝙ ſic exaudit *Caccialup. d. lo. nu. 5.* Quādo verò in criminali compellere valeat *vide Gail. d. cap. 18. num. 8.* 28.

Chr. Wintzler. Item emergentes quæſtiones ſuis interloquutionibus dirimere, interloquutionesque ſi opus ſit, reuocare. *c. 1. ext. de ord. cognit. c. cum ceſſante, ext. de Appellat. l. quod iuſſit ff. de re iudic.* 29.

Iteē inter cognoſcēdū, ea, quę dicto, quæſitoq; opª eſt, dicere & quærere, etiāſi, cuius ea dici, quæriq; intereſt, neq; dicat, neq; poſtulet. *l. vnica. C. vt quæ deſint Aduo. l. Iudices C. de Iudic. c. Bonæ vbigl. ext. de poſtul. Prælat. c. Iudicantem, 30. q. 5.* Iudicantem (inquit Summus Pontifex) oportet cuncta rimari, & ordinem rerum plena inquiſitione diſcutere, interrogandi, reſpondendi, obijciendique præbita patientia ab eo, vt ibi actio ambarum partium illuminata ſit pleniter, nec litigantibus Iudex prius vel ſua ſententia obuiare, niſi quando iam peractis omnibus nihil habeant in quæſtione, quod proponant, & tam diu actio ventile- 30.

tur,

"tur, quousq; ad rei veritatẽ perueniatur, frequẽ-
"ter interrogari oportet, ne aliquid prætermissum
"fortè remaneat, quod annecti cõueniat. Item offi-
31. cio ordinarij continetur, sceleratos homines cõ-
quirere, & prout quisq; deliquerit, in eum anim-
aduertere *c. 1. ext. de offic. ordin. l. Congruit. ff. de offic. præsid.*

32. FINITVR autem officium ordinarij, primò,
*Quib⁹ modis finiatur offic. ordinarij.* per mortẽ, quæ omnia soluit. *§. Deinceps in Auth. de Nupt. col. 4. l. pen. ff. de Sent. quæ sine Appel. rescind.* Secundò, per Renunciationem *ext. de Renunt. per to.* Tertiò p depositionẽ. *c. veritatis ext. de dolo & contũ. c. ex Literis. ext. de excess. prælat.* Quartò, per ipsius translationem *c. si quis iam translatus, 21. q. 2.*

33. IVDEX delegatus est, cui à Principe, vel alio
*De Iudice Delegato.* Ordinario, aut ab eo, qui ad id potestatem habet, causæ cognitio delegatur. Et quidẽ principem, delegatum dare posse, indubitati iuris est. Eum quoq; qui ordinaria iurisdictione præditus est, delegandi ius habere constat. *l. more maiorũ. ff. de Iurisd. om. Iud. c. Pastoralis ext. de offic. ordin.* dummodo delegat causam ad suam iurisdictionẽ spectãtem, *l. vni. C. qui pro sua Iurisd. Iud. dare dariue poss.* In
34. causam (inquiunt Imperatore) delegationibus
"illud consultissimè præcipimus obseruari, vt ita
"valeant, si ad iurisdictionẽ pertineant delegantis;
"quod si quis alienæ iurisdictionis causam credi-
"derit delegandã, nec præcepto cognitorem datũ,
"patientiam accõmodare censemus. Et si contra
"leges obtẽperauerit, deleganti omnia, quæ ab ea
"delegatione gerũtur, ita pro infectis haberi prę-
"cipimus, ac si ipsi, qui delegauerãt alienæ iurisdi-
"ctionis iudices, resedissent, vt nec Appellãdi qui-

dem

Digitized by Google

dẽ neceſsitas victis aduerſus eas ſententias impo- „
natur. Ad hæc delegandi poteſtatẽ obtinet etiam „
delegatus Principis, tametſi delegatã iurisdi ctio- 35.
nẽ habeat *l. à Iudice C. de Iudic. c. Paſtoralis. c. vlt. ext. de offic. deleg.* etiã nullo cauſarũ habito tractatu *d. l. Vni. in fin. C. qui pro ſua Iurisd.* Hęc (inquiũt Imp.) te-
neant, niſi iudices à nobis ſpecialiter delegantib⁹ „
dati, alijs cauſas delegauerint iudicãdas. Nam his „
delegantib⁹ nullo perſonarũ, cauſarumq; habito „
tractatu Appellationũ ad nos iure iudicia remea- „
bũt. Et quidẽ ſubdelegare poterit ſiue à Principe „
motu proprio ſiue ad petitionẽ partiũ ſit datus, 36.
*d. c. vlt. & ibi Panor. ext. de offic. deleg.* ſiue iuxta cauſa
ſubſit, ſiue nõ, *gl. exonerare in d. c. Paſtoralis & ibi Panor.* ſiue etiã vn⁹ ſolus inſolidũ, ſiue cũ alio datus,
qui per ſe velit procedere, hoc enim nõ obſtãte
ſubdelegatio fieri poteſt, *c. Quãuis. de offi. deleg.* etiã
plurib⁹, *Anth. de But. in c. Super quæſtionũ n. 9. ext. d. tit.*
Hæc tamẽ vera ſunt, primò, in delegato principis 37.
immediato, ſecus in ſubdelegato delegati à prin-
cipe, ille enim vlterius ſubdelegare nequit, *d. c. ſu-*
*per quæſtionum § Si verò duo, & ibi Dd.* Secundò veri- 38.
tatẽ obtinent, quando delegatus velit totã cauſam
ſubdelegare, ſecus ſi ſolã cauſæ audientiã reſerua-
ta ſibi ſententia, nam id de iure Ciuili nõ poteſt,
*Auth. Adhæc C. de Iud.* De iure verò Canonico po-
teſt. *d. c. ſuper quæſtionũ. Iaſ. in d. l. à Iudic. n. fin. limit. 2.*
Tertiò vera ſunt, in delegato à ſummo principe, 39.
Papa ſcilicet, vel Imp. vel alio nõ recognoſcente
ſuperiorem de iure, vel facto, ſecus in delegatis
principũ aliorũ, *gloſſ. verbi, delegare in d. c. ſuper quæ-*
*ſtionum §. Si verò duo, Bart. in l. 4. §. 1. ff. de dam. in-*
*fect. Alex. in l. 1. ff. de offic. eius cui mand. Iurisdict.*

Quartò

40. Quartò quæ dicta ſunt, veritatem habent, niſi induſtria perſonæ delegati eſſet electa, quod liquet ex delegantis verbis, puta ſi dicat: per teipſum cognoſcas, perſonaliter negocium exequaris, *tex. in c. vlt. & ibi gloſſ. & Dd. ext. de offic. deleg. c. is cui. eo. tit. in 6. Alex. in l. à Iudic. nu. 3. & ſeq. C. de Iud. & in l. more. nu. 22. & ſeq. ff. de Iurisdict. & Bald. in c. Si pro debilitate. nu. 1. ext. de offic. deleg. Iaſ. d. l. à Iudice num. fin.* ADDITIO. An quandò delegati conſcientia oneratur, cenſeatur electa induſtria perſonæ, controuerſum; *Caſt. in d. l. à Iudice nu. 8.* quod non, *Alex. ibid. nu. 4.* contra, quod ſic, quem ſequitur. *Iaſ. num. fin. Pet. Foller. in addit. ad Marant. diſt. 5. part. 4. nu. 27. Gail. lib. 1. obſ. 97. nu. 5. Menoch. lib. 2. præſumpt. 21. n. 16.* Panor verò *in c. cũ in veteri n. 4. ext. De Elect.* intelligit hoc verum quando deciſio cauſæ alicuius conſcientiæ relicta, ſecus ſi ſimpliciter cauſa, quaſi tunc ſatisfaciat conſcientiæ, ſi idoneum ſubdeleget. Etſi hanc Panor. conſiderationem nõ ita veram exiſtimet Iaſon d. lo. tamen ob magnam illius authoritatem ſuo loco relinquit. Plures interim formas per quas cenſeatur electa induſtria perſonæ *vide apud Menoch. d. præſumpt. 21.* & inter reliquas nota quam *num. 17.* refert *ex Gail. d. obſ. 97. nu. 6.* quod cenſeatur induſtria electa per hæc verba: Committimus tibi de tua prudentia ſiue diſcretione confidentes. quod & notauit Roman. *Cons. 330.* cuiuſmodi verbis hodiè plerunque reſcripta concipiuntur & tamen ſubdelegationem fieri aliquando videmus Ch. Wintzler. Quintò obtinent quæ dicta ſunt, niſi Princeps dixiſſet: Tu & nullus alius cognoſcas. *l. 1. § de his. cum gloſſ. Nullius alterius ff. de ſepar. Alex. d. l. 1. nu. 92. ff. de offic. eius cui mand. Iuris. & d. l. more. num. 22.* ADDITIO.

42. *Menoch. d. præſumpt. 21. nu. 10. & ſeq.* Sextò procedũt ſuperius dicta, quando delegatio fit per verbum Mandamus, ſecus ſi per verbum Iubemus, vel præci-

præcipimus, aut alia æquipollentia, quæ neceſsitatem inferant, tunc enim ſubdelegare non poſſet, gl. eſt quæ ait ita diſtinguere Curiales Papæ vel Imperatoris, *in l. Sæpe audiui Cæſarem. in verbo, neceßitatem. ff. de offic. Præſid.* quam ſequuntur *ibi Bart. & Bald.* dicentes illi non eſſe ſimilem, & illã approbat *Io. de Imol. in Clem. ſæpe. de verb. ſig. Alex. in l. More. nu. 40. & Iaſ. in d l. à Iudice in fin. limit. 10.* Septimò locum ſibi vendicant, quæ dicta ſunt, niſi Princeps delegaſſet officium, ſeu certum miniſterium ſine iuriſdictione, quia hoc ſubdelegari non poteſt *d. c. vlt. §. fin. ext. de offic. delegat.* (Addɛ, Couar. lib. 3. var. reſol. cap. vlt. nu. 5.) Octauò quæ diximus vera ſunt, niſi Princeps delegaſſet ea, quæ ſibi reſeruata ſunt in ſignum ſupremæ poteſtatis, de quibus *per Bald. in l. 1. C. de Iu. Aur. Annul. & in l. Reſcripta. & ibi alios. C. de precib. Imp. offer. & prolixè per Lucam de Penna in l. contra publicam. C. de re milita. lib. 12. Spec. t. de Legato. §. Nunc oſtendendum. per tot. gl. & Dd. in c. Tranſlationem. ex. de offic. leg.* quia tunc ob grauitatem & arduitatem materiæ, induſtria perſonæ præſumitur electa, *vt ait Anth. de But. & Imol, in c. quod Sedes ext. de offic. ordin. Alex. in l. 1. nu. 91. ff. de offic. eius cui mand. Iurisd.* Addɛ, *eundem Alex. in d l. more. n. 28. Menoch. d. præſumpt. 21. n. 5. lib. 2. & lib. 1. de Arbitrar. Iud. quæſt. 54. nu. 3.* C. W. Quartò præterea loco, delegandi poteſtatem habet delegatus inferioris ordinarij, in quibuſdam caſibus tantum. Primò ſi illi expreſſa poteſtas ſubdelegandi ab ordinario tributa ſit, vt ſi Epiſcopus delegans dicat, cognoſcas vel per te, vel per alium, *gl. vlt. in c. Is cui ab Apoſtolica. ext. de offic. deleg. lib 6. Felin in d. c. Super queſtionum §. Si vero. nu. 18. ext. de offic. deleg.* Dd.

43. 44. 45.

*in d.l. à Iudice.C. de Iud. Panor. in c. Cum Bertoldus nu. 24.ext.de Sent.& re Iud. Imol. in clem. 1. de offic. deleg & Fulgoſ. in d.l. more.ff.de Iurisd. om. Iud.* dicit hanc opinionẽ intrepidè ſeruandam. Secundò quando hoc habet conſuetudo.*l.Cum Prætor. verſ. Item hi quibus id.ff. de Iudic. & ibi Angel. Felin. in d. c. Super quæſtionum.§.Si verè.nu.19.* Tertiò quando ad Vniuerſitatem cauſarum datus eſt,*gl.2. & pen. in fin. in d.l.à Iudice.gl.delegare.in d.c.Super quæſtionum.§.Si vero.* ADDE,quod eam *gl. Dd. cõmuniter probant teſte Couar. lib.3. var.reſol. cap. vlt.nu.11.* Et ratio eſt, quia talis delegatus habetur loco ordinarij, *gl. delegatus. in c. Cũ cauſam.ext.de Appel.Bald.in d.l.à Iudice.nu.2. & in l. ſi vt proponis.C.Quomodo & quando Iudex &c.* ADDE, *Gail. d.obſ. 97.nn. 12. & inf. tit.44. nu. 83. & ſeq.* Sed hoc tamen de vna,vel altera cauſa intellige, nam vniuerſitatem cauſarũ in genere ſubdelegare non poſſet, *Hoſtienſ.in ſum. tit. de offic. deleg.§. Quis poßit, Alex.in d.l.more.Felm.d.§. Si vero.* Et dicitur delegatus ad Vniuerſitatem cauſarum, quando delega-
48. tio fit ſub nomine territorij, puta, delego omnes cauſas talis caſtri, *gl.in l.1. & ibi Bart. Bal. & Salic.ff. Quis & à quo Appell.Guil. de Cun. Bart.Salic.& Iaſ.in l. à Iudice.C.de Iudic.Cyn. & Bald. in l. ſolent ff. de Iurisd. om. Iud.* ADDITIO. Et hoc caſu dicitur delegari Iuriſdictio, & non cauſa, ſiue Iudex dari, quia inter hæc eſt magna differentia, quam oſtendit Couarru. *in d. c. vlt. lib. 2. var.reſol.nu.11.* & *Duar. de Iurisd. cap. 8.* licet nonnunquam confundi rectè fateatur Couarru. *per.l.ab eadẽ allegatas & notamus inf.d.tit.44. n.85.& ſeq.* W. Quartò ſi à Proconſule delegatus ſit *l.cum Prætor.*
49. *§. 1. ff. de Iud.* quia delegatus Proconſulis dicitur delegatus ad vniuerſitatem cauſarum *l. obſeruare §.1.& l. ſeq.ff.de offic.Proconſ.& leg. Felin.d.§. Si verò.1.*

Digitized by Goo

*ro.1.fallent.* Quintò si delegationem à Legato de latere acceperit, *Bald. in l. à Iudice C. de Iud. Panor. in c. Cum Bertoldus. ext. de re Iudica. Ang. in d.l. Cum Prætor. §.1. Philip. de Perus. in c. Cū causam. quæst. 8 ext. de Appell. Alex. de Imol. in l. more ff. de Iurisd. om. Iud. Felin. in d.c. Sup. quæstion. §. Si verò. de offic. deleg. fal. 2.* Sextò si delegat vnum Articulum non requirentem causæ cognitionem, *gl. in Clem. 1. de off. deleg. Rot. decis. 205. Felin. d. §. Si verò. in fin.* In his ergo casibus tantum, delegatus inferioris subdelegandi Ius habet, non in aliis, *d. l. à Iudice C. de Iud.* etiam de partium consensu, *Spec. in t. de Iudic. deleg. §. 1. Vers. Sed nūquid. Rot. decis. 258. quæ est 8. sub. tit. de offic. deleg. In no.* nec etiamsi absentia, aut necessarium impedimentum intercedat, *Bart. in l. Legatus. in fin. ff. de offic. Proconsul.* 50. 51.

Officium delegati est, formam mandati diligenter, & ad amussin obseruare *c. Cum dilecta. ext. de Rescript. l. diligenter. ff. Mand.* Adde, Gail. lib. 1. obser. 35. num. 4. Item omnia facere, per quæ peruenitur ad consumationem negotij commissi, etiamsi illa non contineantur in diplomate Commissionis. *c. Præterea. c. ex Literis. c. Prudentiam. ext. de offic. deleg. l. 2. ff. de Iurisd. om. Iud.* Item quemlibet contumacem suæ Iurisdictionis exercitiū impedientem compescere, *c. 1. c. ex Literis. c. Pastoralis. ext. de offic. deleg. c. 1. de pœn. lib. 6.* Adde, *Gail. d. obs. 35. nu. 9. Menoch. lib. 2. de Arbit. Iud. cas. 438. vbi & qua pœna.* Vnde Pontificis delegatus potest omnes, vndecunq; sint, excommunicare, & etiam mulctam indicere, si aliàs Iurisdictionem suam defendere nequeat, *d. c. ex literis. & c. de causis. in fin.* 52. *Officium Delegati.* 53.

*ext.de offic.deleg. Arg.l.Vnica.ff Si quis ius dicenti non obtemp.* quia omnes ſuę Iurisdictioni ſuppoſiti ſunt,

54. *c. Cuncta. c Per Principalem. 9. q. 3.* Delegatus verò alterius hoc nõ poteſt, niſi in eis qui ſubſunt Iurisdictioni delegantis *Arg. c. placuit. 6. q. 3. Auth. qua in Prouincia C. vbi de crimi. agi opor.* nec iniuriam ſibi, vel litigatoribus illatam vindicare poteſt, ſed hoc ſuperioris Iudicio relinquitur. *c. Dilectus. ext. de pœn.*

55. *Quibus modis officiũ delegati finiatur.*

OFFICIVM, delegati finitur, Primò mortuo delegante re integra. *l. eius qui. ff. ſi cert. pet. c gratum. ext. de offic. deleg.* Secundò mortuo impetratore re integra §. *Rectè. Inſt. mand.* quia reſcripta perſonalia ſunt, nec extenduntur ad perſonas nó expreſſas, *c. P. & G. c. Cum olim. ext. de offic. deleg.* Secus ſi diſiunctus ante mortem egerit, quia tunc poterit hæres in lite ſuccedere, ſi tale lus ſit, quod ſucceſsionem recipiat, non aliter, *Panormitanus in*

56. *c. Significaunt num. 6. de Reſcript.* Et hoc vbi proprio nomine literæ impetratæ ſunt, ſecus ſi Eccleſiæ nomine; nam tum mortuo impetratore literæ proderunt ſucceſsori. *Arg. c. Quoniam. ext. de offic. deleg.* Tertiò mortuo eo, contra quẽ literæ impe-

57. trãtur re integra. *c. Significaunt. ext. de Reſcript.* ſecus ſi res non ſit integra, vt quia defunctus ante obitum ſaltem in ius vocatus fuit, tunc enim Reſcriptum ad ſucceſſorem porrigitur, *d. c. Significaunt*, à contrario ſenſu *Panor. & Io. de Imol. ibidem* quos vide plenius. Quartò ſi delegatus pronunciat commiſsionis literas non valere. *c. Significantibus ext. de offic. deleg.* Quintò, ſentẽtia lata & exequutioni mandata *l. cum quærebatur. l. Iudex poſteaquam. ff. de*

*ff. de re Iudic. c. in literis. ext. de offic. deleg.* vbi vide gl. enumerantem reliquos modos, quibus delegati officium & Iurisdictio finitur. 58.

# TITVLVS II.

## Qui Iudicandi, munere fungi non possunt.

1. *Fœmina Iudex esse non potest.*
2. *Fœmina iure hereditario, aut à Principe habilitata, iudicat.*
3. *Consuetudo mulieribus iurisdictionem tribuit.*
4. *Consuetudo tollit contrariam consuetudinem.*
5. *Impubes, ne quidem beneficio Principis Iudex esse potest.*
6. *Minor 18. annis quando Iudex esse possit.*
7. *Maior octodecim, sed minor viginti, partibus consentientibus datur Iudex.*
8. *Maior 20. annis, etiam inuitis datur, & arbiter esse potest.*
9. *Furor superueniens per interualla, non remouet à munere iudicandi.*
10. *Surdus & mutus non possunt esse Iudices.*
11. *De quo surdo & muto hoc intelligatur.*
12. *Cæcus capto magistratu factus, non desinit esse Iudex.*
13. *Cæcus etiam ab initio recte delegatus dari potest.*
14. *Filius cæcus patri ordinariam iurisdictionem iure hereditario habenti succedit.*
15. *Cæcus Iudex per alium sententiam in scriptis proferet.*
16. *Seruus nisi liber habitus Iudex esse nequit.*
17. *Monachus & Regularis arcentur ab officio Iudicis.*

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

18. *Monachi dignitate præditi, Iudicare possunt.*
19. *Prior conuentualis, non Clausſtralis Iudex à Sede Apoſtolica delegatur.*
20. *Prior conuentualis, & Clauſtralis, qui dicantur.*
21. *Simplices Monachi non poſſunt eſſe Arbitri, ſed Arbitratores de permiſſu Superioris.*
22. *Expers literarum Iudicis officio non fungitur.*
23. *Ratio ob quam imperitus non poſit eſſe iudex.*
24. *Illuſtris per alium Sententiam recitare poteſt.*
25. *Conſuetudo qua miniſterio alterius ſententia recitatur, valet.*
26. *Negociorum experientiam habens etſi literarum ignarus, Iudex eſſe poteſt.*
27. *L. certi. C. de Iudic. loquitur in eis, qui norunt legere.*
28. *Maximũ viciũ Reipub. Iudicẽ ex aliis diſcere debere.*
29. *Delegatio Iuris ignaro extra vrbem reſidenti facta, valet.*
30. *Si cauſarum experimentum non habet, delegatio nõ valet, niſi Princeps ex certa ſcientia fecerit.*
31 *Imperito in vrbe reſidẽti, delegatio facta non tenet, niſi ex terta ſcientia Principis.*
32. *Infamis non poteſt eſſe Ordinarius, aut delegatus, aut Aſſeſſor.* 34
33. *Ob infamiam facti quis ad officium Iudicis non admittitur, ſed admiſſus non repellitur.*
35. *Excommunicatus publicè, non poteſt eſſe Iudex.*
36. *Publicè excommunicatus quis dicatur.*
37. *Occultè excommunicatus poteſt eſſe Iudex.*
38. *Occultè excommunicatus poteſt in alium proferre ſententiam excommunicationis.*
39. *Notoriè excommunicatus non poteſt eſſe Arbiter, nec Arbitrator.*

IVDICES

Digitized by Google

IVDICES esse possunt quicunque non prohibentur *l. cum Prætor. ff. de Iudic.* Videamus itaque de his, qui prohibentur, nam si cognouerimus quæ istæ personæ sunt intelligem⁹ qui iudicens esse possunt, *l. 1. ff. de his qui sunt sui vel alien. Iur. Inst. eod. in princ.* Principiò igitur fœmina iudicãdi munere fungi non potest, *l. cum Prætor. §. non autem omnes ff. de Iud. c. 1. §. Tria 3. q. 7. c. mulierem. 33. q. 5. l. 2. ff. de Reg. Iur.* Fœminæ (inquit Vlpianus) ab omnibus officiis ciuilibus, vel publicis remotæ sunt, & ideò nec Iudices esse possunt, nec magistratum gerere, nec postulare, nec pro alio interuenire, nec procuratrices existere. Sed hoc verum, Primò, nisi Iure hæreditario hoc mulieri competeret, tunc enim iudicare & Iurisdictionem exercere poterit. *Angel. in d. l. Cum Prætor. §. vlt. Panor. in c. dilecti. ext. de Arbit. & in c. Significauit. extra de Rescriptis. Decius in d. l. Fœminæ, nu. 3. & Cagn. ibidem num. 4.* Secundò quod diximus verum est, nisi mulier esset habilitata concessione Principis, vel Princeps scienter ei causam delegasset, *gl. sint remotæ, in d. c. dilecti. Dec. d. l. nu. 5. & 6.* Tertiò obtinet, quod dictum est, nisi consuetudo tribueret mulieribus iurisdictionem, quia virtute consuetudinis mulier iudicare potest, *d. c. dilecti. gl. vlt. in c. Si seculi leges. 12. q. 2. Bald. in l. vlt. C. de Arbitr.* etiamsi non sit dignitate prædita, quia moribus & consuetudine est introductum, nè mulieres Iudices esse possint, ergo videtur talem consuetudinem contraria consuetudine tolli posse. Idem etiam de statuto dicendum est, scilicet, quod statutum mulieribus Iurisdictionem tribuere possit, *Dec. in d. l. num. 4. & 5. ff. de Reg. Iur.*

1. De fœmã iudice.

2.

3.

4.

5. *De impubere Iudice.* IMPVBERES quòque Iudices esse nequeunt, quia nullum eorum animi iudicium. *l. Cum Prætor. §. non autem. ff. de Iudic. c. 1. §. Tria. 3. q. 7.* nec etiã Princeps eum ad iudicandum habilitare potest, nam inhabilis est inhabilitate naturæ. *Panorm. in c. cum vicesimum. in 3. not. ext. de offic. deleg.* 6. adultus quoque minor decem & octo annis, iudex dari non potest, nisi Princeps ei magistratum committat, aut Iudicem delegatum constituat, vel nisi fortè ex consensu Iudex datus sit scientibus eis, qui in eum consentiebant. *l. quidam consulebant. ff. de re iud.* Et hoc verum est, dummodò Princeps sciens defectum ætatis ex certa scientia illi causam committeret, alioquin Rescriptum diceretur surreptitiũ, quia præsumitur hoc Principem non facilè concessurum fuisse, si ætatis defectum sciuisset, *c. Postulasti ext. de Rescript. Panor. in d. c. Cum vicesimum. ext. de offic. deleg.* 7. Maior autem decem & octo annis, sed minor 20. ita demum potest ab inferiore à Principe deputari delegatus, si partes consentiant *d. c. cum vicesimum.* non tamen compellitur suscipere inuitus. 8. Maior verò viginti, minor tamen viginti quinque dari potest delegatus, à quocunq;, etiam partibus inuitis, tamen ipse delegationem, vel arbitrium non cogitur suscipere, sed si susceperit, cogitur iudicare, potest tamen petere restitutionem in integrum aduersus acceptationem, & susceptionem commissionis *l. Cum lege. ff. de Arbitr. gl. in d. l. Cum Prætor. §. non autem.* Porrò arbiter quis esse non potest, etiã de cõsensu eorum quorũ res agitur, nisi maior 20. annis sit, quod in Arbitratore quoq; obseruandum putat *Panor. in d. c. Cum vicesimũ de offic. deleg.*

FVRI-

FVRIOSVS, cum mente careat, à iudicando repellitur *d. l. cum Prætor. §. Non autem omnes. ff. de Iudic. §. Tria. 3. q. 7.* niſi cum daretur, ſanæ mentis fuiſſet, tunc enim licet furere cœperit, in eodem officio permanebit, & per id tempus, quo furor eius intermiſſus eſt, iudicare non prohibetur. *l. Cum furioſus. ff. de Iudic.* Cum furioſus (inquit Papinianus) Iudex addicitur, non ideò minus Iudicium erit, quod hodiè nõ poteſt iudicare, vt ſcilicet ſuæ mentis effectus, quod ſententiæ dixerit, ratum ſit, Neque enim in adijciendo præſentia, vel ſcientia Iudicis neceſſaria eſt, *l. Qui furere. ff. de ſtat. hom.* Si verò furor eum Iudicare non permittit, alius dandus eſt, *l. Iudex. ff. de Iud.* In furioſum quoque compromitti non poteſt, *l. ſed & ſi ita. ff. de Arbit.* 9. De Iudice furioſo.

SVRDVS & mutus natura impediuntur, nè Iudices fiant, *d. l. cum Prætor. §. Non autem omnes. ff. de Iudic. §. Tria. 3. q. 7.* Nam ea, quæ Iudicis officio continentur, obire nequeunt, Iudices enim & audire, & loqui debent, *l. Iudices. C. de Iudicijs, l. Iudicantem. 30. q. 5. Arg. l. 1. & per tot. C. de Sent. ex breuic. recit. c. vlt. ex. de Sentent. & re Iud. in 6.* vtique autem de eo ſurdo loquimur, qui omninò non exaudit non qui tardè exaudit, nam & mutus is intelligitur, qui eloqui nihil poteſt, non qui tardè loquitur. *§. Item ſurdus Inſt. quib. non eſt permiſſ. fac. Teſtam.* Sed neque in ſurdum aut mutum compromitti poteſt *l. ſed etſi. ff. de Arbit.* 10. De Iudice ſurdo & muto. 11.

CAECO iuris reddendi facultas non permittitur, niſi cæpto magiſtratu cæcus effectus ſit, *l. 1. §.* 12. De Iudice cæco

*quamuis. ff. de Postul.* Quamuis (inquit Vlpianus) cæcus pro alio postulare non possit, tamen & Senatorium ordinem retinet, & Iudicandi officio fungitur, Nunquid ergò & magistratus gerere possit? Sed de hoc deliberabimus, & extat quidé exẽplum eius, qui gessit; Appio deniq; Claudius cæcus consiliis publicis intererat & in Senatu seueriſsimã dixit sententiam de Pyrrhi captiuis non recipiendis, sed melius est, vt dicamus, retinere quidem iam cæptum magistratum posse, aspirare autem ad nouum penitus prohiberi, idque multis comprobatur exemplis. Sed hæc de
13. ordinaria Iurisdictione vera sunt, nam cæcus etiam ab initio rectè delegatus dari potest, quum non inueniatur prohibitum; nec refragatur, d. § *quamuis*, Nam locum habet in ordinaria, non delegata Iurisdictione, prohibet enim cæcum ad nouum magistratum aspirare, sed Appellatione magistratus ordinario intelligitur, *l. Eum qui. ff. de Iurisd. om. Iud.* Hinc infert Bart. *in l. cæcus. ff. de Iudic.*
14. quod si Principi, vel etiam Baroni, aut Comiti Iurisdictionem habenti succederet filius cæcus, illum magistratum & iudicandi officium retenturum, ad nouum autem admitti non posse; proinde sententiam per se ex non scripto pronunciabit in casibus à lege vel consuetudine permissis, aut proferet per alium in scriptis, subiungendo; & ita condemno, vel ita absoluo, *Bart. Bald. & Angel. in d. l. cæcus ff. de Iudic. Salic. in l. vlt. C. de Sentẽ. ex breuic. recit. gl. 2. in c. vlt. de sent. & re. Iud. lib. 6.*

*De Serue Iudice.* SERVVS Iudex esse non potest, moribus enim receptum est, vt ciuilibus non fungatur officijs,

*l. cum*

*l. cum Prætor §. Non autem. ff. de Iud. §. Tria, 3. q. 7. c. Sciscitatus. ext. de Rescript.* Veruntamen si seruus, dum putaretur liber sententiam daret, quamuis postea seruitus detegatur, nihil vetat, quò minus sententia ab eo dicta, rei Iudicatæ firmitatem teneat, *l. Barbarius. ff. de offic. prætor. l. 2. C. de Sent. & inter. om. Iud.* in seruum etiam compromitti non potest *l. Pedius. §. 1. ff. de Arbitr. illa verba. 68. ff. de verb. significat.* 16.

MONACHVS, & Regularis Canonicus, ab officio Iudicandi arcentur, debent namque à causarum strepitu esse remoti, *c. vnico. ext. de Synd. c. 2. ext. de postul. l. consulta. §. Absurdum. C. de Test. glos. vlt. in l. cum Prætor. ff. de Iudic.* et si causæ à Sede Apostolica illis delegentur, non tenet delegatio, nisi Monachatus nomẽ expressum sit, *c. Cum olim. 2. cum gl. Monacho. ext. de Priuileg.* Si tamen dignitate præditi sint, iudicare possunt, veluti Monachus in Episcopum electus, *Clem. 1. de Elect.* aut in Abbatem, cui Pontifex, aut ipsius Legatus causæ decisionem rectè committere potest. *c. Statutum. resp. ext. de Rescrip. in 6.* Item religiosus Conuentualem obtinens Prioratum, quamuis per electionem non consueuerit præfici, potest Iudex à Sede Apostolica deputari, licet secus sit in Priore Claustrali. *Clem. 2. de Rescript.* Dicitur autem Prior Conuentualis, qui præest Monasterio tanquam Abbas, ex quo Monasterium illud Abbatem specialem supra illum Priorem non habet. Prior verò Claustralis, qui constituitur, vt præsit Claustro, cum tamen in eodem Abbatem supra se habeat, ad quem immediatè cura Monasterij pertinet, Authore Panor. *in d. Clem. 2.* Porro Abbas, Prior, 17. *De Monacho Iudice* 18. 19. 20.

Digitized by Google

Prior, Præpoſit⁹, vel regularis, arbitri eſſe poſsũt,
21. ſimplices verò Monachi, vel Dominicani, vel Franciſcani non poſſunt, ſine vtilitate ſui Monaſterij, ſuperiore nihilo minus imperante· Arbitratores verò eſſe poſſunt ex ſolo ſuperioris permiſſu. *Spec. tit. de Arbit. §. vlt. verſ. Sed quæro diligenter, cũ verſ. ſeq. Panor. in c. Quintauallis. n. 13. ext. de Iure.*

22. EXPERS Literarum iudicis officio fungi non
*De literarum expertе Iudice.* poteſt. *c. 1. verſ. oportet. de Pœnit. diſt. 6. §. 1. Authen de Iudic. col. 6. c. 1 in fi. ex. de conſang. & affin. c. 1. §. Sed aliud. diſt. 20.* Sed hoc de eo accipe qui prorſus literarũ ignarus, ſiue ἀναλφάβητος eſt, nam ſententiã
23. per ſe, de ſcripti recitatiõe proferre nequit. *iux. l. 2. & vlt. C. de Sent. ex breuic. recit. c. vlt. ex. de Sent. &*
24. *re iud. lib. 6.* niſi tamen illuſtrẽ adminiſtrationem gerat, illuſtris ue Iudex ſit, nã his à lege ſpecialiter cõceditur, per eos, qui miniſteriũ eis accõmodãt, ſentẽtias diffinitiuas recitare. *l. 2. C. de Sent. ex breuic. recitand.* idem & in cæteris iudicibus dicendũ eſt, vbi ſententia ex non ſcripto pronunciari poteſt de Iure. *vt in Auth. niſi breues. C. de Sent. ex breuic. recit.* vel etiam vbi conſuetudo habet ſententiam ex non ſcripto, vel per alium pronunciari poſſe,
25. ADDITIO. Qualis eſt hic Coloniæ in omnibus ferè Iudicijs ſæcularibus, in quibus per Notarium, ſiue ſcribam Iudicij ſententia recitari ſolet, quod probat reformatio proceſſus Iudiciorũ Senatus Colon. ſub tit: Von eröffnung der Vrtheil. W. Conſuetudo enim hæc valet, *gl. in d. c. vlt & ibi Domi. de Sent. & re Iudicata. lib. 6. Archid. in c. ſtatutis. 2. q. 1.* ADDE, Marant. *parte 6. act. 1. num. 56.* Si autem literas quidem ſciat, ſed iuris cognitione careat, vtique iudicare poterit, dummodo negotiorum expers non ſit, *l. Certi. C. de Iud.* Certi Iuris, (inquit Imp.) eſt,

quod

quod conceſſa eſt etiam militaribus hominibus
iudicãdi facultas, quid enim obſtaculi eſt, homi-
nes qui cuiuſdam rei peritiam habent, de ea iudi-
care, cum ſciamus & militares magiſtratus, & o-
mnes tales homines per vsũ quotidianũ iam eſſe
approbatos, vt & audiãt lites, eaſq; dirimãt, & pro
ſui & legis ſcientia huiuſmodi altercationib⁹ fi-
nem imponãt. Locũ autẽ habet hęc lex in eis, qui
legere ſciũt *authore Io. Fab. ibid.* quib⁹ tamẽ adſunt 27.
modis omnib⁹ aſſeſſores, per quos ea quę leg m
ſunt explicãt. *vt not. ibid. Dd.* Sed hoc in Iudice or-
dinario verum eſt. Vtrũ autẽ Iuris ignaro cauſæ
delegari poſsint, ita definiendũ; E repub. qui-
dẽ fore ſi iurisperiti iudices cõſtituantur; quan-
doquidẽ maximũ vitiũ eſt Reipub. Iudicem non 28.
ex ſe, quod agendum ſit ſcire, ſed ab aliis diſcere,
quę ipſum in iudicãdo eloqui decet *Tex. in Auth.*
*de Iudic. §. illi autẽ. Col. 6.* Si tamẽ iuris ignaro cauſa 29.
decidenda committaur, tunc ſiquidẽ extra vrbẽ
reſidẽti, & cauſarũ negociorũq; experimentum
habẽti, certè tenet delegatio. *Arg. d. l. Certi Iuris. gl.*
*impedimento. in c. Sciſcit. ext. de Reſcript.* ſed aſſeſſorẽ
ſibi adiungere debet. *c. Statutum. §. Aſſeſſorem. eo. t.*
*lib. 6.* Et hoc verum, dummodo delegans huic, vt
iuriſperito cauſam nõ delegauerit, *arg. l. ſi per er-*
*rorẽ. ff. de Iurisd. om. Iud.* Si autẽ cauſarũ experimen- 30.
tum nõ habeat, delegatio eſt nulli⁹ momenti, niſi
à Principe ex certa ſcientia fiat, *arg. l. quidã conſule-*
*bant. ff. de re Iud.* Et cõſimiliter, ſi imperito in vrbe 31.
reſidenti cauſa delegatur, nõ tenet delegatio *d. §.*
*Auth. de Iudic. col.* niſi de certa ſciẽtia Principis huic
delegare volẽtis appareat. *arg. d. l. quidã conſulebãt.*
*Salic. Iaſ. nu. 5. in d. l. Certi iuris. Angel. Aret. in §. Simili-*
*ter Inſt. de excuſat. Tut.*

32. *De infami Iudice.* INFAMIBVS & turpitudine notatis Iudicare non permittitur, *L. cum Prætor. §. nõ autem omnes. ff. de Iud. c. 1. 3. q. 7. L. Cassius ff. de senatorib. L. vnic. C. de infam. Lib. 10.* quod etiam verum est in delegato, *c. sciscitatus. & ibi Panor. in 3. not. ext. de Rescript. c. excommunicamus. §. credentes. ext. de hæret.* Et hoc etiá de infamia facti obtinet, *gl. 1. in d. l. Cassius.* ad hoc scilicet nè Iudex fiat; si enim iam ad Iudicandum admissus est, propter facti infamiam non repellitur. *Anth. de But. 10. Imol. & Bald. num. 4. in d. c. sciscitatus.* 33. 34. Porrò infamis etiam assessor esse non potest, *l. 2. ff. de offic. assess.* arbiter verò potest. *l. Pedius ff. de arbit.*

35. *De excommunicato Iudice.* EXCOMMVNICATVS Iudicis officio fungi non potest, *c. ad probandum ext. de sent. & re Iud. c. 1. in fin. de offic. vicar. lib. 6. c. Miramur. 24. quæst. 1.* Miramur (inquit Pontifex) quomodo excommunicati ad iudicandum recepti sunt, cum secundum apostolicos Canones, sine commendatitijs literis in cõmunione sola recipi prohibeantur, absurdum enim est, vt cui non licet etiam cum minimis iuxta sacras Regulas communicare, liceat etiam ei de suis penè maioribus iudicare. Et hoc publicè excommunicato verum. *d. c. ad probandum c. Exceptionem, & ibi Innoc. & Host. extra de Except. Archid. in c. vnde 35. q. 9.* 36. Et dicitur publicè excommunicatus, contra quem publicè est lata sententia per Iudicem, præsentibus suis officialibus, in publico Consistorio in quo consueuit Ius dicere & pronunciauit partibus præsentibus, vel per cõtumaciam absentibus; Nec enim necessarium est, vt quis publicè Excommunicatus dicatur, vt sit pu-

ſit publicè denunciatus, vt probatur *in d. c. ad probandum*, ſpectanda tamen eſt, qualitas fori an ſcilicet ibi hominum frequentia eſſe conſueuerit, & tanta, vt veriſimile ſit rem facilè per famam ad Excommunicati notitiam peruenturam, *gl. publicè. in Clem. 1. de ſepult.* Si verò quis occultè excommunicatus ſit, Iudex eſſe non prohibetur, ſed ſen- 37.
tentia ab eo lata tenebit. *d. c. ad probandum*, à contrario ſenſu, *& Panor. ibidem in 1. not.* Ex quo infert tolerantiam etiam in delegato operari, vt per ipſum geſta ſi cõmuni opinione habebatur idoneus, iure valeant, quemadmodum geſta per ſeruum qui communi opinione habitus eſt liber. *§. tria. verſic. Veruntamen. 3. q. 7. l. 2. cum gl. C. de ſent. & Interloq. om. Iud. l. Barbarius Philippus. ff. de offic. Prætor.* Hinc eſt, quod Iudex occultè excommunicatus, 38.
poſsit in aliquem proferre ſententiam excõmunicationis, quia aliquem excommunicare competit ratione iurisdictionis, *c. tranſmiſſam. ext. de Elect.* quam retinet occultè excõmunicatus, quãdiu toleratur per Eccleſiam. *vt not. in c. cum dilectus. ext. de conſue. in c. ſciſcitatus. de Reſcript. c. Nonne. 8. q. 4. Guiliel. de Monte Laud. in Clem. 1. de Relig. dom. Archid. in c. 1. 24. q. 1. Innoc. & Hoſtien. in c. ſi verè, ext. de ſent. excom.* Porro notoriè excommunicatus, nec 39.
Arbiter nec arbitrator eſſe poteſt, *glo. in l. Pedius. ff. de arbit. Spec. tit. de arbit. §. differt. verſic. item ſecundum eum. Archid. in c. à Iudicib. ij q. 6. Panor. in c. Quintauallis. nu. 27. ext. de Iur. iur.*

TIT. V.

# TITVLVS III.

## De Actore & Reo.

1. *Actor & Reus qui, & vnde dicantur.*
2. *Cognitis eis, qui prohibentur agere vel conueniri, cognoſcuntur qui hoc poſſint.*
3. *Pupillus non poteſt in iudicio agere vel defendere.*
4. *Infanti non habenti tutorem; actor petet aliquem conſtitui.*
5. *Cognati ipſius pupilli per edictum citantur.*
6. *Citatio ſolius pupilli ex cõmuni ſententia non valet.*
7. *Maior ſeptem annis tutore interueniente conueniri poteſt, ſicut maior quatuordecim annis.*
8. *Sententia pro minore non habente curatorem valet, ſecus ſi contra.*
9. *Minor etiam interueniente curatore in iudicio laſus, reſtituitur in integrum.*
10. *Sententia lata contra egreſſum minorem ætatem, nõ reſcinditur per reſtitutionem, niſi &c.*
11. *Octo caſus, in quibus minor ſine Curatore in iudicio ſtare poteſt.*
12. *Conuentus in his omnibus caſibus, non habet legitimã perſonam.*
13. *Minor in beneficialibus, & poſſeſſorijs, laſus reſtituitur in integrum.*
14. *Filiusfamilias non poteſt contra patrem agere, niſi in peculio caſtrenſi.*
15. *Contra patrem negantem alimenta, filiusfamilias rectè agit, prout etiam adhuc in tribus alijs caſibus hic relatis.*
16. *Omnibus tamen caſibus veniam impetrabit.*
17. *Non ſufficit petere veniam, niſi etiam impetretur.*
18. *Filiusfamilias non agit contra extraneum, niſi de*

*conſenſu*

consensu patris, si præsens sit.

19. Verbal. si longius. §. si filius familias. ff. de Iudic.

20. Filius familias scholasticus coram Rectore vniuersitatis sine consensu patris conueniri potest.

21. In beneficialibus, & alijs spiritualibus, non requiritur patris consensus.

22. In criminalibus similiter patris consensus non attenditur.

23. Idem in peculiò castrensi vel quasi, minori tamen Curator datur.

24. In peculio aduentitio, cuius vsusfructus ad patrẽ pertinet, pater agit de consensu filij.

25. Si eius vsusfructus patri non est quæsitus, nihilominus consultum est adhibere eius consensum.

26. An eo casu ad integrandam personam filij, consensus patris necessarius, controuersum.

27. Peculium profectitium totum cedit patri.

28. Casibus, quibus minor sinè Curatore agit, patris consensus non requiritur.

29. An in possessorio patris consensus petendus, remissiuè.

30. Pater nolens consentire, compellitur.

31. Consensus ante litis contestationem dandus, nec postea superueniens, ratificat.

32. Emancipatus contra patrem non agit, nisi petita venia.

33. Qui parentes ad hoc intelligantur.

34. Ciuitas, eiusq; defensor, sine venia in ius non vocatur.

35. Item nec Prælatus à Clerico, nec Abbas à Monacho.

36. Emancipatus contra extraneum indistinctè sine patris consensu agit.

37. De consuetudine, filij post matrimonium, ad separationem foci, sine patris consensu agunt.

38. Furiosus iudicio interesse nequit.

39. *Furioſus quis dicatur.*
40. *Demens non poteſt ſtare in iudicio.*
41. *Demens quis dicatur.*
42. *Omnes qui Curatorum iudicio reguntur, ſine eis in iudicio ſtare non poſſunt.*
43. *Prodigus à iudicio repellitur.*
44. *Prodigus quis dicatur.*
45. *Is prodigus ſolum repellitur, cui bonis interdictum.*
46. *Prodigus ex maleficio obligatur.*
47. *Libertus aduerſus patronum ſine venia non agit.*
48. *Contrafaciens tenetur ad pœnam 50 aureorum.*
49. *An vaſallus Dominum ſine venia impunè in Ius vocet.*
50. *Seruus nec proprio, nec alieno nomine in iudicio ſtare poteſt.*
51. *Tres caſus quibus ſeruus rectè in iudicio agit.*
52. *Monachus, vel regularis non poteſt eſſe in iudicio ſine iuſſu ſuperioris.*
53. *Argumentum à ſeruis ad Monachos eſt concludens.*
54. *Contra Monachum detinentem rem, non intentatur actio, ſed contra ſuum Prælatum.*
55. *Monachus poteſt accuſare Prælatum non extraneum, niſi &c.*
56. *Monachus expulſus agere poteſt.*
57. *Monachus, cui alicuius villæ adminiſtratio conceſſa per Syndicum agit.*
58. *Monachus poteſt in caſibus hic relatis, Procurator conſtitui.*
59. *Monachus Abbatem, vel monaſterium defendens auditur.*
60. *Monachus exiſtens in Academia agit.*
61. *Monachus conſtituit procuratorem, & alia cauſa neceſſaria facit, caſu quo habet perſonam ſtandi &c.*
62. *Excommunicatus non poteſt in Ius vocare, ſed vocari per*

*ri per alium respõsurus.*

63. *Excommunicatione minore ligatus, potest in iudicio stare.*

64. *Excommunicatus appellationem prosequi potest.*

65. *Exequutor vltimæ voluntatis, quis dicatur merus, vel mixtus.*

66. *Mixtus exequutor agit, & conuenitur.*

67. *Merus exequutor ad causas pias datus rectè agit, & pro legatis pijs conuenitur.*

68. *Merus dicitur quodammodo mixtus.*

69 *Merus exequutor ad causas non pias, agit officio iudicis, non iure actionis, nisi testator eam facultatem dedisset.*

70. *De consuetudine merus exequutor indistinctè implorat officium iudicis.*

71. *Quando solus Prælatus agere, & conueniri nequeat.*

72. *De iure communi solus Prælatus omnium rerum administrationẽ habet, & pro eis agit iuxta cõmunem.*

73. *Propter authoritatem gl. Curia difficulter admittit Prælatum sine Capitulo.*

74. *Conuentus sine consensu Prælati nunquam agit,*

75. *Conuentus habens solus administrationem agit, & quandò malè alienata reposcit.*

76. *Quando Prælatus solus agit, etiam solus procuratorem constituit.*

77. *Qui magistratus in officio delinquens conueniri potest.*

78. *Minor magistratus durante officio conueniri potest.*

79. *Item maior Magistratus perpetuus.*

80. *Episcopus durante dignitate à subdito conueniri potest.*

81. *Temporalis Magistratus durante officio non conuenitur, nisi ad perpetuandam actionem.*

HACTENVS de Iudice forenſium perſonarũ principe diximus, ſequitur nunc ex ordine, vt de reliquis, actore ſcilicet, & reo, pauca diſſeramus. Actor itaq; eſt, vel pulſat alium, rem ab eo petens in iudicio. *L. inter litigantes. ff. de Iudic.* Reus verò eſt, qui pro re aliqua in iudicium petitur, dictus reus, non à reatu, ſed à re, quæ petitur *c. Forus. ext. de verb. ſig.* Præterea reus eſt, qui dum accuſatur, neque damnatus, neque abſolutus eſt, cuius ſtatus interim reatus appellatur, *in L. is qui. ff. ad l. Iul. maieſt. & l. veſtem. ff. de inur.*

1.

*Qui agere vel conueniri prohibeantur.*

Generaliter oẽs, qui non prohibentur, agere, & defendere poſſunt. *arg. l. mutus. §. 1. ff. de Proc.* Quocirca ab his exordiemur qui in iudicio agere vel cõueniri prohibẽtur, ita enim intelligimus cæteras perſonas, quæ iudicio & agere, & conueniri poſſunt. *arg. §. 1. Inſt. de his qui ſunt ſui, vel alieni Iuris l. 1. ff. eod.*

2.

3.

*De Pupillo & adulto actore vel Reo.*

PRINCIPIO Pupillus in iudicio agere, vel defendere non poteſt, ſed tutor. *l. 1 & 2. C. qui leg. perſ. ſtand. in Iud. hab. l. 1. ff. de admin. tut. l. clarum C. de auth. præſtand.* ſed hæc tamen diſtinctionem recipit, nam ſiquidẽ pupillus infans ſit, id eſt, minor ſeptem annis tunc omnimodo tutor ſolus aget, & defendet nomine pupilli. *l. 1. §. 1. ff. de admin. tut.*

4.

Si tutorem habet, alioquin actor petet illum dari, infantes enim in ius vocari non poſſunt. *l. quia litigandi ff. de in ius vocando.*

5.

ADDITIO. Idcirco hoc caſu cognati ipſius Pupilli ſunt citandi, non quidem nominatim, & in ſpecie, cũ per præconem, aut edictum ſufficiat, *Vant. de nullit. ex defect. citatio. nu. 143. Coſtal. in l. ergo ſciendum ff. quib. ex cauſ. maior.* prout conſuetudo obſeruat, teſte Bart. *in l. hæc autem. §. non defendi. ff. quib. eis cauſ. in poſſeſſ. eat.* vt veniant defensuri pupillum

arg. d. l.

Digitized by Google

*arg. d.l.hæc autem.§.non defendi*, aut tutorem ei dari procurent, *Gail.lib.2.obs.107.nu.7*. Citatio enim solius pupilli ex communi Dd. sententia non valet, asserente Marant.*part.4.princ.dist.6.nu.25.* aliâs in editione auctiori, nu.41. (quare Marant. ferè sẽper vtroq; numero allegaui) *Mynsing.cent.2.obs.35*. C.W. Si autẽ maior sit annis, minor tamen quatuordecim, & præsens, tunc ipsemet poterit conueniri, authoritate tamẽ tutoris interueniente. *d.l.1.§.1*. Si vero absens esset, tunc tutor tutorio nomine iudiciũ suscipere debet, tam in agendo, quam defendẽdo, *d.l.1.§.pen. ff. de admin. Tut.* sicut maior quatuordecim annis & minor viginti quinque. Si habet curatorem, & præsens sit ipse adultus rectè conuenitur, cum authoritate tamen curatoris, si verò absit, curator conueniri debet; sin autem curatorem non habeat actor petet illũ dari; sine curatore enim agere, vel defendere non potest, & si egerit sine curatore, aduersario id patiente sententia quidẽ pro eo lata tenet, contra eum verò lata nõ tenet, *l.non eo minus. C.de Procur. l.pen. & vlt. C.si aduersus rem Iudic. l.acta.§.contra. & ibi Dd. ff. de re iud. Instit. de authen.tut.per tot. & arg. d.l. quod fauore. C. de LL.* ADDE, *Gail lib.1. obs.30.nu.16. Marant.d.dist.16 num.26.al.44.eundem part.vlt.6.part.princ. Act.1.nu.105. & 106.* nisi fuerit infans, tunc enim & pro ipso lata non tenet, quemadmodum in furioso. *l.furioso.9 ff. de re Iud. Marant.d.num.106. Mynsing.Cent 2.obs 3.36. Vant.de nullit.ex defect. mand.nu.16.* C.W. si autem cũ authoritate curatoris in iudicio egerit, valebit quod actum est, siue pro eo siue contra eum fuerit pronunciatum, licet in integrum restitutionem aduersus sententiam petere possit, dũmodo sententia lata sit adulto adhuc in minori ætate constituto, secus si postquam minorem ætatem egressus fuerit, sen-

6. 7. 8. 9. 10.

tentia contra eundem proferatur, nisi fortè dolo aduersarij factum sit, quominus sententia intra tempus minoris ætatis fuerit prolata. *l.1. l. cum & minores. C. si aduers. rem Iud. l. 1. §. Prætor. l. 3. §. si quis cum minore. ff. de minor.* Veruntamen in spe-
11. cialibus casibus, minor viginti quinque annis censetur maior, agereque vel accusare potest, sine curatoris authoritate; Primò, quandò agit pro libero homine exhibendo, *l. quod & lex. §. sed si mulier. ff. de libe. hom. exhib.* Secundò, in possessorio, vel adipiscendæ, vel retinendæ, vel recuperandæ possessionis. *l. vlt. C. qui legit, per se. stand. in Iud. hab.* ADDE, *ibi. Castren. n. 6. Menoch. de recu. possess. remed. 1. q. 39.* Tertiò in causa matrimoniali. *c. Ex parte. ext. de restit. spol.* Quartò, quando negotia extra iudicialia alterius administrat. *l. cum mandato. ff. de minor.* Quintò quando morte partis exequitur, vel cum agit de testaméto patris. *c. certis de causis. 15. quæst. 3.* Sextò, quando agit de thoro suo violato. *l. si maritus. §. lex. ff. de adulter.* Septimò, quando veniam ætatis impetrauit, quod masculus maior viginti añis, fœmina octodecim annis potest, tunc enim Curatoribus remotis iudicio interesse potest. *l. 2. & 3. C. de his qui ven. ætat. impet.* Octauò in causis beneficialibus & alijs spiritualibus, nec nõ & dependentibus ab eisdem. *c. vlt. de Iudic. lib. 6. vide gl. in d. c. ex parte. & d. c. certis de causis.* ADDE, *Gail.*
12. *lib. 2. obser. 102. nu. 9.* Conuentus tamen minor in his omnibus casibus, legitimam personam standi in Iudicio non habet, sine tutore vel curatore. *arg. l. quod fauore. C. de legib. Specul. in tit. de actor. in princ. &*
13. *ibi Ioan. And. in addit.* ADDITIO. Læsus interim minor in beneficialibus restituitur in integrũ *Couar. lib. 1. Va. resol. cap. 5. nu. 8.* prout & in possessorijs *gl. vlt. decisiõ*

*decisiuè in l. vnic. C. Si de moment. possession. fuerit appellatum.* quæ secundum Cast. ibidem docet disputare. *Bald. Cast. in d. l. vlt. C. qui leg. pers. stand. in iud. hab. Auffrer. decis. Tholos. 106. Zuchard. in l. fin. num. 450. C. de Edict. D. Adrian. tollend. Couar. d. nu. 8.* ac si curator. iudicium auctoraſſet, quo casu nihilominus datur restitutio in integrũ *vt tot. tit. C. Si aduers. rem iud. l. 3. C. Si tut. vel curat. inter. & sup. nu. 9.* C. Wurmser.

QVI in potestate patris agit, aduersus eum experiri nõ potest, *l. penult. C. de in Ius vocand. l. lis nulla. ff. de iudic.* Fallit tamen id, primò si super peculio castrensi, vel quasi, in iudicio experiri velit. *d. l. lis nulla. l. cum oportet. §. exceptis castrensibus. C. de bon. quæ lib. l. adoptiuum. §. 1. ff. de in Ius vocand.* quia in hoc vice patrisfamilias fungitur. *l. 2. ff. ad Macedon.* Secundò non obtinet si filius necessè habeat agere, contra parentẽ pro sui alimentis. *l. vlt. C. de alend. libe. l. si quis à liberis. §. si vel parens. ff. de libe. agnosc.* ADDITIO. quæ pater iniustè negans ius patriæ potestatis amittit. *gl. in l. pen. verb. pœnam. C. de pat. potest.* quam extollit Panor. *in c. fin. num. 5. ext. de conuers. infidel. Tex. express. in c. vnico. ext. de infant. & lang. expos.* quem si vidisset Panor. non ita exaltasset gl. C. W. Tertiò non habet locum in casibus illis, in quibus pater filium cogitur emancipare. *l. nonnunquam. & l. seq. ff. de adopt.* quos enumerat *gl. vlt. in §. vlt. Instit. quib. mod. pat. potest. soluit.* Quartò non procedit de Iure Canonico, quando scilicet subest peccatum, & non aliter. *c. non est vobis. & ibi Panorm. ext. de sponsal.* Quintò non vendicat locum quando ea conditione patri est delata hæreditas, vt eam filio restituat, tunc enim agit filius, vt pater eam restituat, vel de ea non dissipanda caueat, *l. Imperator. ff. ad senat. Trebell.* & in omnibus his casibus filiusfamilias etiam dignitate prædituꝰ contra patrem

*De filiofamilias actore vel reo.*

14.

15.

16.

acturus, veniam edicti petere debet, *gl. in l. cogi. §. si pater. & Dd. ff. ad senat. Trebell. facit l. vlt. & ibi notat*
17. *Salicetus C. de in ius vocando*. nec sufficeret petere, nisi etiam impetret. *§. pœnales. & ibi gloss. Instit. de actionibus*. vt in simili habetur *in c. si religiosus. de elect. lib. 6. & c. vlt. de testament. eod. lib.* Et si Iudex veniam denegat, cum tamẽ iusta causa dari suadet, superior adiri poterit, *not. in d. §. pœnales. Instit. de actio.* Et hæc de actione instituenda contra patrem, vera sunt; Si verò filiusfamilias in potestate patris agens, contra extraneum agere, vel se de-
18. fendere velit, id non poterit, etiamsi maior sit sine consensu patris, si in eodem loco sit præsens, aut in loco vicino & propinquo, vt facile illius consensus possit haberi, *arg. l. mutus. §. is qui, & l. præsens ff. de Procur.* secus si pater extra territoriũ aut prouinciam absens sit, ita vt consensus eius facilè haberi nequeat, tunc enim poterit filius esse in iudicio, agendo & defendendo sine consensu patris, & patre reuertente, non requiritur eius consensus in his quæ gesta sunt, sed solum in posteà agendis. *l. cum non solum. §. necessitate. ibi Bald. C.*
19 *de bon. quæ libe. Vlp. in l. si. longius. §. si filiusfamil. ff. de Iu-*
" *dic.* Si filiusfamilias (inquit) ex aliqua noxa, ex
" qua patri actio competit, velit experiri, ita demũ
" permittimus ei agere si non sit, qui patris nomi-
" ne agat, nam & Iuliano placet, si filiusfamilias le-
" gatione vel studiorum gratia aberit, & vel furtũ,
" vel damnum, vel iniuriam passus sit, posse eum
" vtili iudicio agere, nè dum pater expectatur, im-
" punita sint maleficia, quia pater venturus nõ est,
" vel dum veniat se subtrahat is, qui noxam com-
" misit, vnde ego semper probaui, vt si res mone-

at, fili-

Digitized by Google

at,filius ageret vtili iudicio, fortè depoſitum re- „
petens,vel mandati agens, vel pecuniam quam „
credidit,petens, ſi forte pater in prouincia ſit, ip- „
ſe autem fortè Romæ, vel ſtudiorum cauſa, vel „
alia iuſta ex cauſa agat, nè ſi ei non dederimus a- „
ctionem, futurum ſit vt impunè fraudem patia- „
tur,& egeſtate Romæ laboret,viaticulo ſuo non „
recepto, quod ad ſumptus pater ei deſtinauerit.
Et quemadmodum in prædictis caſibus, ſi filius
agat, non requiritur patris conſenſus, ita nec ſi
conueniatur,ſecundum. *gl. vlt. ibidem.* Vnde ibi 20.
addit Bald.filium familias de his,quæ agit in Aca-
demia tempore ſtudiorum, poſſe conueniri co-
ram Rectore vniuerſitatis,ita vt non diſideretur
conſenſus patris, quia per *d. l. ſi longus.* habilitata
eſt perſona filij ipſo iure, ſecundum eum. Et ſi
ſcholaſticus ille ſtudens fuerit minor, dabitur
curator liti.*arg.l.clarum. C.de auth.præſt.d.gl.vlt.in d.*
*§.ſi filiusfam.* Porrò quod diximus,patris conſen- 21.
ſum requiri, ſi is facilè poſsit haberi, nõ obtinet,
primò in cauſis beneficialibus, & alijs ſpirituali-
bus,& dependentibus ab eiſdem,nam in his,ſi fi-
lius annum decimum quartum compleuerit,
authoritate propria agere, & conueniri poteſt, 22.
*c. vlt. de Iudic. lib. 6.* Secundò non habet locum in
criminalibus, ſiuè conueniat, ſiue conueniatur
filiusfamilias. *Lanfranc.in repet. c. quoniam.verb. con-*
*feßiones. in princ.fere ext.de probat. Aufrer. decis. Tolos.*
*175.* Nam ſi maior eſt, ſine conſenſu patris per ſe
reſpondebit, ſi minor dabitur ei ád reſponden-
dum curator. *d.l. clarum .C. de auth.* Adde, Nec
ſola authoritas patris ſufficit *Mar.d.diſt.16.nu.* 55. Con-
ſilium tamen eſt, vt & in delictis requiratur patris
conſenſus, *Spec.tit. de Actor. §.1.verſ. Sed quid ſi dubitatur.*

23. Tertiò non procedit in peculio castrensi, vel quasi, pro eo enim filius sine consensu patris, & agere, & iudicio interesse potest. *l.2.ff. ad Maced. l.miles.§.1.ff. de Cast.pecul.gl. regulariter.in d.c.vlt.de Iudic.lib.6.* Si tamen minor viginti quinque annis sit, dabitur Curator bonis, *l. vlt. §. sin autem patre. C.de bon.quæ lib.Speculat.d.tit.de actor.§.1.versic. quasi Castrense.& versic. sed quid si filiusfam.* pro peculio autem aduentitio non agit, quando pater admi-

24. sit vsumfructum, nam licet aduentitiarum rerũ dominium spectet ad filium, exercitium tamen actionum filiorum nomine spectat ad patrem. ADDE, expensis ad litem ab eodem propter fructus & rerum incrementa faciendis, cum nuda proprietas apud filium inueniatur, ex qua impossibile est eum litis sumptus dependere, *l. 1. C. de bon.mater. l. vlt.§. vbi autem in vnum.* C. *de bon.q.libe.* C. W. quanquã. cum filiorum consensu, eas debeat exercere, nisi filij adhuc in prima ætate sint constituti. *d.l. vlt.§.*

25. *vbi autem in vnum voluntas. C.debon. quæ libe.* Si verò pater non quærit vsum fructũ, licet sint qui secus velint, cõsultius tamẽ fuerit, etiã tunc patris consensum requirere, *l.vlt.§.necessitate C.de bõ.quæ libe.*

26. ADDE, ad hoc, vt constet de abdicatione patris, non ad integrandam personam filij, secundum sententiam Othonis antiqui glossatoris communiter probatam, *in d. vers. necessitate, teste Vantio de nullit. sent. ex defect.mand.nu.40 & seq.& Addit.ad Marant. part.4 dist. 16.nu.31. etsi gl.Ibidem.* contrarium sentiat, ad integrationem personæ filij requiri consensum patris, quã pluri.probat. *Menoch.remed.15.de recup.poss.nu.310.& seq.* quare ad euitandas hasce opiniones rectè consulit author noster consensum requirendum, quod & ante eum consuluit Bart. *d. vers.necessitate.* & in practica pro cautela obseruandum dicit *Arg. l. in §. Pœnales. nu.*

27. *14.Inst de Action.* C. W. Proinde pro peculio pro-

fectitio

fectitio filius in iudicio non agit, sed pater, nam totum cedit patri, tam in proprietate, quam vsufructu. *§. 1. Instit. per quas personas acquir.* Quartò in casibus, in quibus minor sine tutore, vel curatore interesse potest, quos enumerauimus supra. *eodem tit. num. 11.* Poterit quoque filiusfamilias, sine patris cõsensu iudicio interesse, *Specul. tit. de actor. §. 1. versic. sed nũquid in casibus. & ibi Ioan. Andr. in addit.* ADDE, *Lanfranc. d. verb. Confessiones.* an ita hoc generale sit, vide *Menoch. de recup. poss. remed. 15. quæst. 24.* qui plenissime tractat, an filius in iudicio summario & possessorio, in quo minorem sine curatore esse posse constat ex supradictis nu. 11. sine consensu patris legitimam in iudicio standi personam habeat, & in partem negatiuam contra plurimos concludit, idé *lib. 6 Præsump. 43. nu. 2.* C. ℣ Et nota quod in casibus, in quibus diximus patris consensum requiri, vt filius iudicio interesse possit, si pater nolit cõsentire, poterit Iudicis officio captis pignoribus ad hoc cogi, *l. cum non solum. ibi. necessitate per officium Iudicis &c. C. de bon. quæ libe. Specul. d. loc.* & necessarium est, vt ante litem contestatam, vel in ipsa litis contestatione adhibeatur, alioquin iudicium cum filio agitatum corruet. *l. si cum dotem. §. eo autem tempore ff. solut. matrim.* etiamsi ea, quæ per filium gesta essent, pater postmodum ratificaret. *Bald. in d. l. vlt. §. necessitate. nu. 16. vbi Cast. nu. 11. C. de bon. quæ libe. Spec. d. tit. de actor §. 1. versic. sed pone. vide Lanfranc. in d. repet. c. quoniã. in verb. confessiones. versic. similiter videmus. ext. de probat.*

28.

29.

30.

31.

32.

FILIVS, qui per emancipationem exijt de potestate patris, aduersus patrem agere non potest, nisi venia edicti petita & obtenta à Prætore. *De filio emancipato actore vel l. vlt. reo.*

*l.vlt.C. de in ius voc.l.quiq, litigandi. §. Prætor ait. ff. de in ius voc.* vbi parentes in infinitum niſi petita venia in ius vocari prohibentur, ADDE, contra facientes quinquaginta ſolidis mulctantur. *§. fin. Inſtit. de pœn. tem. litig.* Iudicium tamen patre non excipiente tenet. *Vant. de nullit. ex defect. mand. n* 56 C.W. Parentes autem hic vtriuſque ſexus accipe, ſed & eos, qui filios in ſeruitute ſuſceperunt. *d. §. Prætor ait. d. l. vlt.* Pater quoque naturalis hic parenti appellatione continetur. *l. parentes. ff. d. tit.* Item pater adoptiuus, & is qui pro aliquo fideiuſsit in baptiſmo. *l. adoptiuum. & ibi Angel. & l. generaliter & ibi Bald. Angel. & Paul. de Caſt. ff. eod.* Item ſocer, & ſocrus. *gl. d. l. generaliter. arg. l. quia parentes. ff. ſol. matrim.* etiam affinitate ſoluta. *Imol. in l. ſed hoc ita. ff. de re Iud. Alex. in d. l. generaliter num. 1. Angel. §. pœnalis. Inſtit. de action.* Idem in defenſore ciuitatis, quia loco patris ciuilis habetur. *auth. vt Iud. ſinè quoquo ſuffrag. §. eos autem col. 2. l. benè à Zenone. §. ſed tantum. ibi gl. verb. Iuſsione C. de quadrien præſcript.* Idem in ciuitate, ex qua quis natus eſt. *arg. l. 1. §. & generaliter ff. de vent. in poſſeſſ. mitt. l. veluti. ff. de Iuſt. & Iur. Iaſon in §. pœnales. nu. 69. Inſtit. de action.* Eandem quoque reuerentiam debet Clericus Prælato ſuo, & Monachus ſuo Abbati, in caſibus, in quibus monaſterium vel abbatẽ vel prælatum conuenire poſſunt. *Ioan. And. in addit. ad ſpec. tit. de Inquiſit. §. vlt. circa princ. Angel. & Iaſon. num. 76. in. §. pœnales Inſtit. de action.* Porrò filius emancipatus, contra extraneum experiri volens in iudicio patris aſſenſum nõ poſtulat, cum per emancipationem patris familias loco habeatur. ADDITIO. Idem per matrimonium, & ſeparationem foci in partibus Germaniæ ſeruari, & filium emancipatum cenſeri teſtatur.

33. 34. 35. 36. 37.

*Sichardus in Rub. C. qui admit. ad bon. poſſ. nu. 7. Schneid. in Inſt. de pat. poteſt. in fine, &. Quibus modis ius pat. poteſt. ſol. §. fin. nu. 8. Frederic. Pruckman. in Tract. de regalib. cap. 1 nu. 81.* vnde quidam deriuatum putant, quod procos appellemus nos Germani, Freier. quaſi per matrimonium velint ſe à patria poteſtate liberare, id eſt, Germanice Freien. Prout in Hiſpania & Luſitania ex l. Regia connubio ſe iungentes à patria poteſtate eximũtur. *Did. Couar. part. 2. de ſponſal. cap 7. §. 1. in fine. Pinell. in l. 1. nu. 34. C. de bon. mater.* In Gallijs verò *gl. in §. vlt. Inſtit. de pat. poteſt. Coſtal. in l. 3. de his qui ſunt ſui vel alieni lu.* & alij exiſtimant patriæ poteſtatis nullum eſſe vſum, in quo tamen falluntur ſecundum. *Vigl. in princ. Inſtit. Quibus non eſt permiſ. fac. teſtam.* Poſt ſeparationem igitur a patre factam, filius ſine patris authoritate perſonam ſtandi in iudicio habebit, & à ſacris paternis liberabitur, vſque adeo vt per conſequens pater omnia bona materna, aduentitia, nullo ſibi reſeruato vſufructu ipſi reſtituere teneatur *Schneidewinus. d. loc. Inſt. de pat. poteſt. Pruckman. dict. num. 81. quod indiſtinctè pluribus probat nouiſsimè And. Fach. de lib. 6. controuerſ. iuris cap. 35. Sed Boer. deciſ. 197.* diſtinguit, aut filius de conſenſu patris matrimonium contrahit, & pater vſumfructum perdit aut abſque conſenſu & retinet, quę diſtinctio ratione non caret, vt filius in pœnam & pater in ſolatium non requiſiti conſenſus aliquid perdat vel lucretur reſpectiuè, an autem Ius ciuitatis & patriæ poteſtatis in alijs duret, mihi quid videatur alias forſan per Dei gratiam enunciabo. C. Wiegler.

FVRIOSVS nec pro ſe nec pro alio in iudicio intereſſe poteſt. *c. infames. §. Item. 3. q. 7. arg. c. vlt. ext. de ſucceſſ. ab inteſt. §. furioſus. Inſtit. de inutil. ſtipul. l. cum Prætor. §. non autem. ff. de Iudic.* Quamobrem litem aduerſus furioſum intentare volens, non furioſum ſed curatorem ipſius in ius vocabit. *l. quæque litigandi, in princ. & ibi gl. ff. de in ius voc. l. vlt. C. de Cur. Sur. §. furioſi. Inſtit. de Curat.* Dicitur autem Furioſus, qui actus furoris exercet, puta,

38. *De furioſo actore vel reo.*

puta, qui insanis actibus & alijs insolentijs praeter sani hominis consuetudinem ostendit se à mente esse alienatum. *l. quidam in suo. & ibi Bart. ff. de Condit. Instit. & arg. l. his qui. circa finem. & ibi Bart. ff. de tut. & cur. dat. ab ijs &c. gl. ferendus. & ibi Dd. in l. si cum dotem. §. si maritus. ff. solut. matrim.* eadem ratione non potest iudicio interesse demens, seu mente captus, quia furiosis hac in re comparatur, cui etiam à iudice dandus est curator. *d. §. furiosi. versic. sed & mente captis, Instit. de Curat.* & is in ius vocandus & non demens. Dicitur autem propriè demens seu mente captus, qui mentis sanę & cõsilij est expers, instar infãtis ita vt nesciat quid agere, vel noceat vel expediat, nullam tamen furoris rabiem ostendendo, per quod discrepat à furioso. *Bald. in l. furiosi. nu. 2. C. de nupt & in l. humanitatis. nu. 15. C. de impub. & al. subsit.* Et nota idẽ iuris constitui in muto, surdo, fatuo, orphano, & breuiter in omnibus, qui curatoris vel tutoris arbitrio reguntur, nam hi in iudicio sine curatore nequeunt consistere. *Speculat. tit. de acto. §. 1. versic. item repellitur. arg. l. Fulcimus. §. planè interdum. versic. idemq; ff. quibus ex causis in poss. eat.*

40.

41.

42.

43. PRODIGVS quoque à foro, iudicioque repellitur, cum furioso hac in parte comparetur. *l. Fulcimus. & d. §. planè interdum. ff. ex quib. caus. in poss. eat. l. 1. C. de Curat. fur. l. his qui. §. final. ff. de tut. & curat. dat. ab ijs.* Dicitur autem prodigus qui non obseruat vel tempꝰ, vel finem, vel rationẽ expensarum, sed bona sua dilacerando vel dissipando profundit. *l. 1. in princ. ff. de Curat. Iur.* vel qui expendit vltra, quam ferant facultates suæ, idque sine causa & necessitate. *vt in auth. Vt deter. sit mum. Cler. §.*

*De prodigo actore vel Reo.*

44.

*Cler. §. cum verò Deo amabiles. Coll. 1.* sed quod diximus, prodigum à iudicio arceri, de eo accipiendum est, cui à Iudice interdictum est bonis; nam cui bonis interdictum non est, pro se & aliis iudicio interesse, suaque alienare potest vt est crebrior. *Dd. opinio in l. is cui bonis. ff. de verb. ob. & in l. 1. ff. de Cur. fur.* Et nota prodigum ad instar aliorum ex maleficio obligari, & delinquentem tam in ære, quam in corpore puniri posse. *Iason in d. l. Is cui cui bonis. num. 17.* 45. 46.

Libertv s aduersus patronum, vel patronã, vel parentes, vel liberós patroni maximè famosa actione, in iudicio agere non potest, nisi venia edicti petita, & obtenta. *l. nequaquam. ff. de excus. tut. l. quiq; litigandi. §. Prætor ait. ff. de in ius voc. l. 2. C. eod. tit.* Additio. Hæc venia etsi cum causæ cognitione tamen absque citatione partis conceditur. *Mar. par. 1. 6. par. princ. memb. 1. quod est de Citat. nu. 8.* Chr. w. Et si contra fecerit, tenetur actione in factum ad pœnam 50 aureorũ, quam si præ inopia soluere non possit, postulante patrono punitur in corpore. *l. in eum. cum l. sequenti. ff. d. tit. §. fin. Instit. de pœn. tem. litig.* Et est notandum, tametsi argumentum rectè soleat duci à liberto ad vasallum, *l. 2. cum gl. C. de libe. & eorum lib.* in hoc tamen articulo, non procedere huiusmodi argumentum, nam vt maximè libertus patronum in ius vocare non possit sine venia, vasallus tamen hoc impune potest. *gl. reuerentia in c. 1. & ibi Bald. Aluar. & alij, De milite vasallo. qui contumax est.* Adde quod ea sententia Germanorum moribus comprobetur teste. *Mynsi. Cent. 4. obser. 92.* C. w. Consultius tamen egerit vasallus Dominum in ius vocaturus, si veniã à Iudice impetret. *Nicol. de Middelb.* 47. *De liberto actore.* 48. 49.

*de locis*

*de locis legat. in loco à liberto ad vasal. in fine.* Si ter non potest vxor maritum in ius vocare, petita venia *Philip. Dec. in L. vlt. nu. 5. C. de in Ius vo*

50. *De seruo actore vel Reo.*

SERVVS, nec agere nec conueniri in iudicio potest *l. vlt. C. an seru. ex suo fact. l. lis nulla. ff. de Iud. l. seruus C. eod.* Quod etiam verum est, siue seruus compareat suo nomine, siue alieno, & lis sic cum eo contestata, absque oppositione, nam cũ quis nec suo, nec alieno nomine iudicio interesse potest, nihil operatur litis contestatio, sed semper de nullitate potest opponi, *Iacob. But. & Castren. in d. l. seruus.* Secundò verum est, etiamsi seruus habeatur liber, seruitute detecta, semper de nullitate opponi potest. *l. non idcirco. §. cum posit ea ff. de Iud.* Sed tamen hæc non obtinent, si agat causam

51. suæ libertatis. *l. vix certis. ff. de Iudic.* Secundò non obtinent, si agat propter possessionem domino absente per vim turbatã. *l. 1. C. si per vim vel alio mod.* Tertiò, quando cogitur implorare officium Iudicis pro adipiscendis alimentis sibi in testamento relictis. *l. seruo alieno. §. Si quis post tempus. vbi gl. de leg. 1. l. seruos ad custodiam templi. ff. de alim. & cib. leg.* Præter hos casus, in quibus seruus agere potest, enumerantur & alij *in d. l. vix certis. & ibi per gl. & Dd. ff. de Iud.* quos breuitatis causa vide.

52. *De Monacho actore vel Reo.*

MONACHVS, vel Canonicus regularis, vel alius quiuis alterius obedientiæ suppositus, suo nomine in iudicio agere vel conueniri nequit, sine Abbatis vel superioris iussu *c. vnic. ext. de syndic. c. Monachi 16. q. 1.* Nam quod ad profana negotia attinet, pro mortuo habetur. *l. Deo nobis. C. de Epis.*

Digitized by Goog

*Epiſc. & Cler. c. Placuit. 2. q. 7.* Quinimo & ſeruo æ-
quiparatur, regulariter namque omnia quæ de 53.
ſeruis dicuntur, eadem de Monachis dicta intel-
liguntur, *authore Bart. in l. cum fundus. §. ſeruum tu-
um imprudens. in fi. ff. ſi cert. pet. in l. 1. in princ. & in §. ſi
fructuarius. & in l. ſi communis ſeruus ita. verſic. tertio
quæro. & in l. ſi ſeruus teſtamento. in fi. ff. de ſtipul. ſer-
uo. Bald. Salic: Iaſ. num. fin. in l. interpoſitas. C. de
tranſact. Panorm. in c. quanto. num. 2. de offic. ord. gl. in
l. Pedius. & ibi Bart. ff. de arbit.* Quocirca quemad- 54.
modum contra ſeruum detinentẽ rem aliquam,
non eſt intentanda actio, ſed cõtra dominum.
*l. non ſeruum. C. de rei vend.* ita nec contra Mona-
chum, ſed contra Abbatem ſeu prælatum actio
dirigẽda eſt. *§. 1. in auth. Apud quos oport. cauſam dic.
col. 6. Bald. in d. l. non ſeruum.* Quod autem diximus 55.
Monachum in iudicio nec agere, nec defendere
poſſe, non obtinet, quando Monachus accuſat
prælatum ſuum, hoc enim poteſt. *c. ex parte. ext.
de accuſat.* Alium autem extraneum accuſare nõ
poteſt, niſi concurrẽtibus duobus, ſcilicet, quod
interſit monaſterij, & quod habeat licẽtiam pro-
prij Abbatis *d. c. Monachi. 16. q. 1. gl. d. c. ex parte.*
Secundò non obtinet, quando monaſterium ex
pellit Monachum, & illi vitæ neceſſaria denegat 56.
nam tunc monachus agere, & reſtitutionem
petere poteſt, *arg. c. olim. ext. de accuſat.* quemad-
modum ſeruus de ſæuitia Domini conqueri po-
teſt. *l. 1. §. Quod autem. ff. de offic. Præſ. vrb. l. vix certis.
ff. de Iudic.* Tertiò non habet locum quando mo- 57.
nacho alicuius prædij ſiue villæ adminiſtratio
conceſſa eſt, addita poteſtate agendi, dummodo
ad hoc procurator vel ſyndicus conſtituatur, nè

dicatur agere nomine proprio. *c. Monachi, e[illegible] ſtatu monach. Spec. d. tit. de actor. §. 1. verſic. ſed nunquid. & verſic. monachus quoque. & ibi Ioan. And. in addit.* Quartò non procedit, quando monachus de
58. conſenſu ſui Abbatis conſtituitur procurator patroni laici, vel Principis, aut certè magni fautoris monaſterij. *Innoc. & Panor. num. 29. in c. cum I. & A. ext. de ſent. & re iud. Ludo. Rom. ſing. ſuo 274.* Quin-
59. tò non vendicat ſibi locum, quandò monachus Abbatem, vel monaſterium vellet defendere, nam tunc etiam ſine mandato, iudicio intereſſe, & monaſterij vtilitatem proſequi poſſet. *Panor. d. num. 29. Dom. de Rota decis. 334. in no.* Sextò locũ
60. non obtinet, quandò monachus de licentia ſui ſuperioris, eſſet in Academia ſtudiorum cauſa, tunc enim ſi quid incideret, litem ſuã in iudicio proſequi poſſet, ad inſtar filijſamilias. *gloſſ. vlt. & Bart. in l. ſi longius. §. ſi filius familias. ff. de iudic. gl. & Dd. in c. Ex parte. ext. de accuſat. & in c. 2.*
61. *nè cler. vel monach. lib. 6. Bald. in auth. habita. num. 34. C. nè fil. propat.* Et nota, monachum, quando habet legitimam perſonã ſtandi in iudicio poſſe procuratorem conſtituere literaſque impetrare, & cauſam proſequi per alium, proprioque nomine libellum, & alia concipere, ſiue agat, ſiue defendat. *Panor in d. c. cum I. & A. num. 24. & 26. ext. de ſent. & re Iud.* vbi de his vide latius, *& Dd in auth. cauſa quæ fit cum monacho. C. de Epiſc. & Cler. in d. c. ex parte. ext de accuſat.*

62. *De excommunicato actore vel reo.*

EXCOMMVNICATVS, cum comunione priuatus ſit, neminẽ in ius vocare poteſt, ipſe autem vocatus, per alium reſpondere cogitur, nè de ſua malitia videatur commodum reportare *c. Intelleximus.*

*telleximus. ext. de Iudiç.* Et hoc de excommunicato, maiore excommunicatione, non de minore accipies; nam minore excommunicatus, per ſe iudicio adeſſe poteſt, cum hominum communione non ſit priuatus, ſed participatione duntaxat ſacramentorum, *c. ſi celebrat. fin. ext. de Cler. excom. vel depoſ. c. à nobis. ext. de Except.* maiore autem excommunicatione ligatus, omnimodò iudicio intereſſe non poteſt, dummodò excipiatur in quacunque parte litis, *c. Exceptionem. ext. de except. c. Pia. ext. eod. tit. lib. 6.* appellationem tamen iudicialem proſequi, reſcriptumque deſuper impetrare poteſt, *c. cum inter. c. vltimo. ext. de except.* etiamſi fuerit actor originaliter. *c. Dilectæ. c. ſignificauerunt. ext. de except. & ibi Innoc. & Io. And.* Ad exequutionem tamen ſententiæ pro ipſo latæ, nõ procedetur durante excommunicatione. *d. c. Pia. §. ſed ſi poſt rem.* ſimiliter poterit quoque proſequi appellationem extraiudicialem, interpoſitam tamen, & deuolutam ad ſuperiorem, priuſquam excommunicaretur. *arg. c. reuera. 3. q. 9. vide inf. tit. 44. nu. 20. 21. & 61.* 63. 64.

AD HOC, an Exequutor vltimæ voluntatis in Iudicio agere, vel conueniri valeat, ſciendum eſt, exequutorem vltimæ voluntatis, dici illum, qui teſtatoris voluntatẽ ad effectũ deducere debet, & dicitur, vel merus vel mixtus. Merus dicitur, qui nudum exequendi officium habet. Mixtus verò, qui legati relicti particeps eſt, vel in quẽ verba diſpoſitionis principaliter feruntur, ſine participatione vtilitatis, vt cui legantur centum reſtituenda Titio, *not. Io. And. in addit. ad Spec. tit. de Inſtrum. edit. §. nunc verò aliqua. verſic. Et ſcias. num. 16. in fi.* 65. *De Exequutore vltimæ voluntatis actore vel reo.*

*in fi. Panor. in c. Ioannes. nu. 5. ext. de teſtam.* Iam vtrũ hic Exequutor in iudicio foroque agere vel conueniri poſsit ita diffiniendum eſt: exequutorem mixtum nedum cõtra hæredem agere, ſed etiam à legatarijs conueniri poſſe. *l. Imperator ff. de leg. 2.* 66.

» *Paul. in l. ſi legatarius. ff. de legat. 3.* Si legatarius (in-
» quit) à quo fideicommiſſum datum eſt, petierit
» legatum, id tantum, quod per iudicem exegerit,
» præſtare fideicommiſſario cogetur, vel ſi non
» exegerit actionem cedere. Accedit *l. ſi à pluribus. 110. ff. de leg. 1* Merus autem exequutor, ſiquidem ad cauſas pias datus ſit certè agit, tam contra hæredes, quam alios defuncti debitores vel rerum detentores, *l. nulli. cum gl. & l. ſi quis ad declinandum. verſic. ſi enim. ibi, debita exigere, & creditoribus reſpondere poteſt Xenon inſtitutis pauperibus. C. de Epiſc. & Cler. Ioan. And. in addit. ad Spec. in d. §. nunc vero aliqua. verſic. illud etiam. num. 33. in prima additio. & debitores illi ſoluentes, liberantur. Spec. in d. §. nunc vero. verſic. ſed an debitor, num. 36.* rectè etiam conuenitur hic exequutor, pro huiuſmodi legatis pijs, *l. alio. ff. de alim. & cib. leg. l. ſi quis ſepulchrum. § . funus. ff. de relig. & ſumpt. fun.* Et hic etiam procuratorem conſtituit, ante litem conteſtatam ad inſtar exequutoris mixti, quia & ipſe actionem ſuo nomine habet, & quodammodo exequutor mixtus dici poteſt, propter lucrum, quod apud Deum conſequitur piè agendo. *Spec. in d. §. nunc vero aliqua. verſib. ſed numquid ante litem conteſtatam. nu. 25. & ibi Io. And. in addit. Io. Fab. in l. neque tutores in fi. C. de procur. Paul. de Caſt. Conſil. 13. vol 1. nu. 4.* 67. 68.

ADDITIO. Vnde, quia Canoniſtę putant, pium eſſe quaſcunque Teſtatorum volũtates impleri, quilibet exequutor ſecundũ eos agere poterit: vide Io. Iacob.

Iacob.à Canib. in Tract. de Execut. vltima. volunt. §. Consultis nu. 12. C. w. Porrò merus exequutor ad non pias causas adhibitus, tametsi iudicis officium aduersus hæredes, vel alios bonorum detentores implorare possit, *arg. l. hæreditas. ff. de pet. hæred. l. Quintus Mutius in fi. ff. de ann. leg.* tamen iure actionis, nec agere, nec conueniri potest, *l. Lucius. §. Mauia. ff. ad Trebell. not. Io. And. in addit. ad Spec. in d. §. nunc verò. versic. illud etiam. num. 33. Panor. in d. c. Ioannes. num. 4. ext de testam.* nisi testator potestatem agendi eidem tribuerit, *l. quidam. 99. §. si scriptus. & l. si à pluribus. 110. ff. de leg. 1. not. Spec. d. §. Nunc vero. versic. Notandum. sub num. 12. & versic. & scias. num. 16. & versic. illud etiam. num. 33. & ibi Io. And. & in versic. de hoc autem. num. 73.* Quocirca quod hic exequutor pro debitis vel creditis hæreditarijs passim & agere & conueniri soleat, inde est, quod vel ex consuetudine hoc inductum sit, vel quod testatores ferè in initio testamẽti debita sua persolui mandent, facit pro ea consuetudine, *d. l. Quintus Mutius.* per quã asserunt Dd. merum exequutorem, licet actionem habeat, posse tamẽ iudicis officium implorare, vt fiat id quod testator fieri voluit, ita vt vbi alicui residuum bonorum, rerum, & creditorum relictum est, possit exequutor implorare officium Iudicis aduersus debitores defuncti, vt cogantur ad solutionẽ, quemadmodum aduersus hæredem hoc potest. Idem iuris videtur, quando testator debita sua persolui mandauit, nam tunc exequutor potest compelli, saltem officio iudicis, vt soluat *text. in c. Ioannes. & ibi Panor. num. 4. in fi. ext. de testam.*

69.

70.

ADDE, de his pulchrè Io. Iacob à Canibus in d. suo tractatu de Executor. vltimar. volunt. §. Consultis q.

tis q. 2. & q. 6. & Ioān. Oldendorp. in eod. tractat. de execut. vlt. volunt. tit. 6. C. Winzler.

PRAELATVS, sine consensu conuentus vel capituli sui agere vel conueniri non potest, *c. 1. ext. de procur.* sed hoc verum. Primò in negotijs arduis, *d. c. 1.* secundum vnam illius interpretationem. Secundò obtinet, quando bona capituli & prælati, omnino & quoad vsum & quoad administrationem sunt distincta, & separata. *c. edoceri. in fi. ext. de Rescript.* Tertiò quãdo rei, de qua controuertitur administratio, adeò esset communis prẹlato & cõuentui, vt solus prẹlatus administrare non posset, quod iure speciali, puta consuetudine, præscriptione vel priuilegio induci potest, nam alias iure communi ad solum prælatũ spectat administratio rerum Ecclesiæ, nèdum communium sed earum etiam, quarũ vsus cedit conuentui. *d. c. edoceri. & ibi Panor. ext. de rescript. c. nullam. 18. quæst. 2.* Vnde pro his, de iure regulariter, exceptis casibus prædictis, solus prælatus agere vel conueniri potest, sine consensu conuentus, vel capituli, vt est crebrior & verior Doctorum opinio, *teste Panor. in d. c. edoceri nu. 6. ext. de rescript.* ADDE, *Capel. Tholos. decis. 79. & ibi Auffrer. sed gl. in d. c. 1. de procur. & d. c. edoceri.* tenet indistincte, prælatum non esse audiẽdum, sine conuentu, propter cuius authoritatem Curia non admittit de facili prælatum, seu ipsius procuratorem sine consensu conuentus. Panor. d. loc. C. Winzler. Qui enim legitimam habet administrationem, potest agere sine consensu alterius, *l. vlt. ff. quod cuiusque vniuers. nomine.* sed hanc habet prælatus. Ergo &c. Cæterum conuentus, nunquam in rebus communibus sine consensu prælati agere vel conueniri potest.

71. *De Actore Prælato vel Reo.*

72.

73.

74.

Nam

Nam administratio prælato, non autem conuentui iure est concessa. *d. c. edoceri. ext. de rescript. c. causam quæ. ext. de iudic. c. nullam. 18. q. 2.* Vnde si conuentus, legitimo modo haberet administrationem rerum à bonis prælati separatarum, certè pro his solus sine consensu prælati, per syndicum iudicio interesse poterit, *arg. d. c. edoceri. in fine.* nisi arduum sit negotium, nam illud communi consensu tractari debet, *d. c. 1. ext. de procur. Doct. in d. c. edoceri.* Poterit etiam conuentus agere, si malè alienata velit reposcere, *c. si quis presbiterorũ. & ibi gl. fin. & Dd. ex. de reb. eccl. non alien. vide not. in c. cum olim. ext. de testib.* Proinde quãdo prælatus solus agere potest, tum quoque procuratorem constituere potest. Nam qui per se potest agere, potest & per alium, & ita procuratorem dare, *l. 1. de procur. c. petitio. ext. eod. t.* Quinimò prælatus etiam ante litem contestatã procuratorem constituit. *c. penult. & ibi Innoc. ext. de iuram. calum. Panor. in d. c. edoceri. num. 8. ext. de rescript.* 75. 76.

MAGISTRATVS neque persequẽdo, neque fugiendo iudicium ingredi possunt, *l. pars literarum. ff. de iudic. l. 2. ff. de mius voc.* sed hoc distinctionem recipit; magistratuũ enim, qui dignitatem annexam cum administratione habent, quidam delinquunt in officio, & hi conueniri possunt, tam durante, quam finito officio, *l. iubemus. C. ad l. Iul. repet. in auth. vt iud. sine quo. suffrag. §. necessitatem. col. 2. gl. verb. non licet. in l. sed & si per prætorem. §. hæc clausula. ff. Ex quib. caus. maior.* Quidam extra officium delinquunt, & hi, vel sunt iudices minores, vel maiores. Minores autem imperium & potes- 77. *De Magistratu actore vel reo.* 78.

5. *Intercueniente mercede dicitur locatio.*
6. *Procurator salarium accipere potest.*
7. *Accipiens salarium etiam ex pacto, verè procurator dicitur, probante quotidiano vsu.*
8. *Vsus procuratorum planè necessarius.*
9. *Procurator constituitur ad iudicia, vel negotia.*
10. *Ad iudicia debet esse maior 25. annis, ad negotia 17.*
11. *Ad negotia generaliter constitutus, censetur etiam ad lites constitutus, non è contra.*
12. *Omnis potest constituere, & constitui, qui non inuenitur expressè prohibitus.*
13. 14. *Constitui potest in omni causa tam praesenti quam futura, tam absens quam praesens.*
15. *Procurator fines mandati non excedet.*
16. *Procurator excedens sciente Domino, praeiudicat ipsi.*
17. *An scientia Domini inducat mandatum, vti extendit.*
18. *Morte Domini ante litem contestatam, mandatum reuocatur.*
19. *Quando Dominus cauit, non finitur eius morte mandatum.*
20. *In hisce partibus plerumq; practicatur contrarium.*
21. *Morte praelati etiam re non integra, finitur mandatum.*
22. *Morte, renunciatione procuratoris, lapsu temporis, & reuocatione finitur mandatum.*
23. *Lite contestata procurator inutilis, nisi cum causae cognitione, non reuocatur.*
24. *Suspectus, qui vltro se ingerit.*
25. *Cui necessum sit iudicare reuocationem mandati, remissiuè.*
26. *Dominus ipsemet tractando causam, censetur reuocare procuratorem, nisi &c.*
27. *Contra non habentem mandatum, excipitur.*

28. Procu-

28. *Procurator rei ad agendum datus, non est sufficiens.*
29. *Procurator actoris ad agendum duntaxat datus, non defendet, nisi vt quilibet defensor.*
30. *Forma oppositionis considerandæ.*
31. *Dominus ad totam causam citatus, non constituens ad iurandum de calumnia, condemnatur in expensis.*
32. *Quod & quando in rescriptorum impetratione requiratur speciale mandatum, quo casu accipiendum.*
33. *Decem alij casus, in quibus requiratur speciale mandatum.*
34. *In causa criminali procurator non interuenit.*
35. *In causa iniuriarum, ciuiliter intentata, quilibet constituit procuratorem.*
36. *Procurator in criminali admittitur ad allegandum causas absentiæ, aut ad certum articulum.*
37. *In causa mfiar elegationem admittitur procurator.*
38. *Pro reo in carceribus an audiatur procurator.*
39. *Excommunicatus, & accusatus de crimine repelluntur.*
40. *Infamis in causis prophanis, potest esse procurator.*
41. *Hodie in omnibus benè constitutis curijs infamis repellitur.*
42. *Mulier quando procurationis officio fungatur.*
43. *Qui inhabilis ad sua negotia, procuratorem esse nequit.*
44. *Defensor quis dicatur.*
45. *Cuius persona defenditur, non patitur missionem in bona.*
46. *Defensor offeret se defensioni totius causæ.*
47. *In defensorem fit rei iudicatæ exequutio.*
48. *Defensor ante litem contestatam procuratorẽ constituere potest.*

49. Defen-

49. *Defensori ea fere obijciuntur, quæ principali & procuratori.*
50. *Coniunctus pro coniuncto, sine mandato, cum cautione rati admittitur.*
51. *Qui coniuncti ad hoc admittantur, est iudici arbitrarium.*
52. *Quando maritus pro vxore, cum & sine cautione rati agat.*
53. *Si constet de contraria voluntate coniuncti, coniunctus non auditur.*
54. *Ciuiliter vel spiritualiter coniunctus repellitur.*
55. *In casibus requirentibus speciale mandatum, non admittitur coniunctus pro coniuncto.*
56. *Coniunctus tamen pro coniuncto sine mandato rescriptum impetrare potest.*
57. *Quando coniunctus habet administratorem, non admittitur alius.*
58. *Quando coniunctus compareat, vt procurator, debet mandatum ostendere.*
59. *Coniunctus sine mandato admissus, non præiudicat coniuncto non volenti ratum habere.*
60. *Exceptiones contra coniunctam personam.*
61. *Syndicus qui sit, & quomodo à procuratore differat.*
62. *Ab actore quid differat syndicus.*
63. *Syndicus quomodo constituatur.*
64. *An singulorum nomina in literis syndicatus exprimi debeant, distinctione declaratur.*
65. *Quod sit syndici officium.*
66. *An teneatur satisdare distinctione deciditur.*
67. *Exceptiones contra syndicum.*
68. *Actor quis, & à quo constituatur.*
69. *Duobus casibus tutor & curator actorem constituit.*
70. *Exceptiones contra actorem Vniuersitatis.*

71. Exce-

71. *Exceptiones contra actorem tutoris.*

72. *An necessum sit ad hoc, vt tutor vel curator actorem constituere possit, impedimenta verè subesse.*

ENumeratis iam à nobis personis, quę suo nomine in iudicio agere & defendere vel permittantur vel prohibeantur, sequitur vt & de his quæ & actoris & rei nomine, sicq; pro alijs agũt, vel defendunt, edisseramus; Hę sunt procurator, defensor, coniuncta persona, syndicus, actor, & similes.

1.

2. *De procuratore actoris vel rei.*

EX ORDINE itaque præscripto, primo loco fori actiones alieno nominẽ suscipit procurator. Est autem procurator, qui aliena negotia mandato domini gerenda gratuitò suscipit. *l. 1. ff. de procur.* Hoc autem definitionis verbo, *aliena*, excluditur procurator in rem suam, nam is sua negotia gerit. *l. si quis in rem. l. procuratore in rem ff. de procur.* Verbum etiam, *mandato*, in definitione ideo adiectum est, vt discrepet à negotiorum gestore. *§. igitur. Inst. de oblig. quæ ex. q. cont.* & ab alijs, qui sine mandato alienis negotijs se offerunt. Illud quoque verbum, *domini*, nõ sine ratione scribitur, nam à solo domino procurator constituitur, non ab his, qui alienarum rerum gubernationem receperunt, veluti tutor & curator, *l. neque C. de procur.* Magistratus, *l. nec ciuitatis. ff. de procur.* & aliæ tales personæ. *gl. verbi, personæ. cum gl. seq. in. §. sin autem. Instit. de satisdat.* nisi litẽ sint contestati.

3.

Attamen qui ita gubernant, vt fructus faciant

4.

suos, veluti Episcopus, Abbas & alij sacerdotia possidentes, & similiter pater, etiam ante litem contestatam procuratorem constituunt. *in auth. de sanctiss. Episc. §. si quando. col. 9. c. quia episcopus. 5. q. 3. c. si quis*

*c. si quis erga. in fine primæ gl. 2. q. 4. clem. vlt. de procur. l. 1. C. de bon. mater.* Additur, *Gratuitò*, quia si de mercede paciscatur, locator potius operarum dicetur quã procurator. *Vlpian. in l. 1. in fine. ff. mandati.* Mandatum (inquit) nisi gratuitum, nullum est, nam originem ex officio atque amicitia trahit, contrarium porro est officio merces, interueniente enim pecunia, res ad locationem & conductionem potius respicit. Hoc tamen ita accipiendum est, vt de mercede, aut ex negotio suscepto emolumentum sibi certæ partis paciſci non possit. *l. litem te redemisse. C. de procur. l. sumptus. ff. de pact. vbi Dd. l. si quis. C. de postul. gl. verbi. gratis. in c. cũ ab omni. ext. de vita & honestate clericor. gl. verb. procuratorum. in c. Romana. §. nec etiam. de foro compet. lib. 6.* salarium enim accipere potest, quod pro remuneratione laboris datur, de quo in *l. salariũ. ff. mand. Spec. tit. de solar. §. nunc de procuratorum.* ADDE, idque sine pacto, alias non esset mandatum sed locatio. *addit. ad gl. in d verb. procuratorum. p. d. l. 1. ff. mand.* quod si operas suas locasset, & de salario pactus esset, nihilominus verè dicetur procurator, quia aliena negotia mandato domini agit, vt fert diffinitio procuratoris. *in l. 1. ff. de procur.* & sic quotidianus verborum, & constitutionum vsus excusatur. *teste Cast. in l. litem te redemisse. C. de procur.* pro diuersitate igitur casuum actione mandati, aut officio iudicis salarium petet. *Sichard. in l. creditori suo. nu. 4. C. de pact.* C. W. Vsus autem procuratoris perquam necessarius est, vt qui rebus suis ipsi superesse vel nolunt, vel non possunt saltem per alios possint vel agere, vel conueniri. *d. l. 1. ff. de procur.* Nam & morbus, & ætas, & necessaria peregrinatio, itemque aliæ multæ causæ sæpè hominibus impedimento sunt, quo minus rẽ suam ipsi exequi possint. *§. 1. Inst. de his per quos ag. poss.*

6.

7.

8.

9. *Procuratorum duæ ſpecies.*

PROCVRATOR propriè dictus, quandoque conſtituitur ad iudicia, quandoque ad negotia quorum ille ante litem conteſtatam alium non ſubſtituit, hic verò quandocunq;. *c. 1. in fin. de procur. lib. 6.* Item procurator ad iudicia minor 25. annis eſſe non poteſt. *l. minor. in prin ff. de procur.* ad negotia autem poſt annum 17. deputari poteſt. *c. qui generaliter. §. vlt. ext. de procur. lib. 6. §. iuſtæ autē. Inſt. Quib. ex cauſ. manu. non lic.* Item procurator ad negotia generaliter conſtitutus, etiā ad lites cenſetur conſtitutus, ita vt poſsit agere & liberè experiri, exceptis caſibus qui mandatum exigunt ſpeciale. Procurator verò ad lites datus, alijs negotijs ſe non immiſcet. *d. c. qui generaliter.*

10.

11.

12. *Procuratoris conſtitutio.*

OMNES regulariter procuratorem conſtituere poſſunt, qui non prohibentur. *l. mutus. §. cum quæritur. ff. de procur.* Et ſimiliter qui non prohibetur expreſsè ad exercendū procurationis officium, idoneus debet reputari. *c. 1. in princ. de procur. lib. 6.* conſtitui etiam poteſt in qualibet cauſa, ſpirituali ſcilicet. *d. c. 1. in p. c. cū veniſſent. ext. de in integ. reſt.* & pecuniaria, ſiuè ciuili. *l. licet. C. de procur.* &

13.

14.

præſentialiter apud acta, *l. vnica C. de ſatisd. l. ſiue apud acta. C. de Tranſact.* Item & abſens per nūcium, vel per epiſtolam, dum tamen certus ſit & ratum habeat, *l. 1. & 2. ff. eod.* Item ad litem præſentem, & futuram. *l. 3. ff. eod.* Item ex die, & vſque ad diem. *d. l. 3.* Item ſub conditione, & in perpetuum. *d. l. 3. & 4. ff. eod.*

15. *Procuratoris officiū.*

OFFICIVM procuratoris eſt, nihil, niſi quod ei cōmiſſum ſit, agere, fineſq; mandati ſui nō excedere, quum ad illa ſolummodò intelligatur conſtitu-

constitutus, quæ in commissionis literis inueniuntur expressa. *c. cum olim. ext. de offic. iud. deleg. l. si procurator. C. de procur.* nam quod fit præter formam commissionis, est ipso iure nullum. *arg. l. item eorum. §. sed si ita. & ibi Bart. ff. quod cuiusq; vniuers. nom. l. quid tamen. in fine. ff. de arbit. c. per tuas. ext. eod.* Si tamen procurator sciente domino fines mandati excederet, domino præiudicaret, & valeret, quod cum eo ageretur. *Io. And. in c. cum quis. de sent. excom. lib. 6. Io. de Imol. in c. ex parte decani. ext. de resc. Vide text. & gl. procuratoris. & ibi Dd. in c. 1. in fin. ext. vt lite non contest.* ADDE, *Vant. de nullit. Tit. Quib. mod. sent. null. defend poss. nu. 47.* Et sic patientia, & scientia domini, sufficit ad extendendum mandatum datum, non autem ad inducendum nouum, vbi nullum præcesserit, secund. magis communem, contra Innoc. communiter damnatum teste Fel. *in c 1. num. 13. vt lite non contest. Pinell. in l. 2. C. de rescind vend. part. 2. cap. 1. nu. 18. & seq.* Soarez tamen in additi. ibid. dicit, relato numero eorum qui Innoc. sequuntur, ad numerũ contrariantium, qui per patientiam nullum mandatum induci volunt, quos Pinell. & Soarez probant, vix affirmari posse, vtra sententia sit receptior, quamuis secundum Soarez dogma Innocentij multa æquitate nitatur, cum dominus, & suo silentio, ac patientia, aduersarium in foueam coniecerit, vnde ad necẽ suam merito valebit, & sibi præiudicabit *arg. l. qui patitur. 18. & l. qui fide. 53. ff mand. sequitur. Castrens. in l. licet. nu. 9. C. de procur. Vant. Quib. mod. sent nul. defend. nu. 94. Aflit. decis. Neapolit. 308. num 6.* refert & plures Dd. pro hac Innoc. sententia, nihil tamen definiens *Menoch. lib. 2. præsumpt. quæst. 33. num. 7.* C. Wintzler. 16. 17.

PROCVRATORIS officium finitur, Primò per mortem constituentis, re existente integra, hoc est, lite nondum contestata. *§. rectè cum seq. Inst. mandati.* ADDE, nam post causam in iudicio agitatam 18. *Procuratoris officium finitur.*

Digitized by Google

vtpote dominum litis procuratorem effectum, etiã post excessum eius, qui litem vel agendã, vel defendendam mandauit, inchoatam causam, iurgiumque finire, nulla dubitatio est. *text. in l. nulla dubitatio. 23. C de procur.* W. Quod tamẽ moderare, non procedere, si dominus pro procuratore sciente cauerit, nam tunc per mortem domini, non reuocatur mandatum. *l. si defunctus. ff. de procur.* quare mortuo domino, poterit procurator vigore huiusmodi mandati continuare processum, ad quod vide *gl. reuocari. in clem. vlt. de procur.* Et hoc est mente tenendum, quum hodie in omnibus fermè procuratorijs, dominus pro suo procuratore fideiubere soleat. *iuxta. §. si vero. Instit. de satisd. ita not. Panorm. in c. mandato. nu. 6. ext. de procur.* ADDITIO. Testis est ad hoc Mynsing. & Bald per eum allegatus *Cent. 2. obs. 14. Sichard. in l. nulla* C. *de procur.* Hæc tamen cautio non releuat, nisi principalis soluendo sit, & bona in propinquo possideat, *Maran. part. 1. 6. part. princ. memb. 8. num. 11.* Verum, cautione & litis contestatione non obstante, domino mortuo, procuratores plerumq; se causis vlterius ingerere non solent, quasi eorum mandatum per mortem indistinctè expirasset, hinc hæredes citantur, qui procuratoriũ extunc continuant & confirmant, quæ praxis tutissima est authore Zasio *in l. in summa. ff. de re iudic.* Ch. Wintz.

19.

20.

21. Et nota procuratorem à prælato constitutum, per mortem reuocari, etiam re integra non existente, & lite iam contestata. *d. clem. vlt. de procur.*

22. Secundò finitur procuratoris officium morte procuratoris, eiusq; renunciatione tempestiua. *d. §. rectè Instit. mand. l. si mandauero. §. liberum. ff. eod.* Tertiò finitur per lapsum temporis, vel diei, vsq; ad quem constitutus est. Quartò per mandati reuocationem, nam ante litem contestatam, quandocunq; reuocari potest. *l. ante litem. ff. de procur.*

post

Digitized by Google

post litem verò contestatam, inuitus reuocari non potest, nisi cum causæ cognitione. *l. post litem. l. in causæ cognitione. ff. de procur. c. 2. eod. lib. 6.* Adde, Et consensu aduersarij, nè ipso inuito, qui per litis-contestatationem cum procuratore quasi contraxit, iudicium personarum immutatione varietur. *Mynsing. Cent. 5. obs. 44.* quod an vsu receptum sit, dubito. C. W. Vbi enumerantur causæ, quæ si adfuerint, procurator remouetur, si tamen procurator contra dominum obiectam causam non adesse contendat, ita audiendus est, si magis conuitium, & infamiam, qua ex remotione aspergeretur, purgare voluerit, quam sibi procurationē asserere, nam hoc ipso suspectus est qui operas suas ingerit. *text. l. quæ omnia. §. nec ferendus. ff. de procur.* Adde, *Gail. lib. 1. obs. 46. per tot.* Sed an eo casu, quo dominus velit suū procuratorē reuocare, sit necesse vt hoc indicet ei? an parti aduersæ? an iudici? aut vtriq; dic. vt plene *not. per gl. reuocato & ibi Dd. in c. mādato. x. de procurat. & Dd. in l. vnica. C. de fatisd.* Nec præter-eundum est, quod dominus, qui simpliciter procuratorem constituit, postea ante litem contestatam comparens, causam ipsam tractet, hoc ipso procuratorem reuocet, nisi protestetur se hoc reuocandi animo non facere. Adde, vel aliunde constet, se animum reuocandi non habuisse, de quo vberius *Menoch. lib. 2. præsumpt. quæst. 36. nu. 6. vsque ad 10.* C. W. post litem verò contestatam ita demum procuratorem reuocare intelligitur, si iudicium in se transferenti non contradicatur. *c. pen. cum gl. verb. siue post. de procur. lib. 6.*

24.

25.

26.

27.

Procvratori alieno nomine litigaturo, obijcitur, primò quod non habet, nec ostendit *Exceptio contra p[ro]curatorem. cur non*

& dominus absens, qui taliter procuratorem constituit, tanquam contumax in expensis condemnatur, si ad totam causam citatus fuerat, quãdoquidé non constituit procuratorẽ legitimum *arg. c. constitutis. c. auditis. ext. de procur. c. vlt. ext. de dolo & cont. c. Nicolao. ext. de appel. Panor. in c. cæterum. nu. 7. ext. de iur. calum.* Quartò, quod mandatum generale sit, cum tamen causa speciale requirat, quod euenit in multis casibus. Primus in rescriptorum impetratione. *c. nonnulli. §. sunt & alij. ext. de rescript.* quot tamen non obtinet in coniunctis personis, nec etiam in rescriptis ad beneficia, vt per Panor. ibid. ADDITIO, Neque procedit. in causis appellationum, quia nemo præsumitur velle negligere ius prosequendæ appellationis, sed solummodo in causis querelæ & primæ instantiæ, propter odium litium & quorundam vitiligatorum, qui se fingunt esse alios, & sub nomine aliorum, literas impetrant. *secund. gl. fin. in d. §. sunt & alij.* & tali modo impetratæ literę nec per ratificationem confirmantur, *gl. Panor. & Dd. communiter in d. §. sunt & alij.* de stilo tamẽ Curiæ non seruatur sed literæ absque speciali mandato impetratæ indistinctè valent. *Vant. de nullit. ex defect iurisd. deleg. num. 87.* C. W. Secundus in transactione, pacto de non petendo, & compromisso, nisi sit procurator cum libera. *c. qui ad agendum. de procur. lib. 6. l. procur. cui generaliter. l. mandato ff. eod. l. rescriptum. §. vlt. cum ll. seqq. ff. de pact. c. per tuas. ext. de arbit.* Tertius in petenda in integrum restitutione, *c. coram ext. de rest. in integ. l. illud. §. si talis. ff. de minor. 25. an.* quod intellige, quando in integrum restitutio principaliter peteretur, secus si incidẽter, puta super his, quæ litem motã concernunt, de quo per. *Io. de Imol. & Panor. in c. suscitata. ext. de in integ. restit.* ADDE, *Mynsing. Cent. 2. obser. 26.* 32. 33.



Digitized by Google

Quartus in cauſa matrimonij peragenda. *Bart. in l. filiusfamilias ff. de donat. gl. in d. c. qui ad agendum. de proc. lib. 6.* Quintus in criminum obiectione. *c. ſuper his. in fin. ext. de accuſat. clem. non poteſt. de procur.* Sextus in proroganda iuriſdictione. *c. cum olim Abbas. & ibi Innoc. & Panor. nu. 10. ext. de offic. iud. deleg.* Septimus in nominando dominum in iudicio. *Innoc. in c. quoniam. ext. vt lite non conteſt.* ADDE, *Innoc. ibi. verb. poſſidet.* quod procurator ad adminiſtrandum & negotia, poſsit dominum nominare nō autem procurator ad cauſas. Octauus in iuramenti calumniæ præſtatione. *c. vlt. ext. de iur. calum. lib. 6. authen. principale. C. de iureiur. propt. cal. dand.* Nonus in inſtrumentorum conſumptorum exemplatione. *gl. in d. c. qui generaliter. c. vlt. ext. de fide inſtrum. auth. de hared. & falcid. §. & ibi gl.* Decimus, in iuramenti delatione, & præſtatione. *l. iusiurandum quod ex conuentione. §. vlt. cum l. ſeq. ff. de iureiur. d. c. qui ad agendum. de procur. lib. 6.* Vndecimus in recipienda ſolutione. *l. hoc iure. & ibi Bart. gl. adminiſtratio. in l. vero procuratori. ff. de ſolut.* reliquos caſus ſpeciale mandatū requirentes, vide enumeratos. *per gl. in d. c. qui ad agendum. & ibi Philip. Franc. ext. de procur. in 6. Spec. d. §. 1. de procur. verſic. Item opponitur quod licet.*

34 Quintò obijcitur procuratori, quod cauſa criminalis ſit, in qua non interuenit procurator. *c. in crimnalibus. 5. q. 3. l. pen. §. ad crimen. ff. de pub. iud.* Quod tamē non procedit, primò in actione iniuriarum, in qua pro illuſtri perſona interuenit

35 procurator. *l. vlt. C. de iniur.* & hoc quando criminaliter agitur, nam ſi actio iniuriarum ciuiliter intētetur, quilibet in ea agit & defendit per procuratorem. *l. non ſolum. §. agere. & ibi gl. ff. de iniur.* Secundò non procedit, ſi procurator non conſtitue-

Digitized by Google

ſtitueretur ad allegandũ cauſascauſę, ſed ad allegandũ cauſas abſentiæ. *c. ſi agrot. §. reos. 5. q. 3. & ibi gl. verbi defendi. c. veniens. ext. de accuſat. l. ſeruum quoque. §. publicè. ff. de procur.* Tertiò non procedit, quando ad certum articulum cauſæ criminalis procurator daretur. *gl. Hoſtienſ. & Panorm. in d. c. veniens. Spec. in tit. de procur. §. 1. verſic. decimò ad excuſandum.* Quartò, non procedit in cauſa criminali, quæ non eſt capitalis. *l. leuia. ff. de accuſat. l. abſentem. §. aduerſus. ff. de pœn.* dicitur autem cauſa criminalis non capitalis, quæ pœnam infra relegationem, vel remotionem ab ordine inducit. *d. l. abſentem. l. pen. §. vlt. ff. de pub. iud. Spec. vbi ſupra verſic. quintò ſi crimen. l. 1. ff. anper al. cauſæ ap. red. poſ.* plenius de hoc articulo vide *Bart. in d. l. pen. §. vlt. ff. de pub. iud. Panor. in d. c. veniens. ext. de accuſat.* ADDE, *Menoch. de arbit. iud. tit. 1. caſu 80. Gail. lib. 1. de pac. pub. cap. 10. per tot.* ſaltem quando reus eſt in vinculis prout communiter tenetur, & conſuetudine probatur teſte *Bart. in l. pen. §. fin. num. 10. ff. de pub. iud. & in l. non tantum. nu. 2. ff. de appel.* procurator admittitur, quia nõ poteſt eſſe iudicium deluſorium. *Panor. in d. c. veniens num. 20.* licet ipſe de ſubtilitate iuris expoſitum dici poſſe exiſtimet, quod probat VVeſenb. non habita illius mentione *Conſil. 43. nu. 167. part. 1.* Cauſa interim fractæ pacis, quamuis criminalis, in Camera Imperiali per procuratorem tractari poteſt. *Gail lib. 2. obſ. 9. nu. 4 & obſ 10. per tot.* C. Wiglер. Sextò, obijcitur procuratori, quod excedit fines mandati, & aliud agit, quam ei ſit commiſſum. *vide ſup. eod tit. de offic. procur. num. 15.* Septimò, quod ſit excommunicatus. *c poſt ceſſionem. ext. de probat.* ADDE, quia conſtitutio procuratoris excommunicati, ipſo iure non valet, & ſic nec acta cum illo habita, niſi excommunicatio ſuperueniſſet, quia tunc acta valent, ſi non opponatur. *Marant part. 4 pin. diſt. 16. nu. 24. al. nu. 42.* C. W. Laub



36. 37. 38. 39.

*Cast. in d.l. ita demum. nu. 3.* Duodecimò, quod sit procurator contra ecclesiam à qua beneficiũ habet. *c. vlt. ext. de postul.* Decimo tertiò, quod est minor. *l. minor. ff. de procur.* vel miles. *l. militem. C. eod.* vel furiosus. *l. 2. ff. eod.* vel surdus, vel mutus. *l. mutus. ff. eod.* vel mente captus, vel prodigus, cui bonis interdictum est, generaliter enim qui ad sua negotia peragenda inhabilis est, per consequens & ad aliena. *c. quia nec reginini. 2. q. 7. c indecorum. ext. de æt at. & qual. l. vlt. C. de legit. tut.* 43.

DEFENSOR quoque nonnunquam iudicijs alieno interest nomine, dicitur autem nobis hoc loco defensor, qui absq; mandato se alicuius defensioni offert, quod quidé cuilibet permissum est, modo satisdationem iudicatum solui pro litis præstet æstimatione, nemo enim alienæ rei sine satisdatione defensor idoneus intelligitur. §. *si vero. Inst. de satisd. Imper. Anthoni. in l. exigendi. C. de procur.* Exigendi (inquit) à filio tuo mandati qui „ se defensioni tuæ offerebat, duplici ratione ne- „ cessitas nõ fuit, aut quod defendere quis (siue li- „ bertus siue extraneus sit) sine mandato potest: sa- „ tisdatione tamen pro defensione præstita, & alia „ proculdubio obseruatione subiecta &c. accedit. *l. minor. §. vlt. cum duabus. ll. seqq. ff. de procur.* vnde aduersus absentem, cuius persona defenditur, missio in possessionem fieri non debet. *c. vlt. ext. de eo qui mitt. in poss. l. satisq. ff. de in ius voc. l. 3. §. si reus. & seq. ff. iud. sol.* debet autẽ defensor id facere, quod dominus in litem faceret. *l. sed & hæ personæ. §. defendere. ff. de procur.* Et non vnius articuli, sed totius causæ defensioni se offerre. *d. l. item ait prætor. §.* 44. *De defensore qui alicuius defensionem suscipit.* 45. 46.



Digitized by Google

*vlt.ex quib.cauſ.maior.l non tamen.ff.de procur.l.pe[illegible] ſi ex nox.cauſa agatur.* & ſi condemnatus non appellat,eſt quod illi imputetur.*Liberto.§. vltimo.ff. de neg.geſt.l.iam tamen.§. in hac.ff iud. ſol. Cyn. in l.inuitus.quæſt.10.C de procur.* in ipſum quoq; fit rei
47. iudicatæ exequutio.*l.Plautius.ff.de procur.* An auté & qualiter tertius defenſionem cauſæ per alium incœptæ in ſe transferre poſsit, vide eleganter. *per Bart.in l.ſi perluſorio.§.1.ff.de appell.Io.de Imol. Pa-*
48. *nor.& Fel.in c.cum ſuper.ext.de ſent.& re iud.* Et nota defenſorem præſtita iam cautione, etiam ante litem conteſtatam, procuratorem poſſe conſtituere. *Spec.Tit.de procur.§.1.verſic.ſed numquid defenſor. Io. And. in c.1. de procur. lib.6. in nouel.* ADDE, Sed Bald.videtur contrarium ſentire prout eum refert *Caſt. in l.quod quis.* C. *de procur.*.C. Wittler.

49. *Defenſori quid obijciatur.*

DEFENSORI obijcitur primò, omne id, quod contra principalem perſonam,pro qua interuenit obijci potuiſſet. Secundò id ferè quod procuratori obijci poteſt. Tertiò, quod non cauit de iudicato ſoluendo, quia prius non admittitur per iura ſupradicta. *vide Spec.tit de defenſo.*

*De coniuncta perſona coniuncti nomine agente.*

INTER eas perſonas, quæ alieno nomine foro intereſſe poſſunt,connumeratur & coniuncta perſona, nam in iudicijs, pro coniuncto etiam ſinè mandato cum cautione tamen de rato admittitur. *l.exigēdi.C.de procur. l.3.§.ſed & ſi forte.ff. iud.ſol. Vlpianus in l.ſed & hæ.ff. de procur.* Sed & hæ
50. " perſonæ (inquit) procuratorum debebunt de-
" fendere,quibus ſine mandato agere licet, vtputà
" liberi,licet ſint in poteſtate,item parentes, & fra-

tres,

tres, & affines & liberti. Omnes ergo hic enu- 51
merati, censentur coniunctę personæ præter has
autem, considerata affectione arbitrarium est, 52
qui coniuncti debeant admitti secundũ Panor. *in c. nonnulli. §. sunt & alij. nu. 10. ext. de rescript.* ADDITIO. Idem & in singulari amico, secundũ nonnullos, in praxi tamen non receptos, teste *Gail. lib. 2. de pac. pub. cap. 10. nu. 28.* Sed Maritus pro vxore sua cũ cautione rati agit & appellat, idque in bonis receptitijs, in dotalibus autem, & paraphernis, absque cautione admittitur, *Bernhard. Vvurmbser. lib. 1. tit. 37. obs. 7. Mynsi. Cent. 3. obs. 53. Gail. obser. 133. per tot.* quia in dotalibus maritus dominus est, *l. doce ancillam. C. de rei vendic.* paraphernorum autem custodiam, & instrumenta vxor marito tradendo, censetur ipsi dare mandatum, ita quod nec tunc de rato cauere teneatur. *l. fin. C. de pact. conuent. super dot.* Sed in alijs bonis nec in dotem, nec in custodiam datis vt receptitijs debet præstare cautionem rati vt iam dictum per *l. 2. & l maritus. 21. & ibi Cast. & alios. C. de procur.* fatetur tamen *ibi Bart. & Mynsing. d. obser. 53. Cent. 3.* si & hoc casu instrumenta fuissent merito tradita, præsumi ipsi mandatum datũ, & cum cautione rati admitteretur, quemadmodum extraneus proferens instrumenta de quo inf. *Tit. 14. num. 13.* C. W. Hæ autem personæ admittuntur, vt 53.
diximus, dum tamen constet, eas non experiri contra voluntatem eius, pro quo interueniunt, nam si coniunctus procuratorem dimisisset, qui eo absente curam suarum rerũ habere deberet, tunc coniunctus contra tacitã voluntatem coniuncti non admittetur *l. Pomponius. §. vlt. ff. de proc. Spec. tit. de coniuncta persona. vers. item quod agit.* ADDITIO, Nisi huiusmodi, dimissus procuraror existeret negligens, *Peck. de iure sistend. cap. 3. nu. 10.* Quod si in vna causa speciale mandatum produxerit, non potest in alia causa tanquam coniuncta persona agere. *l. maritus. C. de procur.* quia eo ipso quod conceditur ipsi mandatum in vna causa, censetur in alijs prohi-



Digitized by Google

bet, nam tunc ad ſolum tutorem, vel curatorem ſpectat agere. *Bald. in l. ſenatus. in princ. C. qui accuſ. non poſſ.* Quintò repellitur coniunctus, quando egiſſet tanquam procurator, & non tanquã coniuncta perſona, niſi oſtendat mandatum, & procuratoriũ ſibi factum, nam poſtquã vt procurator ſuſcepit iudiciũ, etiã vt procurator illud finire debet. *Bald. in l. 1. nu. 5. C. de procur.* ADDITIO, Etſi coniunctus ſine mandato cum cautione de rato admittatur, non tamen præiudicat coniuncto ſuo nolenti ratum habere, *text. in l. 1. & ibi Dd. C. quib. res ind. non noc. Bald. d. l. 1. num. 5. C. de procur. Vant. de nullit. quib. mod. ſentent. nullit. defend. nu. 99. Peck. de Iure ſiſtend. d. cap. 3. nu. 10.* ex cautione tamen ſua, tenetur aduerſario ad intereſſe vt *Bartol. not. d. l. 1.* quæ aliàs fruſtra exigeretur. *Vant. d. nu. 99.* C. W. 58. 59.

CONIVNCTAE perſonæ opponitur, primò, quod non ſit coniuncta perſona, aut quod non cauerit de rato, aut quod cauſa ſpeciale mandatum requirat. Secundò quod ſit fœmina. *l. fœminas. ff. de procur.* niſi tanquam tutrix admittatur, *Auth. matri. & auia. C. quando. mul. tut. offic. fung. poteſt.* ADDE, aut vxor pro marito in cauſa liberationis ſiue libertatis agat. *Gail. d. obſ. 133.* aliter non. *l. Quia abſente. 4. C. de procur.* C. W. Tertiò obijciuntur generales oppoſitiones, hæreſeos ſcilicet, damnationis, ſchiſmatis, apoſtaſiæ, excommunicationis, ſeruitutis, & cœteræ. *c. apoſtolicè. ext. de except. c. quia diligentia. ext. de elect.* Nec enim hi pro ſe admittũtur, ergò nec pro coniuncto. *Spec. d. tit. de coniuncta perſona.* 60. *Coniuncta perſona opponitur.*

61. *De ſyndico vniuerſitatis nomine agente.*

SYNDICVS quoque vniuerſitatis nomine in iudicio experitur, ſyndicus enim authore Goffredo eſt procurator vniuerſitatis ad iudicia conſti-

constitutus. *c.vnic.ext.de syndic.* ADDE, quod latinè defensor vniuersitatis dicatur *text in l. fin. §. defensores. ff. de muner. & honor.* ibi *defensores quoque Ciuitatum, quos Graci εκδικους appellant.* Christoph. Wintzler.

Differt autem à procuratore, ducto argumento à diuersitate titulorum, quia procurator à persona vna, vel altera, Syndicus verò ab vniuersitate constituitur, vt in *l 1. ff. de procur. iuncta. l. 1. ff. quod cuiusq; vniuers. nom.* nec obstat. *c. petitio. ext. de procur.* Nam delectus quidem nominis habendus non est, vbi constat de mente constituentis, sed tamè non ideò tollitur differentia. *Panor. in rubr. ext. de Synd.* Si itaque constituatur procurator ab vniuersitate, is syndicus est, & si à priuato Syndicus, is procurator est, nec error nominis vitiat dispositionem, ex quo intentio ambigua non est, quod procedit etiam de iure ciuili vt not. *Bart. in l. 1. §. quibus. ff. quod cuiusq; vni. no. Panor. in c. vnico. nu. 2. ext.*

62. *eod. tit.* Ab actore etiã differt, quod actor ab vno interdum scilicet tutore, interdum ab vniuersitate ad vnam causam tantum constituatur, Syndicus verò regulariter ab vniuersitate & ad causarum vniuersitatem dari soleat. *l. item eorum. §. sed hodie. ff. quod cuiusq; vni. no.*

63. SYNDICVS ab vniuersitate cum suo rectore, & prælato immediato, cõstitui potest, irrequisito consensu superioris mediati, *Panor. in c. vlt. nu. 10. ext. de procur. plenius in c. vnic. ext. eod. tit.* dummodo omnibus de vniuersitate solenniter conuocatis publicè constituatur. *l. 2. C. de decur. lib. 10. l. aliud. §. rejicitur. ff. de reg. iur.* debet autem constitutio continere, quis ad quid, contra quos, & in qua causa, vel cau. s constituatur. *arg. l. si procur. C. de procur.*

*Syndici constitutio*

An autem

An autem singulorum constituentium nomina sint in instrumento Syndicatus inserenda quæritur? Et quidē. *Bart. in l. 1 ff. de albo scrib,* vult quod si constituatur ad alienandum rem vniuersitatis, debere singulorum nomina exprimi. *per l. 3. in fine. C. de vēd. reb. ciuit. lib. 11.* Si vero ad aliud cōstituatur, tunc si vniuersitas magna sit, non est necesse singulorum nomina exprimi. *c. vlt. de procur.* quia esset id laboriosum, & nimis prolixum, secus si parua esset vniuersitas, vt collegium canonicorū, vel simile. *arg. d. l. 1 ff. de albo scrib.* Sed *Anth. de But. in d. c. vnic. nu. 7. ext. eod.* dicit necessarium non esse singulorū nomina exprimi, siue vniuersitas magna sit, siue parua, dūmodo aliter appareat duas partes vniuersitatis fuisse præsentes, & à maiori parte, Syndicum esse constitutum. *arg. l. plane. ff. quod cuiusq; vni. no.* ADDE, puta si vniuersitatis sigillum appositum habeat, alias exprimi debet maiorem partem fuisse præsentem *Vant. de Nullit. ex defect. mandat. nu. 151,* C. W Et hæc verā, præterquam in casu. *d. l. 3. C. de vend. reb. ciuit. lib. 11.* Et remittit ad *Spec. eod. tit. §. 1. vers. item apponitur quod nomina monachorum. & ibi per Io. And. in addit. vbi vide.* ADDI. Quādo constitutio sonat sub nomine collectiuo, puta talis communitas, vel tale collegium constituit, nō est necesse singulorum nomina exprimere, secus si sub nomine singulari, puta Canonici, Ciues &c. constituerent, quia hoc posset verificari de duob⁹. *Mynsi. Cent. 1. obser. 76. Cent. 3 obs. 18* C. 203. 64.

SYNDICI officium est, agere, vel defendere causas præsentes, & in posterum emersuras. *l. item eorum. §. sed hodie. ff. quod cuiusq; vni. nom.* Et vniuersitatem, non autem singulos de vniuersitate defendere 65. *Syndici officium.*

Digitized by Google

fendere debet, quum pro vniuerſitate non pr
ſingulis ſit conſtitutus. *l. ſi municipes. ff. quod cuius*
*vni.no.* An autem Syndicus vel actor nomine v

66. niuerſitatis agens, teneatur ſatisdare vniuerſitat
ratum habituram, quod ipſe agat? diſtingue, au
certum eſt eum Syndicum, & actorem public
decreto generaliter conſtitutum eſſe, & tunc li
cet ad cauſam pro qua agere vult, ſpeciale no
habeat mandatum, non tamen de rato cauere te-
netur. *vt not. in d. l. item eorum. §. actor. vniuerſitatis.*
*Cum gl. verb. de rato. ff. quod cui. vni. nom.* aut dubium,
vtrum ſit Syndicus, vel actor, & tunc cauere de-
bet. *d. §. actor & l. actor. cum ibi not. ff. rem rat. hab.*

67. *Syndico obijcitur*

SYNDICO obijcitur, primò, quod non ſit conſtitutus ab vniuerſitate, vel collegio licito, illicitum enim collegium Syndicum conſtituere non poteſt. *l. 1. §. quibus. ff. d. t. quod cuiusq; vn. no.* ſecundò, quod non ſit à duabus partibus collegij conſtitutus. *l. nulli. l. planè. ff. d. t.* vel ſaltem à maiore, ſaniore parte. *c. 1. ext. de his quæ fiunt à ma. part. cap.* Tertiò, quod ſit conſtitutus aliquibus non vocatis, *arg. c. quia propter. c. in geneſi. c. bonæ. 2. ext. de elect.* Quartò, generaliter obijci poteſt, quod ſit inhabilis ad agendum vt quia excommunicatus, vel quia conſtitutus eſt ab vniuerſitate, cuius rectores ſunt excommmunicati. *c. vlt. de procur.* vel quod ſit minor. *vide Specul. d. tit. de Syndico.*

68. *De actore alieno nomine agente vel defendente.*

ALIENO etiam nomine iudicium, forumq; ſubit actor: dicitur autem actor, qui vt procurator, vel moderator ab vniuerſitate ad vnam cauſam. *l. 1. §. quibus. ff. quod cui. vni. no.* vel ab vna perſo-

na, vt

na, vt tutore, curatore vel simili constituitur. *l. 1. C. de act. à tut. vel curat. dand. l. neque tutores. C. de procur.* Et in duobus casibus constituitur interueniente prætore à tutore, vel curatore. Primò, quando pupillus est absens, vel fari non potest. 69.
Secundò, quando tutor vel curator valetudine impeditus est, vel si negotia sint diffusa. *l. decreto. ff. de admin. tut. §. vlt. Inst. de curat.* ADDE, sed pupillus, vel adultus interuoniente tutore, vel curatore, procuratorem rectè constituet. *d. l. neque tutores. Marant. de dist. 16. nu. 34. Mynsing. Cent. 2. obs. 38.* C. Wintzler.

CONTRA, actorem vniuersitatis obijcitur, primò omne id, quod diximus supra syndico posse obijci; secundò, quod excedit fines mandati. *d. l. item eorum. §. sed si ita.* Quum enim ex mandato agat, vel defendat procuratoris fungitur officio, ideoque non potest vltra id quod mandatum est; *c. cum olim, ext. de offic. deleg.* tertiò, quod vniuersitas seu collegium est dissolutum. *arg l. pater. §. Tusculanus. ff. de l. 3.* 70. *Contra actorem vniuersitatis obijcitur.*

ACTORI verò vel curatoris nomine litigaturo obijcitur; primò quod pupillus est præsens, & fari potest, quare authoritate tutoris procuratorem ordinare debet. *l. neque tutores, §. pupillus. C. de procur.* secundò, quod constitutus est sine decreto prætoris, & sine causa legitima, vt quia non erant diffusa negotia pupilli, nec dignitas vel ægritudo, vel ætas aut valetudo tutoris hoc postulauit. *d. §. vlt. Inst. de curat. d. l. decreto.* ADDITIO, quæ impedimenta realiter interuenire necessum nō est, *Bart. in d. l. decreto. ff. de admin. tut.* quia leges impedimentorū mentionem facientes, loquuntur pro contingentia facti, secundum Dd. teste. *Cast. in d. l. neque tutores. nu. 7.* 71. *Contra actorem tutoris exceptio.* 72.

Digitized by Google

Quartus in cauſa matrimonij peragenda. *Bart. in l. filius familias ff. de donat. gl. in d. c. qui ad agendum. de proc. lib. 6.* Quintus in criminum obiectione. *c. ſuper his. in fin. ext. de accuſat. clem. non poteſt. de procur.* Sextus in proroganda iuriſdictione. *c. cum olim Abbas. & ibi Innoc. & Panor. nu. 10. ext. de offic. iud. deleg.* Septimus in nominando dominum in iudicio. *Innoc. in c. quoniam. ext. vt lite non conteſt.* ADDE, *Innoc. ibi. verb. poßidet.* quod procurator ad adminiſtrandum & negotia, poſsit dominum nominare nō autem procurator ad cauſas. Octauus in iuramenti calumniæ præſtatione. *c. vlt. ext. de iur. calum. lib. 6. authen. principale. C. de iureiur. propt. cal. dand.* Nonus in inſtrumentorum conſumptorum exemplatione. *gl. in d. c. quigeneraliter. c. vlt. ext. de fide inſtrum. auth. de hæred. & falcid. §. & ibi gl.* Decimus, in iuramenti delatione, & præſtatione. *l. iusiurandum quod ex conuentione. §. vlt. cum l. ſeq. ff. de iureiur. d. c. qui ad agendum. de procur. lib. 6.* Vndecimus in recipienda ſolutione. *l hoc iure. & ibi Bart. gl. adminiſtratio. in l. vero procuratori. ff. de ſolut.* reliquos caſus ſpeciale mandatū requirentes, vide enumeratos. *per gl. in d. c. qui ad agendum. & ibi Philip. Franc. ext. de procur. in 6. Spec. d. §. 1. de procur. verſic. Item opponitur quod licet.*

34. Quintò obijcitur procuratori, quod cauſa criminalis ſit, in qua non interuenit procurator. *c. in crimmalibus. 5. q. 3. l. pen. §. ad crimen. ff. de pub. iud.* Quod tamē non procedit, primò in actione iniuriarum, in qua pro illuſtri perſona interuenit

35. procurator. *l. vlt. C. de iniur.* & hoc quando criminaliter agitur, nam ſi actio iniuriarum ciuiliter intētetur, quilibet in ea agit & defendit per procuratorem. *l. non ſolum. §. agere. & ibi gl. ff. de iniur.* Secundò non procedit, ſi procurator non conſtitue-

ſtitueretur ad allegandũ cauſascauſę, ſed ad allegandũ cauſas abſentiæ. *c.ſi ægrot. §. reos. 5. q. 3. & ibi gl. verbi defendi. c. veniens. ext. de accuſat. l. ſeruum quoque. §. publicè. ff. de procur.* Tertiò non procedit, quando ad certum articulum cauſæ criminalis procurator daretur. *gl. Hoſtienſ. & Panorm. in d. c. veniens. Spec. in tit. de procur. §. 1. verſic. decimò ad excuſandum.* Quartò, non procedit in cauſa criminali, quæ non eſt capitalis. *l. leuia. ff. de accuſat. l. abſentem. §. aduerſus. ff. de pœn.* dicitur autem cauſa criminalis non capitalis, quæ pœnam infra relegationem, vel remotionem ab ordine inducit. *d. l. abſentem. l. pen. §. vlt. ff. de pub. iud. Spec. vbi ſupra verſic. quintò ſi crimen. l. 1. ff. anper al. cauſæ ap. red. poſ.* plenius de hoc articulo vide *Bart. in d. l. pen. §. vlt. ff. de pub. iud. Panor. in d. c. veniens. ext. de accuſat.* ADDE, *Mevoch. de arbit. iud. tit. 1. caſu 80. Gail. lib. 1. de pac. pub. cap. 10. per tot.* ſaltem quando reus eſt in vinculis prout communiter tenetur, & conſuetudine probatur teſte *Bart. in l. pen. §. fin. num. 10. ff. de pub. iud. & in l. non tantum. nu. 2. ff. de appel.* procurator admittitur, quia nõ poteſt eſſe iudicium deluſorium. *Panor. in d. c. veniens num. 20.* licet ipſe de ſubtilitate iuris expoſitum dici poſſe exiſtimet, quod probat VVeſenb. non habita illius mentione *Conſil. 43. nu. 167. part. 1.* Cauſa interim fractæ pacis, quamuis criminalis, in Camera Imperiali per procuratorem tractari poteſt. *Gail lib. 2. obſ. 9. nu. 4 & obſ. 10. per tot.* C. Wiſſler. Sextò, obijcitur procuratori, quod excedit fines mandati, & aliud agit, quam ei ſit commiſſum. *vide ſup. eod tit. de offic. procur. num. 15.* Septimò, quod ſit excommunicatus. *c. poſt ceſſionem. ext. de probat.* ADDE, quia conſtitutio procuratoris excommunicati, ipſo iure non valet, & ſic nec acta cum illo habita, niſi excommunicatio ſuperueniſſet, quia tunc acta valent, ſi non opponatur. *Marant. part. 4. pan. diſt. 16. nu. 24. al. nu. 42.* C. W.

36.

37.

38.

39.

*Caſt. in d.l. ita demum. nu. 3.* Duodecimò, quod ſit procurator contra eccleſiam à qua beneficiũ habet. *c. vlt. ext. de poſtul.* Decimo tertiò, quod eſt minor. *l. minor. ff. de procur.* vel miles. *l. militem. C. eod.* vel furioſus. *l. 2. ff. eod.* vel ſurdus, vel mutus. *l. mutus. ff. eod.* vel mente captus, vel prodigus, cui bonis interdictum eſt, generaliter enim qui ad ſua negotia peragenda inhabilis eſt, per conſequens & ad aliena. *c. quia nec regiminis. 2. q. 7. c indecorum. ext. de ætat. & qual. l. vlt. C. de legit. tut.* 43.

DEFENSOR quoque nonnunquam iudicijs alieno intereſt nomine, dicitur autem nobis hoc loco defenſor, qui abſq; mandato ſe alicuius defenſioni offert, quod quidẽ cuilibet permiſſum eſt, modo ſatisdationem iudicatum ſolui pro litis præſtet æſtimatione, nemo enim alienæ rei ſine ſatisdatione defenſor idoneus intelligitur. §. *ſi vero. Inſt. de ſatisd. Imper. Anthoni. in l. exigendi. C. de procur.* Exigendi (inquit) à filio tuo mandati qui „ ſe defenſioni tuæ offerebat, duplici ratione ne- „ ceſsitas nó fuit, aut quod defendere quis (ſiue li- „ bertus ſiue extraneus ſit) ſine mandato poteſt: ſa- „ tisdatione tamen pro defenſione præſtita, & alia „ proculdubio obſeruatione ſubiecta &c. accedit. *l. minor. §. vlt. cum duabus. ll. ſeqq. ff. de procur.* vnde aduerſus abſentem, cuius perſona defenditur, miſſio in poſſeſsionem fieri non debet. *c. vlt. ext. de eo qui mitt. in poſſ. l. ſatisq. ff. de in ius voc. l. 3. §. ſi reus. & ſeq. ff. iud. ſol.* debet autẽ defenſor id facere, quod dominus in litem faceret. *l. ſed & hæ perſonæ. §. defendere. ff. de procur.* Et non vnius articuli, ſed totius cauſæ defenſioni ſe offerre. *d. l. item ait prætor. §.* 44. *De defenſore qui alicuius defenſionem ſuſcipit.* 45. 46.

*vlt.ex quib.cauſ.maior.l.non tamen.ff.de procur.l.per.* *ſi ex nox.cauſa agatur.* & ſi condemnatus non appellat,eſt quod illi imputetur.*l.liberto.§. vltimo.ff. de neg.geſt.l.iam tamen.§. in hac.ff. iud. ſol. Cyn. in l.inuitus.quæſt.10.C de procur.* in ipſum quoq; fit rei
47. iudicatæ exequutio.*l.Plautius.ff.de procur.* An autē & qualiter tertius defenſionem cauſæ per alium incœptæ in ſe transferre poſsit, vide eleganter. *per Bart.in l.ſi perluſorio.§.1.ff.de appell. Io.de Imol. Pa-*
48. *nor.& Fel.in c.cum ſuper.ext.de ſent.& re iud.* Et nota defenſorem præſtita iam cautione, etiam ante litem conteſtatam, procuratorem poſſe conſtituere. *Spec.Tit.de procur.§.1.verſic.ſed nunquid defenſor. Io. And. in c.1. de procur. lib. 6. in nouel.* ADDE, Sed Bald.videtur contrarium ſentire prout eum refert *Caſt. in l.quod quis.* C. *de procur.*.C. Wintzler.

49. *Defenſori quid obijciatur.*

DEFENSORI obijcitur primò, omne id, quod contra principalem perſonam,pro qua interuenit obijci potuiſſet. Secundò id ferè quod procuratori obijci poteſt. Tertiò, quod non cauit de iudicato ſoluendo, quia prius non admittitur per iura ſupradicta. *vide Spec.tit de defenſo.*

*De coniuncta perſona coniuncti nomine agente.*

INTER eas perſonas, quæ alieno nomine foro intereſſe poſſunt,connumeratur & coniuncta perſona, nam in iudicijs, pro coniuncto etiam ſinè mandato cum cautione tamen de rato admittitur. *l.exigēdi.C.de procur. l.3.§.ſed & ſi forte.ff. iud.ſol. Vlpianus in l.ſed & hæ.ff. de procur.* Sed & hæ
50. „ perſonæ (inquit) procuratorum debebunt de-
„ fendere,quibus ſine mandato agere licet, vtputà
„ liberi,licet ſint in poteſtate,item parentes, & fra-

tres,

tres, & affines & liberti. Omnes ergo hic enu- 51
merati, censentur coniunctę personæ præter has 52
autem, considerata affectione arbitrarium est, qui coniuncti debeant admitti secundū Panor. *in c. nonnulli. §. sunt & alij. nu. 10. ext. de rescript.* ADDITIO. Idem & in singulari amico, secundū nonnullos, in praxi tamen non receptos, teste *Gail. lib. 2. de pac. pub. cap. 10. nu. 28.* Sed Maritus pro vxore sua cū cau- 52.
tione rati agit & appellat, idque in bonis receptitijs, in dotalibus autem, & paraphernis, absque cautione admittitur, *Bernhard. VVurmbser. lib. 1. tit. 37. obs. 7. Mynsi. Cent. 3. obs. 53. Gail. obser. 133. per tot.* quia in dotalibus maritus dominus est, *l. doce ancillam. C. de rei vendic.* paraphernorum autem custodiam, & instrumenta vxor marito tradendo, censetur ipsi dare mandatum, ita quod nec tunc de rato cauere teneatur. *l. fin. C. de pact. conuent. super dot.* Sed in alijs bonis nec in dotem, nec in custodiam datis vt receptitijs debet præstare cautionem rati vt iam dictum per *l. 2. & l maritus. 21. & ibi Cast. & alios. C. de procur.* fatetur tamen *ibi Bart. & Mynsing. d. obser. 53. Cent. 3.* si & hoc casu instrumenta fuissent merito tradita, præsumi ipsi mandatum datū, & cum cautione rati admitteretur, quemadmodum extraneus proferens instrumenta de quo inf. *Tit. 14. num. 13. C. W.* Hæ autem personæ admittuntur, vt 53.
diximus, dum tamen constet, eas non experiri contra voluntatem eius, pro quo interueniunt, nam si coniunctus procuratorem dimisisset, qui eo absente curam suarum rerū habere deberet, tunc coniunctus contra tacitā voluntatem coniuncti non admittetur *l. Pomponius. §. vlt. ff. de proc. Spec. tit. de coniuncta persona. versatem quod agit.* ADDITIO, Nisi huiusmodi, dimissus procuraror existeret negligens, *Peck. de iure sistend. cap. 3. nu. 10.* Quod si in vna causa speciale mandatum produxerit, non potest in alia causa tanquam coniuncta persona agere. *l. maritus. C. de procur.* quia eo ipso quod conceditur ipsi mandatum in vna causa, censetur in alijs prohi-

bet, nam tunc ad ſolum tutorem, vel curatorem ſpectat agere. *Bald. in l. ſenatus. in princ. C. qui accuſ. non poſſ.* Quintò repellitur coniunctus, quando egiſſet tanquam procurator, & non tanquá coniuncta perſona, niſi oſtendat mandatum, & procuratoriũ ſibi factum, nam poſtquá vt procurator ſuſcepit iudiciũ, etiá vt procurator illud finire debet. *Bald. in l. 1. nu. 5. C. de procur.* ADDITIO, Etſi coniunctus ſine mandato cum cautione de rato admittatur, non tamen præiudicat coniuncto ſuo nolenti ratum habere, *text. in l. 1. & ibi Dd. C. quib. ret ind. non noc. Bald. d. l. 1 num. 5. C. de procur. Vant. de nullit. quib mod. ſentent. nullit. defend. nu. 99. Peck. de Iure ſiſtend. d. cap. 3. nu. 10.* ex cautione tamen ſua, tenetur aduerſario ad intereſſe vt *Bartol. not. d. l. 1.* quæ aliàs fruſtra exigeretur. *Vant. d. nu. 99.* C. W. 58. 59.

CONIVNCTAE perſonæ opponitur, primò, quod non ſit coniuncta perſona, aut quod non cauerit de rato, aut quod cauſa ſpeciale mandatum requirat. Secundò quod ſit fœmina. *l. fœminas. ff. de procur.* niſi tanquam tutrix admittatur, *Auth. matri. & auia. C. quando. mul. tut. offic. fung. poteſt.* ADDE, aut vxor pro marito in cauſa liberationis ſiue libertatis agat. *Gail. d. obſ. 133.* aliter non. *l. Quia abſente. 4. C. de procur.* C. W. Tertiò obijciuntur generales oppoſitiones, hæreſeos ſcilicet, damnationis, ſchiſmatis, apoſtaſiæ, excommunicationis, ſeruitutis, & cœteræ. *c. apoſtolicè. ext. de except. c. quia diligentia. ext. de elect.* Nec enim hi pro ſe admittũtur, ergò nec pro coniuncto. *Spec. d. tit. de coniuncta perſona.* 60. *Coniuncta perſona opponitur.*

SYNDICVS quoque vniuerſitatis nomine in iudicio experitur, ſyndicus enim authore Goffredo eſt procurator vniuerſitatis ad iudicia conſti- 61. *De ſyndico vniuerſitatis nomine agente.*

constitutus. *c.vnic.ext.de syndic.* ADDE, quod latinè defensor vniuersitatis dicatur *text in l. fin. §. defensores. ff. de muner. & honor.* ibi *defensores quoque Ciuitatum, quos Graci σλωδικ& appellant.* Christoph. Wintzler.

Differt autem à procuratore, ducto argumento à diuersitate titulorum, quia procurator à persona vna, vel altera, Syndicus verò ab vniuersitate constituitur, vt in *l 1. ff. de procur. iuncta. l. 1. ff. quod cuiusq; vniuers. nom.* nec obstat. *c. petitio. ext. de procur.* Nam delectus quidem nominis habendus non est, vbi constat de mente constituentis, sed tamè non ideò tollitur differentia. *Panor. in rubr. ext. de Synd.* Si itaque constituatur procurator ab vniuersitate, is syndicus est, & si à priuato Syndicus, is procurator est, nec error nominis vitiat dispositionem, ex quo intentio ambigua non est, quod procedit etiam de iure ciuili vt not. *Bart. in l. 1. §. quibus. ff. quod cuiusq; vni. no. Panor. in c. vnico. nu. 2. ext.*

62. *eod. tit.* Ab actore etiã differt, quod actor ab vno interdum scilicet tutore, interdum ab vniuersitate ad vnam causam tantum constituatur, Syndicus verò regulariter ab vniuersitate & ad causarum vniuersitatem dari soleat. *l. item eorum. §. sed hodie. ff. quod cuiusq; vni. no.*

63. *Syndici constitutio*

SYNDICVS ab vniuersitate cum suo rectore, & prælato immediato, cõstitui potest, irrequisito consensu superioris mediati, *Panor. in c. vlt. nu. 10. ext. de procur. plenius in c. vnic. ext. eod. tit.* dummodo omnibus de vniuersitate solenniter conuocatis publicè constituatur. *l. 2. C. de decur. lib. 10. l. aliud. §. rejicitur. ff. de reg. iur.* debet autem constitutio continere, quis ad quid, contra quos, & in qua causa, vel cauis constituatur. *arg. l. si procur. C. de procur*

An autem

An autem ſingulorum conſtituentium nomina ſint in inſtrumento Syndicatus inſerenda quæritur? Et quidē. *Bart. in l. 1 ff. de albo ſcrib,* vult quod ſi conſtituatur ad alienandum rem vniuerſitatis, debere ſingulorum nomina exprimi. *per l. 3. in fine. C. de vēd. reb. ciuit. lib. 11.* Si vero ad aliud cōſtituatur, tunc ſi vniuerſitas magna ſit, non eſt neceſſe ſingulorum nomina exprimi. *c. vlt. de procur.* quia eſſet id laboriоſum, & nimis prolixum, ſecus ſi parua eſſet vniuerſitas, vt collegium canonicorū, vel ſimile. *arg. d. l. 1 ff. de albo ſcrib.* Sed *Anth. de But. in d. c. vnic. nu. 7. ext. eod.* dicit neceſſarium non eſſe ſingulorū nomina exprimi, ſiue vniuerſitas magna ſit, ſiue parua, dūmodo aliter appareat duas partes vniuerſitatis fuiſſe præſentes, & à maiori parte, Syndicum eſſe conſtitutum. *arg. l. plane. ff. quod cuiusq; vni. no.* ADDE, puta ſi vniuerſitatis ſigillum appoſitum habeat, alias exprimi debet maiorem partem fuiſſe præſentem *Vant. de Nullit. ex defect. mandat. nu. 151,* C. W Et hæc verā, præterquam in caſu. *d. l. 3. C. de vend. reb. ciuit. lib. 11.* Et remittit ad *Spec. eod. tit. §. 1. verſic. item apponitur quod nomina monachorum. & ibi per Io. And. in addit. vbi vide.* ADDI. Quādo conſtitutio ſonat ſub nomine collectiuo, puta talis communitas, vel tale collegium conſtituit, nō eſt neceſſe ſingulorum nomina exprimere, ſecus ſi ſub nomine ſingulari, puta Canonici, Ciues &c. conſtituerent, quia hoc poſſet verificari de duob⁹. *Mynſ. Cent. 1. obſer. 76. Cent. 3 obſ. 18* C. 23. 64.

SYNDICI officium eſt, agere, vel defendere cauſas præſentes, & in poſterum emerſuras. *l. item eorum. §. ſed hodie. ff. quod cuiusq; vni. nom.* Et vniuerſitatem, non autem ſingulos de vniuerſitate defendere 65. *Syndici officium.*

na, vt tutore, curatore vel ſimili conſtituitur. *l. 1. C. de act. à tut. vel curat. dand. l. neque tutores. C. de procur.* Et in duobus caſibus conſtituitur interueniente prætore à tutore, vel curatore. Primò, quando pupillus eſt abſens, vel fari non poteſt. Secundò, quando tutor vel curator valetudine impeditus eſt, vel ſi negotia ſint diffuſa. *l. decreto. ff. de admin. tut. §. vlt. Inſtit. de curat.* ADDE, ſed pupillus, vel adultus interueniente tutore, vel curatore, procuratorem rectè conſtituet. *d. l. neque tutores. Marant. de diſt. 16. nu. 34. Mynſing. Cent. 2. obſ. 38.* C. Wintzler. 69.

CONTRA, actorem vniuerſitatis obijcitur, primò omne id, quod diximus ſupra ſyndico poſſe obijci; ſecundò, quod excedit fines mandati. *d. l. item eorum. §. ſed ſi ita.* Quum enim ex mandato agat, vel defendat procuratoris fungitur officio, ideoque non poteſt vltra id quod mandatum eſt; *c. cum olim, ext. de offic. deleg.* tertiò, quod vniuerſitas ſeu collegium eſt diſſolutum. *arg l. pater. §. Tuſculanus. ff. de l. 3.* 70. *Contra actorem vniuerſitatis obijcitur.*

ACTORI verò vel curatoris nomine litigaturo obijcitur; primò quod pupillus eſt præſens, & fari poteſt, quare authoritate tutoris procuratorem ordinare debet. *l. neque tutores, §. pupillus. C. de procur.* ſecundò, quod conſtitutus eſt ſine decreto prætoris, & ſine cauſa legitima, vt quia non erant diffuſa negotia pupilli, nec dignitas vel ægritudo, vel ætas aut valetudo tutoris hoc poſtulauit. *d. §. vlt. Inſt. de curat. d. l. decreto.* ADDITIO, quæ impedimenta realiter interuenire neceſſum nõ eſt, *Bart. in d. l. decreto. ff. de admin. tut.* quia leges impedimentorũ mentionem facientes, loquuntur pro contingentia facti, ſecundum Dd. teſte. *Caſt. in d. l. neque tutores. nu. 7.* 71. *Contra actorem tutoris exceptio.* 72.

Digitized by Google

*tores.nu.7.C. de procur.* quod accurratius *dictam l. decreto. & d.§. vlt.* intuenti, vix persuaderi poterit, generaliter enim disponunt, nec ad vllam facti speciem propositam respondent, quare consultius esse rectè docet *Bart d.l.decreto.* apponere semper aliqualem causam, siue impedimentum, etiam rei familiaris, quod sufficere putat per *l. Thais. 41.§.1.ff. de fideicom. libert.* & in praxi seruari ferè videmus, & eo magis quod Moly. *in princ.l.1.num.10.ff. de verb. obligat.* audacter asserat, hodie tutorem & curatorem ante litem contestatã posse procuratorem constituere, & leges aliter volentes iam multis seculis merito exoleuisse, quod forsan in partibus Galliæ vbi Molyn. vixit, diutiꝰ obtinet, verũ in supremo iudicio Germaniæ Cameræ Spirensis, actores iudiciali decreto constituuntur & confirmantur, teste. *Gail.lib.2.obser.107.num.6. Mynsing. Cent.4.obs.38.* quod & ordinatio Principis Iuliæ postulat.cap.48. C. Winpler.

## De Tutore & curatore minoris nomine agente vel defendente.

## TITVLVS. V.

1. *Tutor triplex est.*
2. *Tutor testamentarius debet exhibere testamentum in quo tutor designatus, nisi &c.*
3. *Tutor testamento imperfecto, inofficioso, falso, irrito, & ex quo hæreditas non adita, datus repellitur.*
4. *Minor 25. annis, & furiosus non possunt administrare tutelam.*
5. *Quando incertum quis inter duos sit tutor, neuter auditur.*
6. *Mutus & surdus non possunt tutores constitui.*
7. *Debitor vel creditor pupilli à tutela repellitur, nisi sit mater, vel auia, aut à sciente testatore probatus.*

8. Mile

8. *Miles armatæ, & cœlestis militiæ, nõ potest esse tutor*
9. *Clericus secularis potest esse tutor.*
10. *Tutor non conficiens inuentarium repellitur.*
11. *An ante confectionem inuentarij, processus sit ipso iure nullus.*
12. *Quatuor casus, quibus tutor antè confectionem inuẽtarij agere potest.*
13. *Ante licentiam, & decretum iudicis, non potest tutor administrare.*
14. *De consuetudine extenditur tutela ad 25. annos.*
15. *Post testamentarios, ex l. 12. tabul. ad tutelam vocantur.*
16. *Tutor debet cauere, res pupilli saluas fore.*
17. *Capite diminutus non potest esse tutor.*
18. *Existente testamentario legitimus repellitur.*
19. *Quando à magistratu detur tutor.*
20. *Quis magistratus pupillo tutorem dare valeat.*
21. *Si tutor & pupillus ad iudicis dantis forum non pertineant, tutela non subsistit.*
22. *Tutor à iudice domicilij datus, extendit administrationem ad omnia bona, etiam alibi extra territoriũ dantis sita.*
23. *Exceptiones contra tutorem datiuum.*
24. *Adultis vsq; ad 25. annum dantur curatores.*
25. *Idem magistratus dat curatorem, qui tutorem.*
26. *Delegatus ad causam coram ipso pendentem dat curatorem.*
27. *Curatores dantur voluntarijs ad negotia, sed inuitis ad litem.*
28. *Adolescẽs volens sibi generalem dari curatorem, & non ad litem dumtaxat, auditur, nisi in fraudem hoc faciat.*
29. *Curator datur petenti, nisi malitiosè differat petere.*

30. *Curator ad litem, non conficit inuentarium, sed iurat rem adulti saluam fore.*
31. *Qui non potest esse tutor, nec curator esse potest.*
32. *Exceptiones contra generalem curatorem.*
33. *Exceptiones contra constitutum ad certam litem.*
34. *Exceptiones contra curatorem prodigi.*
35. *Furiosus tempore, & interuallo, quo furor intermissus, omnia rectè agit.*
36. *Consultum est, vt super exceptione contra procuratorem, vel similē proposita per iudicem pronuncietur.*
37. *Sunt & aliæ personæ alieno nomine agentes, hic enumeratæ.*

1. INTER eas personas, quæ ālieno nomine fori actiones susci piunt, sexto loco ponitur tutor, qui pupilli nomine in iudicijs agit, vel defendit. *l.1.§.ff.de admin.tut.* Est autem tutor secundum triplicem tutelam, vel testamentarius, hoc est, in testamento datus, vel legitimus, cui à lege tutela defertur, vel denique datiuus à iudice scilicet datus, qui & Attilianus appellatur.

2. *De testamentario tutore.* TYTOR testamentarius pupilli nomine in iudicio acturus, in primis aduersario id postulanti, testamentum in quo tutor datus est, exhibere debet. Non enim simpliciter dicenti se tutorē esse, credendum est, si tamen testamentum exhibere non posset, ab agendo non repelletur, modo satisdet eam rem aduersario fraudi non futu-
« ram. *Vlpian.in.l.vulg.ff.de admin.tut.* Vulgò, inquit,
« obseruatur, nè tutor caueat, ratam rem pupillū
« habiturum, quia rem in iudicium deducit. Quid
« tamē si dubitetur, an tutor sit, vel an duret tutor,
vel an

Digitized by Google

vel an gestus illi cõmissus sit? æquum est, aduersarium non decipi, idem & in curatore est, vt Iulianus scribit. adde *gl. verb. non decipi. ibidem* à Dd. plerumque comprobatam. Exhibito verò testamento, primò discuti poterit, vtrum testamentũ tale sit, vt in eo facta tutoris datio valida censeri debeat, secundò discuti poterit persona, vtrum scilicet eius sit conditionis, vt idoneum tutorem agere queat ad hunc modum.

PRIMO, quod testamentum, in quo tutor datus est, sit imperfectum, vel quod per epistolam datus sit, Imp. Alex. *in l. neque. C. de confir. tut.* Neq; inquit, per epistolam, neque ex imperfecto testamento tutorem rectè dari indubitati iuris est. secundò, quod testamentum, vel inofficiosum, vel falsum sit. *l. iure nostro. §. vlt. ff. de test. a. tut.* tertiò quod testamentum irritum sit; causas *vide. ff. de iniusto rup. ir. fact. test. a. & Inst. quib. mod. test. am. infirm. per tot.* Quartò, quod ex eo testamento non sit adita hæreditas, Pompon. *in l. si nemo. ff. de test. am. tut.* Si nemo (inquit) hæreditatem adierit, nihil valet ex his, quæ testamento scripta sunt, si verò vnus ex pluribus hæredibus adierit, tutelæ statim valent, nec expectandum erit, vt omnes hæreditatem adeant. Quintò, quod testator talis fuerit, qui non potuit tutorem dare, de quo dic vt in *l. 1 ff. de test. am. tut. in l. 1. ff. de confir. tut.*

3. *Tutori testamentario ratione testamẽti obijcitur.*

RATIONE personæ tutori testamentario obijcitur, primò, quod sit minor 25. annis, nemo enim neque frater, neque alius legitimus in tutelá siue ingenui, siue liberti vocatur, antequam 25. suæ æta-

4. *Ratione personæ obijcitur.*

ſuæ ætatis annum impleat. *l. nemo. C. de legit. tut.* Si tamen minor in teſtamento datus ſit, tum demum tutor erit, cum maior 25. annis factus erit. *§. furioſus. Inſtit. qui teſtam. tut. dar. poſſ.* Secundò, quod ſit furioſus, nam furioſus tutelam adminiſtrare non poteſt, niſi cum ſanæ mentis factus fu-
5. erit. *d. §. furioſus.* Tertiò, quod incertum ſit, quis tutor datus ſit. *Paul. in l. tutor incertus, & l. duo ſunt*
" *Titij ff. de teſtam. tut.* Duo ſunt Titij, (inquit) pater
" & filius, datus eſt tutor, Titius, nec apparet, de
" quo ſenſit teſtator, quæro quid ſit iuris? reſp. is
" datus eſt, quem dare ſe teſtator ſenſit, ſi id nõ ap-
" paret, non ius deficit ſed probatio, igitur neuter
" eſt tutor. Quartò quod mut⁹ ſit, vel ſurdus, Her-
6. mogenes *in l. agnito. §. 1. ff de legit. tut.* Surdus (in-
" quit) & mutus, nec legitimi tutores eſſe poſſunt,
" cum nec teſtamento, nec alio modo vtiliter dari
7. poſsint. Quintò, quod ſit debitor vel creditor pupilli, ad cuius tutelam vocatur, nam is à tutela repellitur. *in Auth. Vt hi qui ob. ſe hab. perhib. res mino. in prin. & auth. minoris. C. qui dar. tut. vel cur. poſſ.* quod etiam locum habet in debitore Reipublicæ, debitor enim Reipublicæ, non prius admittitur ad honores, quam debitum ſoluat. *l. 1. C. de debit. ciuit. lib. 11. l. reſcripto. §. debitores. ff. de mun. & honor.* ducto argumento à pupillo ad Rempublicam. ADDITIO, Hoc fallit in matre, auia, auo, materno atq; paterno & patre, quando exiſtant tutores. *auth. vt ſine prohibit. mat. debit. vel cred. tutel. ger. minor. & ibi gl. verbi matrum. col. 7. auth. ad hæc. C. quand. mul. tut. off. fungi.* quia affectionis ratio ſuſpicionem remouet, vt ibi *gl. per l. non ſolum. §. denuo ff. de ritu nupt.* proinde & alius quiuis admittitur, quem pater ſciens eſſe debitorem in teſtamento conſtituit, & ſic eius fidem probauit. *Guid. Pap. de-*

*Pap. decis. 144. vbi. & not. Ranch.* C.W. Sexto, quod sit 8.
miles armatæ militiæ Imp. Philippus. *in l. militia.* »
*C. qui dari tut. poss.* Militiæ (inquit) armatæ mune- »
ribus occupatus, neque si legitimus sit, neque si ex »
testamento datus fuerit, nec alio modo, & si vo- »
luerit, tutor aut curator fieri potest, sed si errore »
ductus res administrauerit, negotiorum gesto- »
rum actione conuenitur. Idem dicendũ de mili-
te cœlestis militiæ, nam monachi & Episcopi ad
tutelam omnimodo non admittuntur, alij vero 9.
clerici legitimi tantum esse possunt, si volunt, nõ
enim coguntur secundũ ius ciuile. *in auth. de sanctis. Episc. §. Deo autem. & §. presbyteros. coll. 9. in auth. presbyteros. 2. C. de Episcopis & Cler.* Septimo, quod 10.
non confecerit inuentarium, nam tutor reperto-
rium seu inuentarium, in quod omnia quæ in
pupilli bonis comprehenduntur, nominatim re-
ferat, cõficere debet, requisito ad hoc tabellio-
ne, priusquam administrare aut agere possit. *l. tutores. 2. C. de admin. tutoris. l. tutor qui repertorium. ff. eod. l. vlt. C. arbit. tut.* ADDE, cum decreto iudicis &
valore siue æstimatione rerum. *Mynsing. Cent. 6. obs. 39.*
C.W. Quinimo secundum decisionem Capellæ 11.
Tholosanæ 288. si tutor egerit ante confectionẽ
inuentarij, processus cum ipso habitus, est ipso iu-
re nullus. ADDE, *Mynsing. Cent. 2. obs. 37. sed Steph. Auffrer. in d. decis. 288.* putat processum quidem non es-
se ipso iure nullum, sed tutorem tanquam suspectũ
ex hoc remoueri posse. *per not. Bart. in l. tutor qui repertorium. ff. de admin. tut. idem Panor. in c. ex parte. 3. nu. 6. de appel.*
C.W. nisi in casibus. Primus in hisce, quæ dila-
tionem non recipiunt. *d. l. tutor qui repertorium.* Se- 12.
cundus quando testator per expressum cõfecti-
onem inuentarij remittit. *l. vlt. §. illo procul. du-*

 *bio. C. de*

*bio.C. arbit.tut.* Tertio in his, quę neceſſario debẽt præcedere inuentarij confectionem, vt eſt deliberare, an expediat pupillo adire hæreditatem.

" *Vlpian.in l. Ariſto. ff.de acquir. vel omit. hæred.* Ariſto
" (inquit) exiſtimat, prætorem aditum facultatem
" facere debere hęredi, rationes defuncti ab eo pe-
" tere, penes quem depoſitæ ſunt, deliberanti de
" adeunda hæreditate. Quartus ſi conſuetudo loci habeat, inuentarium confici non oportere. *Bart. in d.l. qui repertorium. Panorm. in c. ex parte. 3. num. 6.* vbi hoc monet in practica notari. *ext. de appel.* Octauo, quod non habet decretum iudicis, quo
13. præfectus ſit rebus pupilli adminiſtrandis, nam priuſquam tutor vel curator res pupillares vel adulti poſsit attingere, vel vllam cõmunionem ſibi ad eas res vendicare, facto inuentario, iudicẽ adire debet, & licentiam & authoritatem petere adminiſtrandæ tutelæ ſibi commiſſæ. *l. vlt. §. illo proculdubio. ibi, niſi prius inuentario publicè facto ſecundũ morem ſolitum res ei tradantur. C. arbit. tutel.* ADDITIO, quod verum tam in legitimo, ac datiuo, quã hoc teſtamentario, vt habet deß Reichs Abſcheidt Anno, 1548. zu Augſpurg auffgericht/ *ſub tit.* von den minderiårigen tutorn / & renouatum anno, 77. *Tit.* 52. zu Franckfurt. *Idem Schneid. in prin. Inſt. de legit. agnat. tutel. num.* 14. niſi teſtator ei licentiam propria authoritate adminiſtrandi conceſsiſſet, quia nihil aliud hoc eſt quam ipſum tutorem ponere in poſſeſsionem adminiſtrationis tutelæ. *Schneid. nu.* 14. *Mynſing. Cent.* 2. *obſ.* 37. C. 23. Nonò quod finita ſit tutela. modos vide *Inſtit. quib. mod. tot. fin. per tot.* ADDITO. Elapſis quotuordecim annis in maſculis, & duodecim in fœminis, tutelam non extingui ſed continuari vſq;
14 ad 25. annum de conſuetudine teſtatur. *Gaill. lib.* 2. *obſ.* 96. quod & in Gallia obtinet, *Molyna. de vſur. num.* 300.

C. 23. EORVM

Digitized by Goo

EORVM qui testamento tutores non acceperunt, agnati ex l. 12. tabularum, tutelam nanciscuntur. §. 1. *Instit. de legit. agnat. tutel. in auth. de hæred. ab intest. venien. §. ex his autem. col. 9.* qui pupillorum nomine litem vel inferunt vel suscipiunt. *l. 1. §. 1. ff. de admin. tut.* ADDE, Et hoc summa prouidentia, vt qui sperarent habere successionem, ijdem tuerentur bona ne dilapidarentur. *Vlp. in l. 1. in prin. ff. de legit. tut.* Chr. Wintzler.

CONTRA tutorem legitimũ excipitur, primò de omnibus ferè, quę diximus testamentario tutori obijci posse, secundò, quod non cauerit res pupilli saluas fore, nam tutor legitimus, priusquam res pupillares administrare possit, promittere debet, tempore interpositi decreti, vtilia pupilli se facturum, inutilia prætermissurum, & res pupilli saluas fore, *Instit. de satisd. tutor. in princ.* Tertiò quod sit capite minutus, nam maximam & mediam passus capitis diminutionem, quemadmodũ tutor esse non potest, ita si tutor fuerit, tutelam amittit. §. *sed & capitis dimmutione. Inst. quib. mod. tut. fin. & l. ad agnatos. C. de legit. tut.* secus si minimam capitis diminutionem pertulerit, de quo *in d. auth. de hæred. ab intest. §. ex his. col. 9.* ADDE, antiquato. §. *minima. Inst. quib. mod. tut. finiat.* ex quo hodie tam cognati, quam agnati legitimi tutores sint, *d. §. ex his autem.* & per minimam capitis diminutionẽ ius agnationis saltem, & non cognationis pereat, neque ipsa tutela peribit. *fac. gl. verb. prouidentia. in l. 1. ff. de legit. tut. & ibi Bart.* C. W. Quartò, quod testamentarius tutor extat, quare legitimo locus non est. *l. si quis sub conditione. ff. de testam. tut. l. si tutor. §. 1. ff. de tut. & rat. distrah.* Quintò, quod is cui tutor da-

*Contra tutorem legitimũ excipitur.*

16.

17.

18.

datus est, ad pubertatē peruenerit, vnde ipsen ●uam litem inchoare non potest. *l. vnica. C. vt cauſ. poſt pub. adſit tut.*

19. *De tutore datiuo.*

SI CVI nullus omnino tutor fuerit, neque ex testamento neque ex agnatis, vel si datus sit sub conditione, vel ex die, vel purè hæreditate nondum adita, vel si tutor ab hostibus captus, postliminio nō sit reuersus, ei iure hodierno per quēcunque magistratum etiam minorem, per ciuitates sine præsidis iussu tutor ex inquisitione dari potest. *§. nos autem. Inſt. de Attil. tutor. arg. l. neque. C. qui dare tutor. vel curat. poſſ. l. ius dandi. ff. de tut. vel curat. dat ab his. gl. 1. C. de Emancip. liber.* Atque hoc de magistratu illius loci accipiendum est,

20. vnde pupillus aut est oriundus aut vbi bona sua collocata habet, qui vterq; tutorem dare potest, *l. 1. vbi Bart. & Fab. C. vbi tut. pet. deb. arg. l. magis puto. §. illud. ff. de reb eor. qui. & l. pupillo. & ibi Bart. ff. de tut. vel*

21. *curat. dat. ab his.* proinde si pupillus & is, qui tutor datur ad iudicis dantis forū non pertinēat, tutela viribus non subsistit. *l. 1. l. ius dand. ff. de tutor. vel curat. datis ab his. d. l. neque. C. qui tutor. vel curat.*

22. *dare.* ADDITIO. Tutor interim à iudice domicilij legitimè datus, porriget àdministrationem ad omnia bona etiam extra territorium dantis. *§. datus Inſt. de excuſat. tutor. l. propter litem. §. licet ff de excuſat tut. l. 2. eod tit. Bart. vbi ſup. Coſtal. in l. 5. ff. de liber. agnoſcend.* quia sententia principaliter in personam dirigitur, in cuius consequentiam veniunt bona etiam alterius territorij *l. ſi fideicommiſſum. §. tractatum. ff. de iudic. Chaſſan. in Conſuet. Burgund. Rub. des Mainsmortes §. 16. verb. va demeurer. &c. nu. 9. Manſuer. in ſua pract. tit. de Tutor. nu. 21. & 36. Gail. lib. 2. obſ. 123. nu. fin. obſer 130. nu. 14. Schneid. in §. nos autem. nu 5. Inſt. de Attill.* tutor qui addit excusationem tutoris à iudice domicilij dati ad administrandas res in aliena prouincia sitas, admittendam esse,

& tum

& tum à iudice illius prouinciæ ad bona ibidem existentia, alium tutorem dandum. *l. 2. & l. 1. ff. mento. 11. C. de excusat. tut.* vltra centesimum enim lapidem intra suam prouinciam nemo gerere cogitur. *l propter litem 23. §. licet datus ff. eod. tit* & propter patrimonium latè diffusum, & in diuersis locis constitutum recte petit quis sibi aliquem adiungi. *d l. testamento. & l. propter. 1. C. in quibus. cas. int. vel curat. hab. detur.* C. W.

TVTORI datiuo obijcitur, Primo omne id quod supra, alijs obijci diximus, Secundo, quod tutor testamentarius vel legitimus illum præcedit. *l. si tutor. §. 1 ff. de tut. & rat. distrah.* Tertiò quod pupillus talis est, cui non erat dandus. *l 1. l. pupillo. ff. eod. d. l. neq;. C. qui tut. vel curat. dar poss.* Quartò, quod datus sit ab eo cui tutoris dandi potestas non competit. *l. ius dandi. l. nec mandante. ff. de tut. vel curat. dat. ab his. &c.* 23. *Tutori datiuo obijcitur.*

ADVLTORVM quoque nomine iudicium, forumque subeunt curatores. *l. 1. §. 1. ff. de admin. tut.* quibus finita tutela res minorum demandari iuris ordine consueuerunt, id vsque ad annum vicesimum quintum, ab illa siquidem ætate, sua quisque negotia agere ipse potest. Dantur autem curatores per eum magistratum, per quem & tutores. *§ 1. Inst. de curat d. l. 1. ff. de tut. vel curat. dat. ab ijs.* sed non per testatorem, si tamen forte testamento dati sint, non prius administrandi munus consequuntur, quam per magistratum fuerint confirmati, *d. §. 1. Inst. de curat. l. 2. C. de confir. tut* Delegatus etiam iudex, coram quo lis intenditur, curatorem ad eam litem, adulto dare potest, *arg. l. vlt. § 1. & ibi Bart. & Dd. C. de admin. tut.* Prout in beneficialibus omnimodo etiam 14 annis minori cu- 24. *De curatore agente vel defendente.* 25. 26.

ri curatorem in litem dat iudex delegatus, vt plenius tractatur *in c. vlt. de iud. lib. 6.*

27. *Curatores quibus dentur.*

DANTVR in primis curatores, adultis minoribus 25. annis, idq; generaliter, vel specialiter ad certam causam, vel litem, ad negotia quidem voluntarijs, ad litem verò vtcunque inuitis. Si enim conueniantur adolescentes, inuiti curatorem in litem accipiunt, si verò agant, eatenus coguntur accipere, si nolint repelli. *l. 1. & 2. C. qui legit. pers. stand. in iud. hab. §. item inuiti. & ibi Angel., Aretin. Instit. de curator. gloss. cogi. in l. 3. §. idem cassius. ff. de tutel.*

28. Si tamen adolescens conuentus, nolit sibi curatorem in litem, sed potius generalem dari, audiẽdus erit, cum de generali curatore loquatur Imperator. *in l. 1. C. qui pet. tut. vel curat.* Admoneo (inquit) adolescentem, aduersus quem consistere vis, vt curatores sibi dari postulet, cum quibus secundam formam iuris consistas, qui si in petendis his cessabit, potes tu competentẽ iudicem adire, vt in dandis curatoribus officio suo fungatur. Si tamen in fraudem id postulare videbitur, vt scilicet interim, dum curator repertorium conficit, litem fugiat, aut quia iudex is sit, qui generalem dare non potest, certe audiendus non erit, authore *Ioan. Iab. in d. §. Item inuiti. Inst. de Curat.* Datur ergo à competente iudice in litem curator præsens, & præsenti, & postulanti secundum formam. *l. 3. §. si pupillus. ff. de tutel.* ADDIT. Si autem malitiose in fraudem actoris curatorem petere distulerit, termino ad aliquem nominandum & petendum constituto iudex ex officio, inuito curatorem ad huiusmodi litem dabit, *Mynsing. Cent. 2. nu. 31. Gail. lib. 2. obser. 108. nu. 3.* & dicitur is iudex, ad hoc cõpetens, corã quo lis vertitur. *Maran. part. 4. prin. dist. 11. num. 13.*

Digitized by Google

*num* 13. & *nu.* 39. *Mynsing. Cent.* 1. *obs.* 87. C. ꝛꝛ. Et hic repertorium non conficit, *not. gl. verb. conscripto. & Dd. in l. de creationibus. C. de Episc. audiend. Bart. in l. actor. ff. rem rat. hab. & in l. qui repertorium. ff. de admin. tut.* ADDE, nè quidem earum rerum, quæ ad eum peruenerunt, & ad litem pertinent, tam de iure contra *Bart.* quam vsu forensi, ac obseruatione Cameræ. *Gail. de obs.* 108. *nu.* 11. C. ꝛꝛ. sed iureiurando solum affirmant, rem illam adulti saluam fore, eumque iudicio defensum iri *gl. & Bart. in l. Etsi ad species. ff. rem pup. sal. fore. l. vlt. §. defensionem. C. de admin. tut. Bart. in l. legitimos. ff. de legit. tut. Angel. Aret. in. §. 1. in fine Inst. de curat.* 30.

CONTRA curatorem adolescentis, siquidem generaliter datus sit, excipitur, primò, de omni eo, quod supra tutoribus obijci posse diximus, nempè de Inuentario, de sacramento, de satisdatione, de statu & de ætate. Nam regulariter quicunque tutor pupillorum esse non potest, nec etiam curator esse poterit adultorum, secundò, quod est suspect⁹ postulatus, vel iam ab administratione remotus. *l. quod si forte. §. 1. ff. de solut.* tertiò, quod datus sit curatorē habenti, & sine causæ cognitione. *l. 1. ff. de tut. & curat. dat. ab his &c. l. curatorem. C. qui dare tut. vel curat. poss.* quartò quod iudex talis est, qui curatorem generalem dare non potest, veluti delegatus, dat enim specialem tantum in litem coram se institutam, de quo plenius in *d. c. vlt. de Iudic. lib. 6.* quintò, quod non exhibuerit decretum Iudicis, quo præfectus sit rebus pupilli administrandis, illud enim exhibere debet priusquam ad agendū adulti nomine admittatur. *in auth. vt hi qui oblig. se hab. perh. res min. §. vlt. vers.* *Contra curatorem adulti exceptio.* 31. 32.

*vlt.verſ.etiam volumus.col.6.l. vlt. §. illo proculdubio C. arbit.tut.* ſi tamen aliqua iuſta de cauſa, illud exhibere non poſsit,ita demum admittetur,ſi legitimè ſatisdet,aduerſarium ob id nihil detrimenti iacturæue accepturum, ſi curator non fuerit.*l. vulgo.cum gl.decipi.ff.de admin.tut.* Sin autē curator adoleſcenti ad certā cauſam, vel litē datus ſit obijcitur. Primò, quod datus non fuerit præſens,
53. præſenti & petenti. *d l.3.§.ſi pupillus.ff. de tutel.* Secundò,quod is cui curator datus eſt, iam maior viginti quinque annis factus ſit, vnde nouam litem mouere non poteſt, *Vlpian. in l. ita autem.§. poſt completum.ff. de adminiſt. tut.* Poſt completum (inquit) vigeſimum quintum annū ætatis ſi nōdum rationes redditæ ſunt,nec ad cauſam inſtrumenta pertinentia, fidei ac verecundiæ curatorū conuenit, vt conſilio ſuo cœptā litem perficiant.

54. *Contra curatore prodigi excepto.*

PORRO curatori prodigo, vel furioſo, vel mente capto, ſurdo, muto, & cæteris huiuſmodi perſonis dato,obiicitur. Primò, quod non ſatis, dederit rem prodigi vel furioſi, vel mente capti & huiuſmodi ſaluā fore.*l.conſilio.§.1.ff.de curat.fur.* niſi ſit à patre teſtamento datus.*l. de creationibus. in princ.C.de Epiſc.audien.* Secundò, quod non iurauit vtilia facere,& inutilia prętermittere,& quod inuentarium non confecerit. *l. vlt. §.ſed cum antiquitas.& §.ſeq.C.de curat.furioſ.* Tertiò, quod cauſa ex qua datus, falſa eſt, quia ille non eſt mente captus,nec furioſus, nec prodigus vel iam deſiit eſſe,*l.obſeruare.ff.de curat.furioſ.* cuius probatio incumbit petenti curatorē. *l.his qui.§.diuus.ff. de tut. & curat.dat.l.quidam.ff. de condit.inſtit. l. filium ff. de acquir.hæred.l.1.ff.do curat.furioſ.* Quartò,quod furioſus

rioſus ſanitatem, vel prodigus ſanos mores receperit. *d.l.vlt.§.ſin.autem. C. de cur.fur.l.1.ff.eod.tit.* Nam tunc finitur huiuſmodi curatoris officium, dum tamen furor fuerit continuus, ſecus ſi per dilucida interualla diſtinctus, nam tunc non finitur curatio, ſed durat vſque ad finem vitæ furioſi, licet tempore quo furor eius intermiſſus eſt, nihil agat curator, ſed ipſe furioſus; nam dum ſapit, & interualla habet, & hæreditatē adire & cætera omnia facere poterit, quæ ſanis hominibus competunt, furore verò rurſum ſuperueniente, ſtatim ſub curatore erit, qui omnia ipſius negotia, redeunte morbo, vt ante fecit, adminiſtrabit. *l.pen.C. de curat. furioſ.*

NOTA quod ſi velis iudicium cum procuratore ſyndico, actore, tutore, curatore, vel cæteris huiuſmodi perſonis agitatum eſſe ratum, & firmum, oppone illis in initio quicquid potes, & cura vt iudex pronunciet huiuſmodi perſonas eſſe admittendas exceptionibus propoſitis non obſtantibus, huius enim pronunciationi energia ea eſt, quod etiamſi minus idoneæ perſonæ ſint, non reuocetur tamen iudicium, ne is qui cū his litigat iudicis authoritate circumſcriptus eſſe videatur, *arg.l.1.in fine. C. de his qui ven. ætat. impet.* Sententia enim talis facit ius inter partes. *c.cum inter.x.de ſent. & re iud. Spec.in tit.de except. §. nunc videndum.verſic.in ſumma nota.* ADDE, hoc declarationē recipere quoad ipſum opponentē de defectu mandati qui vlterius opponendo non auditur, niſi aſſumeretē in ſe onus probandi iſtam negatiuam. *Bart.in l.licet.nu.5.vbi & Caſtrenſ.nu.7. C. de procurat.* ſecus quoad ipſum principalē dominum, cui abſenti talis pro

36. *Annotatio.*

pronunciatio cum falso procuratore facta, in [illegible] præiudicat. *Vant. de nullit. Quib. mod. sent. null. defend. [illegible]. Pavor. in c. cum in iure. num. 9. x. de offic. deleg. Bart. in d. l. licet. nu. 6. & 7.* C. *de procur.* vbi dicit ita omnes Doctores tenere in procuratore, secus in tutore, quia istius constitutio principaliter ad iudicem pertinet, vnde & eius pronunciatio maiores vires habet. *l. 1. §. Idem Pomponius ff. Quod fal. tut. auto. gest. Speculator* igitur declaratione, ac distinctione intelligendus, aut tanquam reliquis, Dd. contrarius minimè recipiendus. *Alex. and. dd. licet. nu.* 15. C. W.

37. A D summã ne agam de singulis, illud notandũ fuerit, & alias reperiri personas, quæ alieno nomine in iudicio, foroque agunt, vel defendunt, vt pater in bonis aduentitijs filij, in quibus vsumfructum habet, de quo tractatur in *l. 1. C. de bonis mater. & nos diximus sup. tit. 3. nu. 24.* de filiofamilias actore vel reo. Item magistratus municipij, vel ciuitatis nomine agit, vel defendit in iudicio, vt in *l. 3. §. plane cum ibi not. ff. quæ vi aut clam. gl. verb. personæ. in fine. §. sin autem. Inst. de satisdat.* Item Orphanotraphus, hoc est, qui præest orphanis liberis patre priuatis. *l. orphanotrophus, C. de Episc. & Cleri.* Et similiter Xenodochiorum, siue Hospitalium, & mensarum (vt vocant) S. Spiritus, & similium piorum locorum præfecti *l. 2. §. quod obseruari. & ibi Dd. C. de iureiur. propt. cal. dand.* sed de his satis.

# De personis Iudicialibus quæ nec agunt nec defendunt.

## TITVLVS VI.

1. *Personæ hic enumeratæ ad faciliorem iudicij exitum adhiberi solent.*
2. *Assessores qui dicantur.*
3. *Delegatus pontificis secundum conscientiam assumit assessorem quatenus indigeat.*
4. *Moriente iudice, aut lite per transactionem finita, assessori salarium nihilominus debetur.*
5. *Ordinarius proprijs expensis assumet assessorem.*
6. *Officium assessoris in quibus consistat.*
7. *Quid assessori obijciatur.*
8. *Differentia inter aduocatum, & patronum.*
9. *Testimonium Domini Lypsii de huiusmodi differẽtia.*
10. *L. aduocati C. de aduocat. diuers. iudi.*
11. *Nemo aduocatus esse potest, nisi per quinquennium studuerit, & à Doctoribus fuerit probatus.*
12. *Officium aduocati actoris.*
13. *Cautelæ aduocati Rei.*
14. *Quinis aduocatus debet causam plenè ex clientulo cognoscere, & cum ipso de meritis communicando disputare.*
15. *Aduocatus non debet promittere causæ victoriam.*
16. *Nouus aduocatus citius defendet partes rei, quam actoris.*
17. *Falsam vel abrogatam l. non allegabit, neq; prouocatus omni tempore vlciscetur.*
18. *Pro modico salario non aduocabit.*
19. *Pro qualitate causæ protestabitur, exceptiones reseruabit.*
20. *Causam desperatam deseret.*

21. *Quis non possit esse aduocatus.*
22. *Error præsente parte commissus, infra triduum debet reuocari, alias vsq. ad sententiam.*
23. *Testes qui, & vnde dicti.*
24. *Tabellio quis, quibus nominibus baptizetur.*
25. *Apparitores qui, & quomodo alias appellentur.*

1. PRAETER iam dictas personas, quæ alieno nomine iudicium, forumq; subeunt, admonendi sumus, & alias quoque vtiliter adhiberi, sine quibus quidem iudicium subsistit, adhibitæ tamen faciliorem iudicij exitum parant, vt sunt assessores, aduocati, testes, tabelliões, apparitores.

2. *De assessore.* ASSESSORES dicuntur, qui ab illo, qui iudicandi potestatẽ habet, assumuntur, vt sibi in causis cognoscendis assideant, & suis consilijs præstent, quò controuersijs finis imponatur, debent autem spe præmiorum non metu terribili & necessitate incõgrua libertati ad id mũeris prouocari Imp. in l C. de assesso. Sudiorũ (inquit) labor meretur, vt his qui in publicis administrationibus constituti sociari sibi consiliorum participes cupiunt, spe premiorum atq; honorificentia sua prouocent eas, quorum prudentiam putent sibi esse necessariam, non metu terribili & necessitate incongrua libertati. Pontificis autem delegato, ita demum assessorem sibi adiungere permissum est, si eo indigeat, quod ipsius conscientiæ relinquit Romanus pontifex in *statutum. § . assessorem de rescript. in 6.* Assessorem (inquit) vt quandoq; faciunt aliqui fraudulenter, nisi eo indigeat, (quod conscientiæ relinquatur eiusdem) sibi nequaquá adiun-

adiungat, alioquin de suo proprio prouidere teneatur eidem, si autem indigeat, ipsum neutri parti suspectum assumens, ei de competenti salario prouidè moderando ab eo, faciat à partibus communiter prouideri; & tamesi iudex delegatus moriatur, aut partes trãsegerint, assessori nihilominus salarium debetur, vt habet *gl. communiter. in d. §. assessorem.* Ordinarius autem suis impensis ássessorem si indigeat, assumere debet. *Panor. in c. cum ab omni. nu. 14. ext. de vit. & honest. cler. Gensel. in clem. 1. eod. tit.* 4. 5.

Officium assessoris constat, in examinatione causarum, in postulationibus, vt videlicet ad uocatũ, qui de iure postulare potest, admittat, infamem autem atque indignum repellat, item in interrogationibus, in libellis conuentionalibus recipiendis, si benè concepti sint, vel dilacerandis, si ineptè, vel super re illicita concipiantur. Item in edictis proponendis, & in epistolis, quæ superiori destinantur, dictandis, & in citationibus faciendis *l. 1. cum gl. ff. de offic. assesso.* nullam tamen habet iurisdictionem. *c. 2. C. de assess. gl. vlt. l. 1. ff. eod.* 6. *Officium assessoris.*

Assessori obijcitur primò quod sit infamis. *l. 2 ff. de offic. assesso.* Secundò, quod sit alteri parti suspectus, quo *in d. §. assessorem.* Tertiò, quod in eadem causa fuerit aduocatus. *l. vlt. C. eod.* 7. *Assessori obijcitur.*

Asconivs Pedianus, qui defendit (inquit) alterũ in iudicio, aut patronus dicitur, si orator est, & ab eo duntaxat stare videtur, aut aduocatus si autius suggerit, aut præsentiam suam commo- 8. *De aduocato.*

dat amico, aut procurator si absentis negotium
susscipit &c. ADDITIO, notat & hanc differentiã
*Antho. Granat. ad Vest. cap* 18. *nu.* 3. ex eodem Asconio Pe-
dia. ad diuinat. quam memini me etiam tam ex præ-
lectione ad verba (tacita aduocatione) Senecæ in
libello de Tranquill. vitæ, quam familiari colloquio
9. domini Iusti Lypsij tota Europa celeberrimi, præce-
ptoris mei obseruandi, didicisse; à tempore tamen
Senecæ propter promiscuum vsum hanc differen-
tiam, etiam apud eruditos, parũ obseruatam fuisse,
idem dominus Lypsius subiunxit. videatur & *Lau-
rentius Valla. lib.* 4. *cap.* 12. C. 23. Aduocatorum autem
dignitatem iuxta & commoditatem egregiè o-
stendunt Impp. in *l. aduocati. C. de aduoc. diuers. iud.*
10. Aduocati (inquiunt) qui dirimunt ambigua fa-
" cta causarum, suæque defensionis viribus, sæpe
" publicis in rebus, & priuatis, lapsa erigunt, fatiga-
" ta reparant, non minus prouident humano ge-
" neri, quam si prælijs atque vulneribus, patriam,
" parentesq; saluarent, nec enim solos nostro im-
" perio militare credimus, illos, qui gladijs, clipeis,
" & thoracibus nituntur, sed etiam aduocatos, mi-
" litant namque causarũ patroni, qui glorioſæ vo-
" cis consilij munimine laborantium spem, vitam,
" & posteros defendunt. Porro nemo prius aduo-
11. cationis munus subire potest, quam per statuta
tempora legum eruditioni noscatur inhæsisse *l.
petitiones. C. de aduoc. diuers. iud.* statuta verò tem-
pora quinque anni sunt, *vt in. §. sed quia solitum. &
§. seq. in proœmio Pandectarum.* Examinari etiam à
doctoribus iuris, & eorum iuramento probari
debent. *l nemini. C. de aduoc. diuers. iud. Bart. & Dd. in
l. 1. ff. postul. reiecta gl. verbi exponere. ibidem.*

ADVO-

ADVOCATVS actoris illud in primis curare debet, vt quantum potest, causam clientuli sui ampliet. *c.1.4.q.4.* & oportet eum omnibus modis esse sagaciorem, & diligentiorem aduocato rei, & laborare, vt reus cito condemnetur, studeat si potest, vt prius agatur super possessorio, quã petitorio, quia commodius est possidere quam in rem agere. *§. retinendæ. instit. de interd.* plures cautelas vide breuitatis causa apud Spec. 12. *De officio aduocati actoris.*

ADVOCATI rei partes sunt, causam actoris extenuare *d.c.1.4.q.4.* & fugere & differre, sic tamen ne ex nimia fuga iudex contra eum præsumat. *c. decernimus. inf. 3.q. 9.* ADDE, quasi de causæ iustitia diffidat *Nicol. Antho. Grauat. ad Vest. lib. 6. cap. vlt. nu. 21. Afflict. decis. 13 num. 22.* C.W. non subito, sed deliberatus respondeat, sit cautus, vt si viderit petitionem ineptè formatam vel aliquẽ alium defectum, propter quem processus possit ãnullari, taceat, & in fine hoc retegat, de quo *inf. tit. de term. ad respons. lib.* 13. *De cautelis aduocati rei.*

INPRIMIS autem omnis aduocatus, remotis arbitris, quo ipsa confessio sit liberior ex clientulo causam penitus cognoscat, eumque vel vti aduersarius, quæcunque de causæ suæ defensione sentiat, libero animi iudicio confiteri impellat, deinde sibi ipse patroni aduersarij, & iudicis personam summa cum prudentia, ac æquitate inducat, cogitetque animo quæcunque obijci possint, vt hoc modo instructus, causam suis tueatur locis, attamen victoriam non permittat, quia dubius est euentus litis, *l. quod debetur. ff. de pecul.* & 14. *Cautelæ aduocatorum cõmunes.* 15.

alium, si necesse fuerit, & prægnans sit causa, sibi associet, secreta causæ ne pandat. *c. quem pœnituerit. §. prævaricator. 2. q 3.* Nouus aduocatus citius rei partes sumat, quam actoris defendendas, quod facilius sit fugere, quã impetere, & reus sit fauorabilior actore. Caueat ab omni falsitatis vitio, nullam falsam vel abrogatam legem vel canonẽ alleget, *l. 1. ff. de fals.* verbis alterius prouocatus, ne se studeat mox vlcisci, (vt solent indoctiores) sed expectato congruo tempore rationis clipeo se tueatur. *l. quisquis. §. 1. C. de postul.* sit cautus ne passim pro modico salario aduocet, *c. infames. vers. apud. vbi gloss. 3. q 7.* nam ex hoc vilis & indoctior habetur. Si iudicium declinare intendat, omnia quæ dicet & petet, faciat cum protestatione, nempe saluis exceptionibus & defensionibus suis, *c. fin. & ibi gl. ext. de dilat.* ne facile aliquid confiteatur allegando, sed protestando, vel sub conditione, vel modo proponat; neq; contra conscientiam causam recipiat, sed quam cito etiam improbam & desperatam senserit, deserat, quod etiam iurare tenetur, vt *in l. rem non nouam §. patroni. C. de iudic.* & illud iuramentum etiam de consuetudine plurium curiarum præstare cogitur, priusquam ad patrocinandum admittatur; neue litem ex industria (vt solent) protrahat. *l. quisquis. §. nemo. C. de postul.* neq; legem aut canonẽ pro se facientem publicè alleget, sed iudici in aurẽ dicat, vel priuatim actis scribat, ne partẽ suam aduersam instruere videatur. *Specul. ad aduoc. §. nunc de exordijs. vers. item caueat ne alleget &c.*

ADVOCATO autem obijci potest, quod sit surdus, mutus, cœcus, perpetuò furiosus, seruus, mulier,

mulier, & ſimilia, quæ colliguntur. *ex l. 1. & per tot. tit. ff. de poſtul. & ex. d. c. infames. 3. q. 7.* Secundò quod ſit hæreticus, Iudæus vel infidelis, vel excõmunicatus propter ſuſpicionem hæreſis, hi enim contra Chriſtianum aduocare non poſſunt, *l. nemo. C. poſtuland. l. nemo. 2. C. de Epiſc. audient.* Tertiò quod ſit monachus, vel Canonicus regularis etiam in foro eccleſiaſtico, niſi expoſcat monaſterij vtilitas, abbate nihilominus imperante. *c. monachi 16. q. 1. ext. de poſtu. per tot.* Quartò, quod ſit aſſeſſor, vel etiam Iudex in eadem cauſa, in qua poſtulat. *l. vlt. C. de aſſeſſor. l. penult. ff. de aſſeſſo. l. quisquis. C. de poſtul.* Quintò, quod pactus ſit de parte litis, nam ſic fit infamis. *l. ſi quis. & l. ſeq. §. præterea. C. de poſtul. l. litem. C. de procur. l. 1. §. aduocatos. ff. de var. & extraord. cognit.* Sextò, quod à clientulo ſuo res lite pendente emerit, vel alioqui cum eo contraxerit *d. §. præterea. C. de poſtuland.* Septimò, quod ſit excommunicatus. *c. decernimus. de ſent. excom. lib. 6.* Octauò, quod recipiat pecuniam ob non aduocandum, vel eſt condemnatus repetundarum. *l. eadem. in fin. ff. de ad l. Iuliam. repetund.* Nonò, quod poſtulet contra eccleſiam, à qua eſt beneficiatus. *c. vlt. ext. de poſtul. vide Panor. in c. venient. 2. num. 17. ext. de teſtib.* vel quod poſtulet contra Epiſcopum ſuum. *c. grauem ext. de exceſſ. prælat.* Decimò, quod poſtulet contra eum, cuius eſt vaſallus *arg. c. de forma. 22. vlt. c. vnico. in princ. Quib. mod. feud. amitt. in vſib. feud. arg. d. c. vlt. de poſtul.*

*Quæ cõtra aduocatos obijciãtur.*

NOTA quod error aduocatorum ex continenti, id eſt, triduo reuocãdus eſt, videlicet quãdo litigatores ſunt præſentes; alioqui error iuris

22. *Annotatio.*

& facti vsque ad sententiam emendari p
alijs, *l.1.& vlt.C.de errore aduoc. l. error. C. de facti ignor.* ADDE, *Dd.d.l.* qui volũt posse infra
um reuocari, non probato errore, sed illo pro
quandocunque vsq; ad sententiam *vt d. l.error.*

23. *De testibus.*

TESTES sunt qui de re in iudicium deducta, ab alterutra partium negata, testimonium perhibent, antiquitus superstites vocati, eo quod super causæ statu proferebant, ac proferebantur, nunc altera parte nominis ablata, per figuram, quę græcè ἀφαιρεσις dicitur, testes vocantur. *c. forus. §. testes. ext. de verb. signif.* Sed de his plura suo loco.

24. *De tabellione.*

TABELLIO est persona, habens publicum officium scribendi instrumenta ad fidem faciendam, *c. pen. ext. de fide instrum.* Qua ratione etiã dicitur persona publica, *c. quoniam contra falsam. ext. de probat. l. orphanotrophos. C. de Episc. & Cler.* & seruus publicus, quia seruit publicè exercendo officium suum, *l. 2. in fine. ff. rem pup. sal. fore. c. 2. de vsur. lib. 6.* Dicitur etiam scriniarius, *c. si aduersus. de hæret.* item Notarius, *c. 1. ext. de sym.* item Tabularius, *l. hac consultißima. § sed quia tabulariorum. C. qui testa. fac. poss. l. 1. C. de Tabul. lib. 10.* de huius officio plenius dicemus in progressu.

25. *De apparitore.*

APPARITORES ministri sunt, quos iudices iureiurando sibi addictos habent, vt lites in ius vocandis denuncient, & reliqua per causas mandata exequantur, *in Auth. de Iud. §. his qui. col. 6. l. 1. C. de sport.* hos interdum exequutores, Imperatores vocant in *l. vlt. C. de sport. in l. cum clericis. C. de Episc. & cler.*

*& cler.* interdum viatores, à viando, hoc est, iter faciundo in §. *triplici. Inst. de action.* interdum nuncios, *c. prudentiam. ext. de offic. deleg. c. cum parati. ext. de appell.* item cursores; Martialis, Cursorem sexta, tibi Rufe remisimus hora. *vide. gl. in l. exequutorem. C. de exequut. rei iud. gl. causas. in auth. de iud. §. his qui causam. col. 6.*

## De causis & ordine Iudiciorum.

## TITVLVS VII.

1. *Causæ iudiciorum sunt quatuor.*
2. *Efficiens quæ.*
3. *Materialis quæ.*
4. *Formalis quæ.*
5. *Finalis causa quæ.*
6. *Vt sententia valeat, debet esse secundum ordinem iudiciorum probata.*
7. *Ordo, vnius causæ, ad aliam non reddit iudiciũ nullũ.*
8. *In hypothecaria procedit libellus absq; discussione, nisi opponatur.*
9. *Idem in beneficio ordinis competenti fideiussori.*
10. *Exceptiones dilatoriæ ante litem contestatam proponi debent.*
11. *Ordo respiciens solemnitatẽ sententiæ, omissus vitiat.*
12. *Ordo substantialis sententiæ vitiat.*
13. *Ordo respiciens formam iudicij duplex est.*
14. *Ordinis substantialis quæ, & qualia sint.*
15. *Ordo substantialis quare sic dicatur.*
16. *Ordo substantialis, nè quidem consensu partium omitti potest.*
17. *Possunt partes remittere iudiciarium ordinem, vt dictum iudicis habeat vim pacti, non sententiæ.*

18. *Casus, in quibus præscriptus iuris ordo, per omni[illegible] obseruatur.*
19. *Princeps non censetur causam summariè & de plano committere, etiamsi hoc petitū, nisi expresse dixerit.*
20. *In causis summarijs requiritur petitio saltē verbalis*
21. *In notorijs, & pauperum causis procedendum summariè.*
22. *Ordinem non substantialem Iudex de æquitate iuris seruare debet.*
23. *Ordinis non substantialis quæ sint.*
24. *Si huiusmodi ordo non seruetur, valet processus, sed appellandum.*
25. *Quando de contrario constat, non præsumitur pro sententia.*
26. *Sententia, à qua ob grauamen fuit appellatum, illo non probato, confirmatur.*
27. *De iure canonum, ab omissione ordinis non substantialis, statim appellandum est.*
28. *Termini in iudicio seruari soliti recensentur.*
29. *Termini secundum stylum Curiæ Archiepiscopalis Coloniensis eorumq; breuis explanatio.*
30. *Terminus ad dicendum, contra commissionem delegati, est substantialis, remissiue.*
31. *Qui sint termini substātiales in causis beneficialibus.*
32. *Termini seruari soliti, si omittantur, appellari potest.*
33. *Quo respectu, terminus ad dicendum contra producta, sit substantialis.*
34. *Multi termini seruātur, coram delegato, qui non coram ordinario.*
35. *Quando stylus Curiæ Romanæ pro lege seruandus.*
36. *Quælibet curia suo stylo vti potest.*

ENVME-

ENumeratis hactenus à nobis personis, ex quib⁹ iudiciũ constare diximꝰ, cõsequens est, vt nunc iuxta propositionis ordinem,& de causis,ex quibus iudicium quoque consistere diximus, dispiciamus.Est itaque causa, cuius vi, effectus sequitur, cuius genera quatuor ab Aristotele ponuntur, Efficiens, materialis, formalis, & finalis. Efficiens,quæ motum præstat,atque operam iudicij exercendi,est iudex præsidens, actor petens, & reus defendens *l. inter litigantes. ff. de iudic.* Materialis, vtpotè subiectum, ex quo iudicium primum generatur,est negotium,seu factũ ipsum, agentis & rei controuersiam, apud eum qui iurisdictioni præest,continens. *fa.l.iurisgentium.§.1.ff.de pact.l.si.ex plagis.§. in cluo. ff. ad l. aquil.* Formalis,habitu quodam iudicium,hoc est causæ discussionẽ vestiens, est modus, seu ordo ipse procedendi, qui consistit ex legitima citatione, libelli aptè concepti oblatione, litis contestatione,sententiæ congrua prolatione,& alijs solennitatibus substantialibus iudiciorum, infra fusius tractandis. Finalis cuius gratia iudicium suscipitur,est per sententiam ius dicentis,iusta victoria. *l.in ratione.1.§. imperator. vers. cum quidam. in fine ff. ad leg.falcid.*

1.

2.

3.

4.

5.

De efficiente igitur huc vsque & infra passim plura. Materialem partes litigantes suppeditant, de formali & finali in subsequentibus dicendum restat.

Ad formalem igitur pertinet,vt sententia,qua alteri controuertentium victoria decernitur, viribus subsistat,ipsam secundum solitum Iudicio-

6. *De ordine iudiciorũ.*

rum ordinem prolatam esse oportet. *l. prolatam. C. de sent. & interl. om. iud. c. ei qui appellat. §. item sententia. 2. q. 6.* Quocirca animaduertendū est, quod est quidā ordo vnius causę seu potius actionis ad aliam, de quo tractat *tit. de ord. iud. & tit. de ordi. cognit. C. & extra.* Et hic, si peruertatur, non red-
7. dit sententiam aut iudicium nullum, sed appellare debet, vt tractatur *in l. 1. C. de appell. in l. si mancipium. §. 1. ff. de Euict. Panor. in c. exhibita. nu. 12. ext. de Iudic. & in c. cum dilectus. nu. 9. ext. de cauſ. poſſ. & prop. & Bart. in d. l. prolatam.* Quare in actione hypothecaria, procedit libellus, nō facta prius excussione,
8. nisi opponatur de præposteratione ordinis, ante litisconteſtationem. *Bald. in l. conuenticulam. C. de Epiſc. & Cler.* quod nota pro intellectu *auth. hoc si debitor. C. de pignor.* quæ statuit hodie agi non posse actione hypothecaria contra tertiū possessorem, nisi prius excusso principali, vt scilicet hoc procedat, si excipiatur ante litisconteſtationem *Adde Mar. diſt. 20. nu. 10. & 11. Gaill. lib. 2. obſer. 27. nu. 7. Guid. Pap. quæſt. 94.* Et pari ratione, idem dicendū
8. est, de beneficio ordinis competente fideiussori. *auth. præſente. C. de fideiuſſ.* vt nisi ante litem con-
10. teſtatam opponatur, valeat processus habitus cū fideiussore, qui illud non opposuit *Adde Gail. d. lib. 2. d. obſer. 27. num. 2. Guido. Pap. d. queſt. 94.* quandoquidem exceptiones istæ dilatoriæ sunt, quæ ante litem conteſtatam proponi debent. *c. paſtoralis. ext. de except. Pet. & Cyn. in l. exceptionem. ni 7. quaſt. C. de probat. Angel. & Salyc. in d. auth. hoc si debitor. Paul. de Caſtro. in l. vlt. ff. si cert. pet.* ADDITIO, Imo etiamsi oppositæ, sed à iudice reiectę valet processus, & per appellationem rescindendus *per d. l. 1. & ibi Dd. C. de Appell. & alios ſuper allegatos.* Chriſt. Winzler.

Alius

Digitized by Google

Alius est ordo, vnius & eiusdē causæ ad seipsam, & hic respicit, aut solennitatem, aut substantiam sententiæ; solennitatem sententiæ respicit, quod in scriptis à competenti iudice, sedendo, & causa cognita proferatur. Et hic ordo si omittatur, sententia nulla est. *l. 2. & vlt. C. de sent. ex breuic. recit. gl. in d. l. prolatam. c. vltim. de sent. & re iudic. lib. 6.* ADDE, *Vant. de nullit. ex defect. proces. nu. 49.* Idem obtinet, si omittatur substātia sententiæ, vt quia nec condemnationem nec absolutionem continet. *l. præses prouinciæ. C. de sent. & interl. om. iud. l. t. ff. de re iud.* Est denique alius ordo instantiæ, respiciens formam iudicij, vt quod aduersarius citetur, offeratur libellus, lis contestetur &c. Hic si omittatur, vel interuertatur, sententia quoque nullius est momenti. *d. l. prolatam.* Et est in duplici differentia, nam alius substantialis est, alius non substantialis, sed quem iudex de æquitate, vel benignitate iuris seruare debet. 11. 12. 13.

ORDO substantialis est, quod aduersarius absens citetur. Item quod libellus offeratur. *c. 1. & ibi gl. ext. de libel. oblat. gl. verbi necessariò. in clem. sæpè. de verb. signif.* Item quod litiscontestatio fiat, *c. vnico. extra. de lite contest. & vt lite non contestat. per tot.* (ADDE, *Gail. lib. 1. obseruationum. 75. per totum.*) Item quod iuramentum calumniæ, si petitum sit, præstetur. *c. 1. de iuramento calum. lib. 6. l. 2. §. sed quia veremur. C. de Iureiur. propt. calum. dando.* Item quod sententia absolutoria, vel condemnatoria in scriptis proferatur, Adde, hæc sustantialia refert & *Vant. de nullit. ex defect. proc ess. nu. 16. subseqq.*) Dicitur verò hic ordo, ideo substantialis, quia *Ordo substantialis.*

eo

eo omisso iudicium omnino nullum est, nec
16. test remitti etiam consensu partium. *c. vnic. de lit. contest. l. properandum. C. de iud. clem sæpe. & ibi gl. vlt. de verb. signif.* quum respiciat publicam vtilitatem, cui propria authoritate quis renunciare non potest, *vt not. Dom. de Rota. decis. LXXXVIII. in no. Bart. in l. societatem. §. arbitrorum. ff. pro soc. Salic. in authen. offeratur. C. de lite contest. Panor. in c. dilecti. nu. 5.*
17. *ext. de iudic.* Quod tamen videtur procedere ad eum effectum, vt dictum iudicis vim habet sententiæ, possent enim partes à principio iudiciarium ordinem ex toto remittere vt not. *gl. verbi illustrium. in c. vlt. de sent. & re iud. lib. 6.* verum tunc dictum iudicis, non vim sententiæ sed pacti cuiusdam habebit, secundum *Panor. in c. de causis. nu. 8. de offic. iud. deleg. vide text. & ibi Dd. in l. si conuenerit ff. de re iud.* ADDE, *Marant. p. 2. principali. num 40. & seq.* vbi hanc communem dicit, & veram, quando partes volunt omittere huiusmodi ordinem in toto processu, secus si in aliquo actu tantum. Idem *part. 4. prin. dist 8. num fin.* C. Wintzler.

*Causæ in quibus ordo substantialis non per omnia obseruatur.*

SVNT causæ in quibus præscriptus ordo iuris non per omnia obseruatur, vt in electionibus, postulationibus, prouisionibus, dignitatibus, personalibus officijs, canonicatibus, præbendis; item in decimarum, matrimonij, & vsurarum causis, *clem. dispendiosam. de iudic.* in inquisitionibus hæreticorum, *c. statuta. de hæret. lib. 6.* in causis à Principe sic commissis, vt cognoscantur simpliciter de plano, & sinè strepitu & figura iudicij.
ADDITIO. non censetur tamen Princeps sic com-
19. mittere, etiamsi supplicationi, qua petitur causa simpliciter & de plano committi, subsignauerit, nisi expresse

expreſsè hoc in ſignatura. dixerit *Marãt. part. 4. p. indiſt. 9. n. 4. & 5.* nè videatur ſolennẽ iudiciorũ obſeruationem, multis vigilijs excogitatam, & inuentam, hoc vnico verbo velle euerti *l. ſi quando. in princ. C. de inoffic. teſt. c. eccleſia veſtra. 2. ext. de elect. c. cauſam quæ. vbi gl. verb. inſerenda. ext. de reſcript.* etiamſi generaliter poſuerit, fiat, vel conceſſum vt petitur. *Marant d. loc. num. 7. Veſt. in ſua praxi Roma. lib 3. cap. 2. num. 6. Sed Anibo Graual. in addit. ibid. nu. 20. & ſeq.* contra, niſi ex diſtinctione ſua ibidẽ, an ſupplicatio contineat mixtim quædam gratiæ & quædam iuſtitiæ, quod hæc & non illa conceſſa videantur, cum alijs concordare velis. Tollunt autem huiuſmodi verba, omnes ſolennitates iuris poſitiui. *Marant. ibid. num. 8. & ſeqq* plenius *Bart. in conſtit. ad reprimendum. gl. & alij in clem. ſæpe. de verb. ſignific.* vide *Mar.* latius *d. loc.* quæ plures cauſæ ſint ſummariæ, & in quibus ordo ſubſtantialis per omnia non ſeruetur, nec partes intentando proceſſum ordinariũ, cenſeantur ſummario renunciare, *Marant. ibi. à num. 87. & ſeqq.*

C. W. quandoquidem in his omnibus cauſis, nõ eſt neceſſarius libellus, ſed petitio ſaltem verbalis. *d. clem. diſpendioſam. & d. c. ſæpe. de verb. ſignific.* quam vide. Item in notorijs. *c. ad noſtram. 3. ext. de iureiur. c. manifeſta. & duob. ſeqq. 2. q. 1. vide c. veſtra. & c. tua. ext. de cohab. cler. & mul.* ADDE, *Gail. lib. 2. de pace pub. cap. 3. nu. 23.* vbi plura de notorijs. Item in cauſis pauperum & breuioris præiudicij *text. in c. nihil ext. de præſcript. Auth. niſi breuio. C. de ſent. ex breuic. recit.* vnde Theodoric. Archiep. Colonienſ. ordinauit in ſtatut. prouinc cauſas duodecim floren. & infra, ſummariè & de plano infra tres menſes, Supra duodecim floren. aur. ſed infra centum, infra medium annum, maiores vero infra annũ terminandas quod confirmatur per Statuta Roberti Archiep. quib' adde ordinationem principis Iuliæ ſub Tit. Ordnung der Gerichtſchreiber/ſed parũ in foro attenditur. C. Mäyler.

20.

21.

22.

PORRO iudiciarius ordo non ſubſtantialis, quem

quem iudex de æquitate iuris ſeruare debet [illegible] his, quæ inter iuramentum calumniæ & ſen[illegible]tiam diffinitiuam aguntur, conſiſtere videtur, ſecundum *Hoſtienſ. in ſumma, tit. de ſent. & re iud. §. qualiter proferri. verſic. ordo vero iudiciarius.* Eſtque

23. eiuſmodi, vt fiant poſitiones, & reſponſiones teſtium, & inſtrumentorũ productiones, publicationes, interloquutiones, renunciationes, concluſiones, allegationes. Si enim iudex hæc non obſeruet, videtur ſtricto iure valere ſententia, & lata potius contra ius litigatoris, quam contra ius commune, nam etſi nihil, vel ſemi plenè probatum ſit iudex tamen, ſi lis conteſtata eſt, & iuratũ

24. de calumnia, condemnare poteſt, ideoq; ex quo huiuſmodi ordo ſeruari conſueuit, ſi non ſeruetur appellari debet *l. 2. C. quãdo prouoc. non eſt neceſſ.* vt ecce, ſi iudex in ſententia dicat: per ea quæ vidi & audiui, vel quæ probata fuerũt corã me &c. talem condemno, rata quidem eſt ſententia, ſi tamen condemnatus appellet, allegans dictum ordinem iudiciarium non eſſe ſeruatum, vt quia nihil ſit cõfeſſus, nec ſit conuictus, vel quia non viderit teſtes iurare, aut ipſorum publicationem non habuerit vel ſimile, ſententia data irrita declarabitur, niſi victor ex aduerſo docuerit ſententiam ijs, & ſimilibus præcedentibus, pronun-

25. ciatam fuiſſe. Non enim præſumitur tunc pro ſententia, aut proceſſu, *c. quoniam contra. ext. de probat.* & ita intelligi poteſt, *c. per venerabilem. § videbitur. verſ. præterea. ext. qui filij ſunt legit.* vbi dicitur ſententiam fuiſſe caſſatam, & non caſſam declaratam, propter iudiciarium ordinẽ non ſeruatum Si verò tali ſententia condemnatus, non ideò ap-

pellet,

pellet, quod dicat ſententiam, iudiciario huiuſmodi ordine non ſeruato datam eſſe, ſed quod aliud quodcunq; grauamen ſibi per ſententiam illatum eſſe putet, ſi illud non probet, confirmabitur talis ſentẽtia, etiamſi huiuſmodi iudiciario ordine non obſeruato data ſit, nam cum appellando aſſerat ſententiam iniquitatem continere, *l. præfecti. ff. de minor. 25. an.* optimo iure, ſi nõ probet quod aſſeuerat, puta iniquitatem ſententiæ, & ita ſe iuſtè appellaſſe, rata manet prior ſententia. *l. qui ad ciuilia. C. de appellat. l. 1. §. 1. ff. ſi pendẽte appell. c. cum cauſam. ext. de appell.* Notandum quoque eſt, quod de iure canonum, quo admittuntur appellationes à quocumque grauamine ante ſententiam, videtur ſtatim eſſe appellandum ab omiſſione huiuſmodi ordinis, nec expectanda diffinitiua, alioqui videtur ſententiam prætextu omiſſi huiuſmodi ordinis non ſubſtantialis, reſcindi non poſſe *arg. c. gratum. c. inſinuãte. in fine ibi. niſi poſtquam familiaris eius eſt effectus, litigare conſenſerit corã illo &c. & c. ſuper quæſtionum §. verum & §. vlt. ext. de offic. iud. deleg. cum veniſſet. c. ſignificauerunt. ext. de teſtib. c. inter monaſterium. ext. de ſent. & re iud.* De iure autem ciuili non imputabitur, ſi non appelletur ante ſententiam, nſi in caſibus in quibus ante ſententiam appellare licet, *ſic Hoſtienſ. dict. verſic. Ordo vero Iudiciarius. In ſum. de ſent. & re iudicat.*

26.

27.

28.

Sunt autem termini ordinis iudiciarij in prima inſtantia coram iudice delegato obſeruari ſoliti decem.

Termi-

Termini

*Ad dicendum contra commissionem siue contra rescriptum.*
*Ad libellandum.*

*Ad respondendum libello & litem contestandum & iurandum de calumnia.*

*Ad articulandum.*

*Ad dicendum contra articulos.*
*Ad producendum omnia.*
*Ad dicendum contra producta.*
*Ad declarandum.*

*Ad dicendum contra declarata.*

*Ad concludendum & audiendum iudicis motiuum.*

Obseruantur iuxta stylum Romanæ Curiæ ad diem iuridicam.

*Primam, tam in causis beneficialibus, quam prophanis.*

*Primam in beneficialibus, in prophanis autem ad octauam.*
*Primam & hoc in prophanis tantum, In beneficialibus enim omisso hoc termino, datur terminus ad iurandū de calumnia ad primam.*
*Duodecimam in beneficialibus, in prophanis ad decimam quintam.*
*Secundam in beneficial. In prophanis ad octauam.*
*Secundam in benefic. In prophanis ad octauam.*
*Secundam in benefic. In prophanis ad octauam.*
*Primam in beneficial. In prophanis ad octauam.*
*Primam si declarationes dantur facto & in scriptis, secus si verbo tantum, cum repetitione actorū.*
*Ad placitum.*

## In secunda instantia.

OMNES præscripti termini obseruantur ad primam, excepto termino ad articulandum, qui obseruatur ad octauam.

In

## In tertia inſtantia.

IIdem termini obſeruantur, ad primam, excepto termino ad articulandum, qui obſeruatur ad ſextam.

Qvando autem vna ſententia abſolutoria lata pro reo, & duæ ſententiæ pro actore, tunc ſi cauſa appellationis committitur, ſeruantur termini in quarta inſtantia ſicut in tertia excepto termino ad articulandum qui obſeruatur ad ſecundam. Additio. Hi termini in ſacro Rotæ auditorio ſecundũ eius ſtylum obſeruari ſoliti ex ordine ferè recitantur per Vant. in Tract. de nullit. Tit. de null. ex defect. proceſſ. nu. 57. ſed in alijs cõſiſtorijs pro cuiuslibet ſtylo aliter ſeruantur. Vnde hi coram domino officiali Colonienſi vti ordinario in prima inſtantia communiter ſeruari ſolent, quos ſequens delineatio oſtendit. 29.

# Termini in Archiepiscopali Ecclesiastica Curia Colonienſi ſeruari ſoliti.

Termini

- Ad reſpondendum libello.
- Ad examinandū reſponſiones.
- Ad conteſtandum litem & iurandū de calumnia.
- Ad ponendum & articulandum.
- Ad contradicendum poſitionibus & articulis.
- Ad producendum omnia.
- Ad contradicendum productis.
- Ad concludendum.

Seruantur ad

- Secundam, Octo dies vel quindenam pro diſtantia loci vbi pars reamoratur.
- Secundam (niſi fuerint intricatæ & aduocatus fuerit abſens.)
- Secundam (vnico enim actu ſolent hi duo termini ſeruari vt infra ſub tit. de litisconteſt.)
- Secundam.
- Secundam.
- Secundam.
- Secundam.
- Placitum. de quo infra.

Sic olim ex ordinatiõe domini Roberti Archiepiſcopi Colonienſis, ſed hodie ferè ſeruantur ad primam, excepto termino ad producendum omnia, qui ex nouiſſima reformatione ſeruatur non ſtatim poſt terminũ contradicẽdi poſitionib⁹, ſed tandem poſt dicta teſtium aliaque iura producta & ſic realiter & cum effectu.

INSVPER

Digitized by Google

Insuper notandũ; non semper statim post exhibitionẽ libelli, procedi ad responsionem & litiscontestationem verũ sæpissimè ad longũ disputari, super legitimatione personarũ, competentia iurisdictionis, vt infra in hoc processu videre est, super impertinentia & inadmissibilitate libelli, cum is, vt plurimum articulatè exhiberi & post litem contestatam loco positionum & articulorũ repeti soleat, vt iamiam, & suo titulo 29 inf. monebimus; proinde alij atque alij obseruantur termini, quos vsus potius quam aliqua delineatio, docere poterit, cum quælibet causa in hoc ferè suum separatum habeat procedendi modum.

Quomodo autem hi quatuor termini ponendi & articulandi, contradicendi positionibus, & articulis; producendi omnia, & contradicendi productis, ad secundam, vel primam diem iuridicam seruari possint, praxeos Colonienſis experti forsan mirum videbitur; cum huiusmodi terminos substantiales vocitemus, quasi in eis substantia, ac basis totius iudicij pendeat, quare sciendum, hos terminos nudis verbis, & pro forma potius, quam realiter seruari: idque in terminis ponendi & articulandi ac contradicendi positionibus minus dubij habet; cum illorum essentia & forma per modũ articulati libelli proposita, examinata, & nunc loco positionum & articulorum quantum sufficit, repetita, ita quòd superfluum esset, nouas exhibere positiones, ad quas aduersarius respondeat, & articulos super quibus testes examinentur, cum iam ante ad articulos libelli responsum sit, eosque non confessatos loco articulorum super quibus &c. designare sufficiat.

Sed terminus producendi omnia &c. sæpè frustra statim post terminum dicendi contra articulos obseruatus, cum post nihilominus testes, iura, & documenta realiter produci debuerint, & potuerint, sub ea enim reseruatione & protestatione de producendo postea realiter, hic terminus verbotenus seruari solebat, quare consultius est hunc terminum post examinatos testes, & eorum dicta publicata realiter

potius, quam nudis verbis obſeruare, prout voluit nouiſsima reformatio, ſub hoc Reuerendiſsimo Domino Archiepiſcopo anno 1595. publicata *ſub titulo de procuratoribus* & in hoc recepta; Antiqua tamen praxis,& à multis retrò annis inueterata in ſtatutis prouincialibus ſub Roberto Archiepiſcopo Colonienſi cum dicta proteſtatione ad producendum eadem iura facto ſuis loco & tempore cõgruis, probata reperitur, & adhuc obſeruari poteſt, in caſu inf. Tit. XXXVIII. nu. fin. plura vide & inf. tit. 36. de hoc termino ad producend. omnia. Idem de termino ponendi, & articulandi, notandum, quod poſt huiuſmodi terminum verbotenus duntaxat obſeruatũ, nihilominus ad maiorem dilucidationem nouæ poſitiones & articuli proponi poſsint, etiamſi libellus per modum articulorũ fuerit formatus, quare quodlibet conſiſtorium in obſeruandis huiuſmodi & alijs terminis ſuum morem & ſtylum rectè ſequitur prout & author noſter in fine huius tit. monet.

In ſecunda & tertia inſtantia coram delegatis apoſtolicis præmiſſi termini ſemper ad ſecundam diem iuridicam ferè ſeruantur, ſi eò tamen deuentũ fuerit, ſæpe enim agitur ſuper ſub & obreptione reſcripti, deuolutione & remiſsione cauſæ reſpectiuè, ita vt ad litisconteſtationem, & vlteriorem proceſſum nõ perueniatur, aut vbi de deuolutione, & competentia conſtiterit, repetuntur non rarò viua voce termini ſubſtantiales in prima inſtantia obſeruati, ita quod aliter non reiterentur prout hæc omnia ſtylo magis, quam certa aliqua regula latius quis intelliget. Chriſtop. Winzler.

30. *Qui termini ſubſtantiales ſint.*

QVOD termini ad libellandum, litem conteſtandum & iurandum de calumnia ſubſtantiales ſint, ſatis dictum eſt ſupra; Et quod terminus ad dicendum contra commiſsionem ſiue reſcriptum, ſubſtantialis ſit, quoad iudicem delegatũ, probabitur infra ſuo loco. Cæterũ quod ad terminos, ad articulandum, ad producendum omnia

Digitized by Google

mnia & ad ſententiam audiendum, attinet, ſciendum eſt, hos tres terminos in cauſis beneficialib⁹ adeo ſubſtantiales eſſe, vt illis omiſsis, ſententia data ſit ipſo iure nulla, teſte *Egidio de Bellemere conclus. Rot. 27.* nec non *dominis de Rota deciſi. 806. in antiq.* qui idem obtinere volunt in cauſa prophana, vt ſcilicet ſententia per auditorem palatij omiſſo termino ad producendum omnia prolata, ſit nulla, reliqui autem termini in cauſis beneficialibus, non adeo ſunt ſubſtantiales, vt illis omiſsis ſententia data ſit nulla, ſed ita, vt ſi ob eorum omiſsionem fuerit appellatum, appellatio cenſeri debeat legitima, quũ ſtylus habeat, quod ſeruentur, quare ſi omittantur pars grauatur, *arg. c. indultum. ext. de reg. iur. in 6.* ſecundum *Bellem. vbi ſupra.* Item & alio reſpectu termini ad dicendum contra producta, ſunt ſubſtantiales ad effectum videlicet productionis validandum de iure, *arg. c. 2. ext. de teſtib.* & quoad effectum tollendæ exceptionis *c. paſtoralis. ext. de except.* Inſuper hoc loco annotandum eſt, prædictos terminos coram delegatis quidem iudicibus, tam in beneficialibus quam prophanis cauſis ad amuſsim ferè obſeruari, verum coram iudicibus ordinarijs rarò, vel nunquã in vniuerſum obſeruantur, nec mirum, quia tametſi ſtylus & conſuetudo Curiæ Romanæ pro lege ſit ſeruanda. *c. ex literis. de conſtit. c. licet. c. quam graui. de crim. falſi.* Hoc tamen verum eſt, dummodo canon vel ſumus Pontifex hoc mandet, conſuetudine contraria nõ obſtante. *c. nolite. & ibi gloſſ. c. vlt. 11. diſt. c. illud. 12. diſtinct.*

31.

32.

33.

34.

35.

ADDE, *Menning. Goed. in ſua proceſſ. Rub. 28. nu. 34.* qui ſtylus ſæpè variabilis, modo albus, modo niger. *Lancell. de attentat. part. 2. cap. 20. nu. 208.* Chriſtoph. Winſt.

alioqui nihil vetat, quo minus hæc vel illa Curia
36 vtatur ſuo ſtylo, atque more in obſeruandis huiuſmodi terminis, licet non per omnia morem Romanæ curiæ ſequatur, pro quo vide deciſionem *dominorum de Rota 20. in no. & Egidij de Bellemere 78.*

## De Iudicij partibus, eiuſque præparatione.

## TITVLVS VIII.

1. *Iudicij partes tres ſunt.*
2. *Primæ partis ſpecies quæ ſint.*
3. *Secunda parte quæ comprehendantur.*
4. *Tertia iudicij pars, quæ contineat.*
5. *Salutaris admonitio ad agere volentem.*
6. *Priusquam ad iudicium proſiliendum peritiorum ſententia exploranda.*
7. *Non eſt integrum reſilire à lite incœpta, aut ſoli inſtantiæ renunciare.*
8. *Euentus ſtultorum magiſter.*
9. *Deliberabit prius actor, an actionem negatam probare poſſit.*
10. *Cauebit ne decipiatur aduocatorum, vel teſtium fallaci promiſſione.*
11. *Debitorem in pecuniarijs prius interpellabit.*
12. *Ante interpellationem, non conſtituitur debitor ſine diei adiectione in mora.*
13. *Debitor non interpellatus poſt citationem offerens ſolutionem non grauatur expenſis.*
14. *Opponens ſe poſt citationem, licet poſt fateatur, condemnatur in expenſis.*
15. *Dies interpellat pro homine.*

PRO-

PROINDE ordinis iudiciarij tres ſunt partes authore *Barto. in l. 2. ff. de furt.* Prima dicitur diſpoſitiua ſiue præparatoria, & incipit à iudicij præparatione vſque ad litis conteſtationem excluſiue, in qua nullius dicitur egiſſe ſed agere voluiſſe. *l. amplius ff. rem rat. hab.* Et habet multos ſpecies, vt eſt iudicij pręparatio, competentis iudicis aditio, reſcripti exhibitio, citatio, ſeu in ius vocatio, cõtumaciæ punitio, cõparitio, exceptio, recuſatio, interrogatio, libelli oblatio, dilatio, reconuentio. Secunda pars dicitur deciſiua, & incipit, à litisconteſtatione vſq; ad ſententiã diffinitiuam excluſiuè, in qua pertractatur negotium principale hoc ordine. Primum fit litisconteſtatio, deinde iuramenti de calumnia præſtatio, poſitionũ ſiue articulorum exhibitio, articulorum confeſſio, probatio, ſiue teſtium productio, inſtrumentorum editio, & cauſæ concluſio. Tertia pars dicitur diffinitiua, & incipit à ſententiæ petitione, & prolatione vſq; ad eius exequutionem. In hac parte negotio principali finis imponitur; Ad hãc ſpectant ſententiæ petitio, & prolatio, & ſiquidẽ appellatum ſit, apoſtolorum petitio, & de apoſtolis reſponſio, & his confinia. Si verò non fuerit appellatum, vel appellatio deſerta ſit, fit expenſarum taxatio, & ſententiæ exequutio, de quibus ex ordine in ſequentibus.

1.
2.
3.
4.

Primo autẽ omniũ acturo, ſtudio eſſe debet, ne facilè ad litigandum procedat, neuè litem temerè cuiquam inferat, vel ob id maximè, etiamſi nullum alioqui hinc rerum ſuarum periculum, (quod ſæpius extremum obtigiſſe compertum habemus)

5. *De iudicij præparatione.*

habemus) esset subiturus, nè æternum animæ suæ damnum hinc sibi conscisçat, quare maturè con-
6. sulto opus est. *c. ponderet. 50. distinct.* & amicorum, peritiorumque exploranda sententia, atque deliberandum, an expediat agere *c. de inducijs. 3. q. 3. l. si auiam. C. de ingen. manumis.* litis enim euentus dubius est *l. quod debetur. ff. de pecul.* Adde quod illi integrum non sit, resilire postquam litem intule-
7. rit, *Auth. qui semel. C. quom. & quand. iudex.* imo etiá non audietur inuito aduersario, volens renunciare soli instantiæ cœptæ, nisi simul renunciet liti, seu causæ, & iuri sibi competenti, vt in *l. post quam liti. C. de pact. Panor. in c. dudum. 2. num. 17. ext. de elect.* quare consultè egerit actor si hęc ante præmeditetur, ne post vulneratam causam cogatur remedium quærere, vt ait Imp. *in l. vlt. C. in quib. caus. in*
8. *integ. rest. non est necess.* neue euentu, stultorum magistro, discat ea quæ malo sunt inchoata principio, vix fœliciorem sortiri exitum. Proinde videat, cum negari possit, quod intendit *c. sciant. 2. q. 8. l. 2. ff. de probat.* Sciturus paria esse, non esse, & non apparere *l. in lege. ff. de contrah. empt.* etiamsi
9. maxime verum sit, quod intendit, non quod ius deficiat, sed probatio *l. duo sunt Titij. ff. de testa. tut. facit. c. plerumq;. 2. q. 7. gl. octo dierum. in c. 1. de except. lib. 6.* Et quod actore non probante, reus etsi nihil præstiterit, absoluitur. *c. vlt. 6. q. 5. c. vlt. §. sane. ext. de iureiur. c. vt nostrum. §. 1. ext. vt eccles. benef. sine dim. conf. l. qui accusare. C. de edend.* vnde præparet etiam testes & aduocatos, cum quibus de actione con-
10. sultet, *d. c. de inducijs. 3. q. 3.* & caueat, ne decipiatur testium vel aduocatorum fallaci promissione. *c. paululum. 2. q. 3.* Meminerit quoque, vt si litem su-

per

per pecuniarijs causis, super fundo, vel seruitute instituere paret, siquidem aduersarium sine diei adiectione obligatum habet, priusipsum præ- 11.
moneat, quam eum in ius vocet, alioqui ad interesse aduersario, si secus fecerit, tenebitur, teste *Panor. in c. licet heli. nu. 13. de symon.* Quum ante huius- 12.
modi interpellationem non constituatur debitor in mora. *l. mora. ff. de vsur. l. legati causa. ff. de verb. oblig. not. in l. debitores. C. de pignor. gl verbi reus. in l. fideiussor obligari. §. vlt. ff de fideiuss. gl. testato. in l. qui Romæ. §. cohæredes. ff. de verb. obligat.* Quinimo si debitor, 13.
qui prius non fuerat extra iudicium interpellatus, citatus compareat, statimque audita actoris petitione, dicat se velle soluere & non cõtendere, nullo modo expensas soluere tenebitur, *Panor. vbi super. Guilh. de Cuneo in l. omnes. C. de Epist. & Cler. & in l. edita. C. de Edend. & ibi Salyc. Bald. in auth. quĩ propriam. C. de non num. pecunia & in l. non ignorat. nu. 3. C. de fruct. & lit. expens. Anth. de But. in c. 1. ext. de libelli oblat. & in c. nouit. & ibi Panor. & Felin. ferè in fine ext. de iudic. Io. Fab. Angel. Aret. vers. & aduertas & Ias. num. 44. in §. sic itaque, Inst. de actio. Idem infra tit. 21. num. 35.* Quod verum putauerim, nisi facto sibi 14.
præcepto, per literas iudicis de soluendo, mandato se opponat, tunc enim licet cõparens actoris petitioni consentiat, vel debitum confiteatur, nihilominus condemnabitur in expensas, vt in quibusdam locis fit. Porro si dies solutioni, vel obligationi adiecta sit, tunc ex quo dies interpel- 15.
lat pro homine, si reus absque aliqua interpellatione, in ius vocatus fuerit, vna cum sorte etiam expensas citationis, & actoris interesse, exsoluet, *c. potuit. ext. de locat. l. magnam. C. de contrab. & commit. stipul.*

*stipul. Panormit. d. c. licet heli, & d. c. nouit. numer. fin.*

# De competente Iudice.

## TITVLVS IX.

1. *Actor adire debet iudicem rei.*
2. *Vbi reus domicilium habet, dicitur iudex competens.*
3. *Iudex domicilij, dicitur solus habere veram iurisdictionem, reliqui iudices per accidens.*
4. *Iudex domicilij ordinarius, & generalis ad omnia.*
5. *Secularis secularium, ecclesiasticus ecclesiasticorum causas cognoscit.*
6. *Causæ hic enumeratæ, etiam inter laicos coram iudice ecclesiastico tractari debent.*
7. *Causa dotis, & testamentaria ad quod tribunal pertineant.*
8. *Si in causa ecclesiastica adeatur secularis, processus non valet.*
9. *Reus vagabundus vbique conueniri potest.*
10. *Arrestum de consuetudine facit sortiri forum.*
11. *Arrestum de iure dici potest, realis Citatio, aut personæ sequestratio.*
12. *Iudex originis, est iudex competens, si reus alibi domicilium non foueat.*
13. *Inuentus in loco originis, etsi alibi domicilium foueat, ibidem conueniri potest.*
14. *Natus ex Campano Campanus dicitur.*
15. *Tranferens alio sedes, domicilium originis retinet.*
16. *De consuetudine aliter seruatur.*
17. *Mulier cõtracto matrimonio, efficitur de foro mariti*
18. *Mulier caput, & finis suæ familiæ. Soror vnde appelletur.*

19. Sub

19. *Sub cuius iurisdictione quis contraxit, coram eo, super contractu conuenirí potest.*
20. *Quis hic dicatur contractus, quoad hoc.*
21. *Renuncians, in loco renunciationis ad obseruandum compelli potest.*
22. *Quando cõtrahens in loco cõtractus cõueniri valeat.*
23. *Aduena non conuenitur in loco contractus, nisi actor ignorauerit eum esse aduenam.*
24. *Aduocatus potest in loco contractus pro suo salario conuenire aduenam.*
25. *Leodienses & alij suffraganeorum subditi, ad sedem metropoliticam Colonienſem, pro salario aduocati & procuratoris vocantur.*
26. *Aduena conuenitur in loco contractus, si ibi perficiendus, aut precium numerandum.*
27. *In loco contractus non conuenitur quis, si in alio loco ad effectum deducendus.*
28. *Contractus, regulatur secundum formã loci, in quo celebratus.*
29. *An subijciens se quorumcunque iurisdictioni, vbique possit conueniri.*
30. *Clerici nullo modo possunt in iudicem secularem consentire, & an idem in minoribus ordinibus constituto.*
31. *Clericus potest prorogare iurisdictionem iudicis non sui, sed de consensu sui Episcopi.*
32. *Laicus potest alterius iurisdictionem, irrequisito suo iudice, prorogare.*
33. *Clausula quotidiana, qua quis se subijcit omnium iurisdictioni.*
34. *Quotidiana plenius tractanda.*
35. *Communis, & Goueani intellectus, ad l. si conuenerit. ff. de iurisd.*
36. *Iuramentum excludit pœnitentiam.*

37. Pro-

37. *Prorogatio, siue pactum de prorogando, coram iudice factum, non potest reuocari.*
38. *Zasius arguit notarios imperitiæ.*
39. *De consuetudine in vim pacti, quis coram quocunque conueniri potest.*
40. *Potest quis vbicunque locorum conueniri, si promiserit ibi soluere.*
41. *Idem si promiserit respondere.*
42. *Intellectus Alciat. Corras. Couar. ad l. si conuenerit.*
43. *Intellectus aliorum ad eandem l.*
44. *Intellectus communis, ad l. si quis in conscribendo. C. de pact.*
45. *In varietate opinionum præstat sequi praxin.*
46. *Contra legitimè citatum, in loco contractus, proceditur in contumaciam.*
47. *Iudex contractus habet iurisdictionem in contrahentem in loco inuentum, sicut alius competens.*
48. *An iudex contractus, possit contrahentem in alieno territorio citare.*
49. *Citatio neque verbalis, neque realis in alieno territorio fieri potest.*
50. *Præses citat in omnibus ciuitatibus.*
51. *Vbi sunt distincti magistratus, non potest vnus in alterius territorio citare.*
52. *Argumentum à respectiuis efficax.*
53. *Requisitio fiet apud alium iudicem.*
54. *Ratio differentiæ inter delegationem, & citationem.*
55. *In contractu reali remissioni locus non est.*
56. *Tres modi citandi existentem in alieno territorio ex Gailio.*
57. *Delinquens in loco delicti, sortitur forum.*
58. *Iudex delicti, quomodo absente reo procedere possit.*
59. *In crimine atroci, habet locum remissio.*

60. De

60. De consuetudine non fit remissio, nisi de gratia.
61. Hæreticus vbique delinquit.
62. Laicus laici, clericus clerici forum ratione cõtractus, & delicti sortitur.
63. Secularis iudex tenetur clericum captum remittere ad iudicem ecclesiasticum.
64. Repertus absq; habitu, an remittendus.
65. Clericus etiam damnatus, debet suo tradi iudici.
66. Exceptio reddens iudicium retrò nullum.
67. Quatuordecim casus, in quibus secularis cognoscit in causa clerici, remissiuè.
68. Ecclesiasticus iudex, non habet iurisdictionẽ in laicũ.
69. Sentẽtia excõmunicationis iniusta, quãdo timenda.
70. In cuius iurisdictione res sita, est iudex competens.
71. Actione reali agitur contra possessorem.
72. Actio personalis, licet ad rem, non intentatur eo loci vbi res est.
73. Differentia ratio inter dictionem realem, & personalem.
74. Pro re mobili agitur in rem, eo loci, vbi res est, si ibi permansura.
75. Res non dicitur ibi esse, vbi non est permansura.
76. Ducens equum per ciuitatem, non potest ibi actione reali conueniri.
77. Sententia Azonis secundum Sichard. æquissima.
78. In quo loco, Clericus ratione sacerdotij cõueniendus.
79. Pro optione actoris, possessor in loco domicilij vel rei sitæ conuenitur.
80. In loco rei sitæ, non aliter conuenitur, quam si ibidẽ inueniatur.
81. Iudex priuilegij quis sit.
82. Quilibet priuilegiatus conuenitur coram suo iudice.
83. Conueniens clericum coram seculari, causam perdit.

84. Cleri-

84. *Clericus vltrò litigans coram seculari, in ciuili cãusam perdit, in criminali deponitur.*
85. *Quod momentum consistat in eo, an quis per sententiam, vel ipso iure causam perdat.*
86. *Clericus coram seculari litigans, per sententiam causam perdit secund. communem.*
87. *Verba futuri temporis requirunt sententiam, nisi adijciatur aliqua dictio priuatiua.*
88. *Constitutio pœnã irrogans per verba præteriti temporis, intelligitur ipso iure.*
89. *Sententia declaratoria opus est, etiam vbi ipso iure pœna irrogatur.*
90. *Laicus non potest esse arbiter in causis spiritualibus clericorum.*
91. *Episcopus non potest causam spiritualem, vel criminalem clerici laico committere.*
92. *Papa potest laico committere facultatem excommunicandi, non Episcopus.*
93. *Vtrum secularis in quibusdam causis ciuilibus, vel criminalibus clericorum, possit cognoscere, et remissiue.*
94. *Rector vniuersitatis, est ordinarius suppositorum.*
95. *Obligatus suppositio, potest conuenirí coram conseruatore priuilegiorum Louanij.*
96. *Priuilegium vniuersitatis Louanienſis.*
97. *Suppositia possunt suos aduersarios coram conseruatore in ius trahere.*
98. *Suppositia non possunt, sub prætextu quarumcunque literarum, in prima instantia euocari.*

1. EIVSMODI igitur matura præmeditatione, deliberationeque vsus actor, si litem inferendam esse putauerit, iudicem aduersarij adeat, oportet, *l iuris ordinem. l. in criminali.* C. *de iurisd. om. iud. c.*

*iud.c.si clericus.c.cum sit generale.ext.de foro compet. arg.l.1.& per tot.C si à non compet.iud.* Et hic generaliter, vel est iudex domicilij, vel originis vel contractus, vel delicti, vel rei sitæ, vel etiam iudex ratione priuilegij.

PRINCIPIO iudex rei dicitur iudex loci, in quo reus domicilium habet. *l.hæres.§.proinde.ff.de iudic.c.dilecti.c.vltimo.ext.de foro compet.c.vbicunq;.§. quia ergo.13.q.2.* Nam solus veram iurisdictionem habet, in eos, qui territorium inhabitant, & in eo domicilium constituerunt, cum tamen interim iudex contractus, & delicti, per accidens solum, iurisdictionem habere dicantur. *gl.verbi subditos. in clem.1.de for.compet.Panorm.in c.proposuisti.1.notab. ext.eod.tit.& in c.dilectus.2.nu.5.ext.de rescript.* Atq; hinc est, quod iudex domicilij proprius ordinarius, & generalis sit ad omnia, secundum. *Anth. de But.c.vlt.num.16. & seq. ext. de for. compet. Ioan. Calder.in c.1.de rapt.* ADDE, *Imoc. in c.2.num. 2. ext. de dilat.* vnde huic quis subditus dicitur, & coram alijs solummodo sortiri forum, inter quæ est magnum discrimen. *Gail lib.2.obser.36.nu.15.* Christ. Wintzler. Adeo, vt de suorum subiectorum contractibus etiam alibi initis, delictis etiam alibi cõmissis, & etiam re alibi constituta cognoscere possit, *vt not. in c.dilecti. in c.cum contingat.ext.de for.compet.in l.vlt. C.vbi in rem act.* Hac tamen distinctione, vt scilicet iudex secularis, causas siue ciuiles, siue criminales laicorum ad suum forum spectantes, solũ pertractet. Ecclesiasticus verò clericorum. *c.decernimus.c.qualiter & quando. ext. de iudic.* & similiter eas, quæ ad forum ecclesiæ pertinent. Nam

2. De iudice domicilij.

3.

4.

5.

etiam

etiam hæ, licet inter laicos agitentur, tamen corã
6. iudice eccleſiaſtico domicilij tractari debent, vt eſt, cauſa ſacrilegij, vſurarum, hæreſis, ſymoniæ, periurij, & adulterij, vide *gl. vlt. in c. cum ſit generale. ext. de for. compet.* ADDE, *Guid. Pap. quæſt.* 178. qui dicit periurium, ſacrilegium, adulterium eſſe crimina cõmunia, & poſſe etiam coram laico tractari. ☞ Item violatæ pacis, *c. nouit. §. vltimo. ext. de iudicijs.* Item excommunicationis. *c. multi. 2. quæſt. 1.* Item cauſa matrimonialis, ſiue petitoria ſit, ſiue poſſeſſoria. *c. cauſam matrimonij. ext. de offic. iud. deleg. c. 1. ext. de conſang. & affinit.* Item cauſa decimarũ, *c. tua nos. de decimis.* Item cauſa natiuitatis, *c. lator. & cauſam ext. qui fil. ſint leg.* Item cauſa iuriſpatronatus, & omnium ſpiritualiũ, & ſpecialibus annexorum *c. decernimus. c. quamò. ext. de iudic.* & aliæ enumeratæ per *gl. 2. in c. licet ex ſuſcepto. de for. comp.* Adde
7. de cõſuetudine cauſam dotis, & causã teſtamentariam. Nam vbi de viribus conſtitutæ dotis, vel teſtamentorũ diſceptatur, eius cognitio de vſu, ſtylo & conſuetudine ciuitatis & diocæſis tam Cameracenſis, quam Leodienſis, ſolum & principaliter ad tribunal eccleſiaſticũ pertinet, licet conſuetudo alibi aliter ferat. ADDE, prout in Gallia, vbi ex decreto curiæ Pariſienſis, cauſa dotis non niſi incidenter, coram iudice eccleſiaſtico tractari debet, quod & iuri conſentaneũ putat Coſtalius *l. 1. ff. de iure dotium.* & fuſius probat *Lupus in c. per veſtras. notab. 2. nu. fin. ext. de donat.* videlicet iudicem eccleſiaſticum non poſſe oppoſita exceptione in competentiæ inter Laicos principaliter de dote cognoſcere, Doctores tamen communiter cauſam dotis, ſaltẽ eo caſu, quo vidua ſoluto matrimonio eam repetit, mixti fori eſſe exiſtimant, vt videre eſt apud *Bald. Nouel. in tract. de dote part. 9. ſpecial. 16. Steph. Auffrer. in Tract. de poteſt eccleſ. ſuper laic. limit. 27.* quare cuiuslibet fori con-

consuetudo defendi potest. Christoph. Mintzer. 8.
His itaque causis actor aduersarij iudicem ecclesiasticum adire debet, & si secus egerit, processus erit nullus, tanquam ab incompetente iudice factus. *c. at si clerici. ext. de iudic.* Sed quid si reus, 9.
nusquam domicilium constituerit, sed quouis terrarum vagetur, quæritur, quo loco conueniri debeat? & dicendum breuiter, talem, vbicunque locorum inueniatur, tam ciuiliter, quam criminaliter, impeti posse, vt notatur in *l. 1. & 2. C. vbi de crim. agi. oport. in l. 4. §. prætor. ff. de damno infect. not. Spec. tit. de compet. iud. adeund. §. 1. versic. sed quid si debitor vagatur. & ibi Io. And. & Bald. in addit.*
His accedit harum regionum notoria, & annis 10.
iam multis inueterata cõsuetudo de qua A D DE, plenius ex tractatu Peckij *de iure sisteudi & Gail. lib. 2. obs. 44. num 10. & in tract. de pignorat. obs. 1. num. 6.* C. W. qua creditor suũ debitorem, etiam de fuga non suspectum, nec etiam vagabundum, sed alibi domicilium habentem, quouis locorum inuentum arrestari procurare potest, vt ibi se iudicio sistere teneatur. Et nota hanc arrestationem, (vt vocant) dici posse violentam, siue realẽ citationem, 11.
quæ etiam iure communi interdum fit, in causa ciuili per loci ordinarium. *§. si verò etiam quidam. in Auth. de exhibend. & introducẽd. reis col. 5. & in l. consentaneum. C. quom. & quand. iud.* à quauis tum demum liberatur, si id, quod iuris ratio exigit, impleuerit, *vt d. l. consentaneum.* Dici quoque potest, quædam personæ sequestratio, de qua inter alias rerum sequestrationes tractat Salic. *in l. vnica. C. de prohib. sequest. pec. col. pen.* à qua etiam interdum inchoari potest, vt ibi notant Dd.

*De iudice originis.*

IVDEX quoq; rei dicitur, iudex originis propriæ, vel paternæ ipsius rei, *l. ciues. C. de incolis. lib. 10. l. assumptio. §. filius. ff. ad municipal.* Sed hoc ita communiter verum est, si alibi domicilium non habeat, nam alias domiciliũ eius sequi oportet, *per not. gl. verb. vnam dictam. in c. statutum. §. 1. de rescript. lib. 6. Hostien. in summa tit. de for. compet. §. 1. num. 6.* ADDE, *Gail. lib. 2. obs. 36. num. 6.* quod intelligo nisi in loco originis propriæ, vel paternæ inueniatur, quia tunc ibidem conueniri potest. *Bart. d. l. assumptio. §. filius. num. 2.* Ratio, quod ex me Rechlinghausensi, matre verò extranea natus, dicatur Rechlinghausensis municeps, & ciuis, prout de nato ex patre Campano exẽpli loco adfert I. Ctus *in l. 1. ff. ad municip. de incol.* sed vltra originẽ paternam nõ extenditur ne deueniamus ad agrum Damascenum, in quo formatus est Adam, *Hostien. d. §. 1. nu. 6.* eodem modo, quantũ ad honores, & munera personalia, retinet quis domicilium originis propriæ, & paternæ, etiamsi aliò sedes suas perpetuò transtulerit *Bart. d. §. filius. Gail. lib. 2. obs. 36. nu. 5.* ex quo huiusmodi domicilium naturale, ac proinde inmutabile *d. l. assumptio. in princip. & ibi Bart. l. origine. C. de munic. & orig. lib. 10.* patrimonialia verò onera non sustinet, nisi ibi possessionẽ habeat, *Bart. d. §. filius.* sed de cõsuetudine vbique, & prẽsertim in Germania recepta, ciuis originarius renuncians ciuitati, & domiciliũ aliò transferẽs ciuis esse desinit, non solum quoad munera verumetiam quoad iurisdictionem, teste *Gail. lib. 2. d. obs. 36. nu. 7.* nisi specialis consuetudo alibi aliter ferat, cũ in hoc quælibet ferè ciuitas separatum habeat morem qui proinde diligenter inspiciendus. Mulier quoque, de iure communi statim contracto matrimonio, perdit domicilium originis, & efficitur de foro mariti, *l. cum quædam puella. ff. de iurisd. in iud. & ibi gl. Bart. Bald. & Dd. communiter.* Adeò, vt Zasius existimet *lib. 2. sing. intellect. ad l. cum quædam.* mulierem citationem præuentam, nihilominus eximi à iurisdictione originarij, nisi lis contestata, vel sententia prolata esset,

12. 13. 14. 15. 16. 17.

iuxta

iuxta ſuum intellectum *ad d.l. cum quedam.* quare mulier ſuæ familiæ,& caput, & finis rectè à I.Cto appel latur in *l.pronunciatio.*195 *in fin.ff.de verb.ſignific.* quemadmodum ſoror,quaſi ſeorſum naſcatur, ſepareturque ab ea domo, in qua nata, & in aliam familiam tranſgrediatur, ex ſentẽtia Labeonis; frater verò quaſi ferè alter ex ſententia P. Nigidij referento *Gellio lib.*13. *Noctium Atticarum cap.*10. Chr. Wintzler. 18.

Dicitvr etiam rei iudex, in cuius iuriſdictione reus contraxit,vel promiſit. Nam coram eo, ſuper contractu conueniri poteſt,*c. dilecti. c. vlt.ext. de for.compet.l.hæres abſens.ff.de iudic.auth.qua in prouincia C.vbi de crim.agi oport.l.vnica C.vbi conuen. qui cert.loc.dar.promiſer.* Contractum vero hic accipe,non ſolum pro vltro, citroque obligatorio *l. Labeo.de verb ſignific.* ſiue ſit bonę fidei, ſiue ſtricti iuris, nominatus, aut innominatus, re,verbis,aut literis, ſed etiam pro quaſi contractu,& qualibet adminiſtratione,veluti tutelæ,vel curę,Item pro trãſactionibus, donationibus & generaliter pro omni pacto, ſiue vtrinque ſiue ex altera tantum parte obligatorio, ſiue pro alio quolibet facto, ex quo obligatio oritur, omnia enim eo nomine contractus veniunt *d.l.hæres abſens.§.1.l.omnem. ff.de iudic.l.contractus.C.de fide inſtrum.* et hoc ſiue ſuper rebus ſpiritualibus ſint, ſiue temporalibus. Ergo qui renunciationem in aliquo loco fecit, ſi ſeruare nolit,cogi poteſt ad obſeruationem in loco,vbi renũciauit, aut obligationem diſſoluit, pro quo adeunda eſt *gl. in auth. ſacramenta puberũ. C.ſi aduerſ.vendit gl.Bald.in l.8.§.contrarium ff.de contrar.iud.tut. Dd.in l.ab emptione. ff.de pact.* Conenitur autem quis,ratione contractus ſecundum in- 19. *De iudice contractus.* 20. 21.

22. terpretationem *d.l.hæres abſens.§.proinde.* qui ... contrahens habet in loco contractus officin... pergulam, armarium, tabernam, horreum, aut quippiam ſimile, alioqui ſi ſic venit, vt confe... diſcedat, & quaſi viator, & aduena ibi contraxit,

23. non cogitur ſe eo loci defendere, ſed oportet
" domiciliũ eius ſequi. Duriſsimum eſt enim (in-
" quit Vlpiã.) quotquot locis quis nauigat, vel iter
" faciens delatus eſt, tot locis ſe defendere. Quod tamen moderare, niſi is, qui ab eo quid comparauit, vel ei vendidit, ignorauerit eum aduenam, vel viatorem eſſe, vel eum inde confeſtim profecturum, quod præſumendum eſt, ſi ibi vt alius quiuis ciuium incedebat, *Bart. in d. §. proinde. Anth. de But. Panormit. & Dd. in c. vltimo de foro competent.*

24. ADDITIO. Aduocatus tamen forẽſem in loco iudicij, pro ſuo ſalario conuenire poterit, etiamſi ſciuerit illum eſſe forenſem, & aduenam, veriſimiliter enim videtur actum, vt ibi ſolutio præſtetur, nec velit aduocatus, ſeu procurator inſequi clientulum ad domicilium ſuum, cum quandoque poſſet eſſe maior expenſa itineris, quam ſit debitum *arg. §. quid enim erit durius, Anth. vt in obed. indic. col. 5. & l. mediterraneæ* C. *de anno. & tribus. lib. 10. Panor. d. c. vlt. nu. 33. fac. Peck. de iure ſiſtend. cap. 2. nu. 6.* quod verum intelligo, quando ibi inuenitur, ſecus ſi nõ inueniatur propter *text. in c. romana. §. nec etiam ext. de for. compet. in 6.* Sed in curia Archie-

25. piſcopali Colonienſi, Officialis Leodiẽſis, qui eidem tanquam Metropolitico ſubſunt, *text. in c. ſicut tuis lite-* ... *ext. de Simon.* alioſque ſubditos ſuorum ſuffraganeorum, in quos de iure communi nullam iuriſdictionem, niſi per viam appellationis, etiam in cauſis ſalarij habet, per *text. in d. c. romana §. neque. §. porrò. ext de foro compet. in 6.* niſi ſimul & legatus natus eſſet, quo caſu, & in cauſis querelæ & primæ inſtantiæ adiri poſſet, *c. 1. de offic. legat. c. 1. eod. tit. in 6.* qualis eſt Archiepiſcop' Colonienſis teſte Alciato *in ſua prax. in tit. vbi agit de tri-*

*plicib.*

*plicib. legat.* quod ius legationis ceſſat, quando legatus Pontificis in iſtis partibus eſt præſens, prout hoc aliquando in terminis dubitatum & ex commiſsione deſuper à Summo Pontifice data deciſum, nemini de conſuetudine, quæ iuriſdictionem tribuit *d. §. neque & §. porro. c. dilecti filij. ext de arbit. l.* 1. *& vlt. C. de emãcip. lib. Gail. lib.* 1. *obſ.* 1 *nu.* 18. ſuper ſalarijs aduocatorum & procuratorum in cauſis, quæ ibidem ventilatæ, ſicut alios quoſcunque ſuos ſubditos in prima inſtãtia querelantibus reſpõdere vi iuris cõpellit. Sic & aduocati & procuratores in Camera Imp. poſſunt pro deſeruito ſalario ſuos clientulos eò vocare *Gail. lib.* 1. *obſ.* 44. *nu.* 5. *& ſeq. lib.* 1. *obſ.* 44. *num.* 5. *& ſeq.* C. 2B. Moderare ſecundo niſi ex contra hẽtis præſumpta voluntate vel contractus natura, vel denique communi loci obſeruantia ſtatim fuiſſet numerãdum precium vel contractus perficiendus, vt 26.
ecce ſi emero à viatore equum vel numerauero ilico precium, videtur tacitè actũ, vt ſtatim quoque tradat equum. Similiter ſi emero in nundinis aliquod vlnas panni, vel aliud quippiam non magni precij, ex conſuetudine tacitè actum videtur, vt ſtatim numerari debeat precium. His itaq; & ſimilibus caſibus, poteſt aduena, vel viator cõfeſtim inde profecturus, in loco contractus conueniri, & ipſe quaſi ſuſpectus, & fugitiuus, vel res eius arreſtari. *Paul. de Caſt. in d. §. ſi quis tutelam. & §. proinde. in fin.* Ad hæc non conuenitur quis, in 27.
loco contractus initi, ſi alio in loco, cõtractus ex conuentione ad effectum perducendus ſit, vel ſi alibi facienda ſit ſolutio, tunc enim contractus quidem ex conſuetudinibus, & ſtatutis loci contractus initi interpretationem, formam vel efficaciam accipit. *arg. l. ſi. fundus. ff. de euict. Bart. in l. cunctos populos. inp. quæſt. C. de ſum. trin. & fide cath.* 28.

ADDE, *Gail. lib. 2. obſer. 8. num. 5. & 6.* ſed non efficit, vt ibi conueniri poſsit, debet enim in loco vbi contractus adimplendus eſt, vel facienda ſolutio conueniri, *c. dilecti. ext. de foro compet. l. contraxiſſe. ff. de action. & obligat. l. vnica. ibi gl. C. vbi conuen. qui certo loc. dar. promis. Panor in c. vlt. num. 30. de foro compet.* quem vide, vnde hi in inſtrumento debiti eſſent aſſcripta verba, Titius promiſit ſe Louanij ſoluturum, Louanij conueniri debebit, vel etiam in loco domicilij. *not. l. 1. ff. quod certo loc. in d. l. vnica. C. vbi conuen. qui cert. loc. & in l. eum qui inſulam. ff. de iudic. in d. c. dilecti.* Quocirca quæ-

29. ritur, quid ſi ita ſcriptũ ſit Titius confeſſus, ſe debere Sempronio ſummã quadraginta ſolidorũ ex mutuo, promiſit ſe eandem pecuniæ ſummã eidem ad feſta Penthecoſtalia proxima, ſub poena excommunicationis Louanij exoluturũ ſubmittens ſe, & ſuos hæredes, ac bona iuriſdictioni ac coerctioni, compulſioni, & mero examini quorumcunque iudicum &c. conſtituens procuratores tales, ad præmiſſa in iudicio & extra recognoſcendum, & ſuo nomine confitendum, pœnas, ſententias, & cenſuras ſubeundum, nec non in literarum quarumcunq; expeditionem conſentiendum, propterea comparendum coram quibuſcunque poterit nè hic, qui huiuſmodi confeſsionem, & iudicis prorogationem fecit, coram quocunque iudice conueniri? & quidem

30. quod attinet ad clericum qui in ſacris, etiam minoribus ordinibus conſtitutus eſt, vel beneficium habet, extra controuerſiam eſt, quod quemadmodum nullo pacto in iudicem ſecularem conſentire, ita nec ex eiuſmodi ſuo conſenſu, co-

ram

ram eo conueniri posſit *c. ſi diligenti. de for compet.* ADDE, *Couar. pract. quæſt. cap. 81. nu. 5. & 6. cap. 32. in prin. Marant. part. 4. princip. diſt. 11. nu. 3. 4. & ſeq.* ſed hodie minoribus ordinibus initiati, non aliter gaudent priuilegio fori, quam ſi beneficium habeant, aut clericalem habitum & tonſuram deferentes alicui de mandato Epiſcopi inſeruiant, aut in vniuerſitate & ſcholis de licentia Epiſcopi quaſi in via ad maiores ordines ſuſcipiendos verſentur, idque ex Concil. Trident. *ſeſſ. 23. cap. 6. reform.* de quo *Menoch. lib. 6. præſumpt. 76. nu. 38.* C. 30. At quia in iudicem non ſuum eccleſiaſticum, ita demum conſentire poteſt, ſi Epiſcopi domicilij voluntas acceſſerit, *c. ſignificaſti. ext. de for. compet. & ibi Dd.* Ideò ſi ea interceſſerit, poterit clericus ex eiuſmodi ſuo conſenſu coram non ſuo iudice eccleſiaſtico conueniri, modò alias ordinariæ iurisdictioni præſit, non ſi delegatæ *c. p. & g. ext. de offic. deleg.* Quoad ad laicum verò attinet, quoniam is in re temporali, iudicis non ſui, etiam eccleſiaſtici, iurisdictionem, irrequiſito proprij iudicis conſenſu, prorogare poteſt *l. 1. & 2. ff. de iudic. l. 1. C. de iurid. om. iudic. l. epiſcopale. C. de epiſc. audient. & d. c. ſignificaſti.* Idcirco poterit quoque iuxta conuentionem, coram quolibet iudice etiam eccleſiaſtico, ordinario tamen, conueniri. ADDITIO, Quia hæc clauſula, qua quis enumeratis aliquot locis iurisdictioni cuiuslibet iudicis ſese ſubijcit, & conuenit, quod vbicunque locorum inueniatur, conueniri valeat, quotidiana & plurimum vſitata teſte Za. & Mynſing. *in verſic. plus autem. hoc, in fin. illo, nu. 7. Inſtit. de actio.* ipſaque experientia rerum, vt dicitur magiſtra *c. ſtatutum. in princ. de reſcript. in 6. c. quam ſit. de elect. eod. lib.* placuit eam, iuxta doctrinam I. Cti *in l. legaui 25. in princ. ff. de liberat. legat.* eius intuitu plenius tractare, idque eò magis, quod aliter praxis, & vſus videa-

30. 31. 32. 33. 34.

tur obſeruare, quam ipſa iuris diſpoſitio, & communis doctorum ſchola diffinierit text. enim *in l. ſi conuenerit. ff. de Iuriſdicti. om. Iud.* oſtendit neminem compellendum ſtare conventioni, qua placuit, vt alius prętor, quam cuius iuriſdictio eſſet, ius diceret, quin priuſquam adiretur, voluntas mutari poſsit, quare in vim huiuſmodi clauſulæ, & pacti, nemo coram non
35. ſuo iudice, vſque adeo efficaciter conveniri valet, vt ante litem conteſtatam iudicium declinare nō poſſit ſecundum communem Doctorum intellectum in *d. l. ſi conuenerit.* cum hoc pactum de competentibus tantummodò intelligatur, atque ita in Camera Impe-
36. riali iudicatum atteſtatur Mynſing. *Cent. 1. obſ.* 88. niſi iuramēto eſſet vallatum, tunc enim ob iuriſiurandi religionē, pœnitentia nullatenus admittitur prout habet communis Dd. opinio, quam vt veriorem firmat *Couar. in c. quamuis part. 1. relect. §. 4. num. 12. ext. de pact. in 6. Coſtal. in d. l. ſi conuenerit, And. Fachine. libr. 1. controuerſ. Iur. cap.* 61. quemadmodum ſi coram ipſo iu-
37. dice, ſive in iudicio, hujuſmodi prorogatio, ſive pactum factum eſſet, *l. 1. ff. de Iudic. l. 1. C. de Iuriſd. om. Iudic. Paul. Caſtrenſ. l. ſi quis in conſcribendo. num. 5. C. de pact.* Quare Zaſius in *d. l. ſi conuenerit*, imperitiæ arguit Notarios, qui hanc clauſulam, ſive pactum ita ſimpliciter, & generaliter extra iudicialibus cōtractibus ad-
38. ijciunt. Quia tamen, vt dixi, vbique ferè hoc ita invaluit, vt quis in vim illius pacti cogatur coram iudice ſub quo invenitur, reſpondere, vt videre eſt ex Caſtrenſ. *in d. l. ſi quis in conſcribendo. num. 6. C. de pact. Guid. Pap. deciſ. 77. nu. 1. Couar. d. §* 4. *nu.* 13. eorum conſuetudo, & authoris noſtri ſententia mihi aliquatenus defendēda videtur, quam & iuri conſentaneam aſſerit, & ſi forſan inaduertenter ſibi contrarius Mynſ. *in d. verſic. plus autem. nu fin.* & ante eum, tanquam talem
39. ex propoſito defendit *D. Raphael.* prout refert *Caſtre. d. l. ſi quis in conſcribendo nu. 6.* Certè hac non inſubtili ratione, quod omnium votis receptum ſit, quem vbicunque locorum conueniri poſſe, ſi ibi ſolvere promiſerit, quaſi tunc forum ſortiatur ratione deſtinati effectus, & ſolutionis per *l. contraxiſſe ff. de action. & obli-*

40. *gat. l. 1.*

*gat l. 3. ff. de bon. autho. iudic. possid.* Dd. præsertim *Ias. in d. l. si conuenerit. nu. 37. Cast. d. l. si quis, nu. 6. Gail. lib. 2. obs. 36. nu. fin.* Idem dico, si ibidem promiserit respondere, cum respondere, præter responsionem iudicialem, significet & soluere *l. eam quam. & ibi Bald. & Cast. C. de fidei-com.* Atqui is, qui promittit vbicunque locorũ se velle conveniri, promittit & ibidem solvere *arg. l. in bonæ fidei. ff. de eo quod cert. loc. c. dilecti. ff. de for. compet.* quod nec Castrensi displicet *d. loc.* si videret responsionem ad *d. l. si conuenerit.* cui tamen plures adferuntur. Alciatus enim *lib. 2. paradox. cap. 17.* intelligit eam quod non, nisi vtriusque partis consensu huiusmodi conventio possit revocari. Idem post eum, non habita illius mẽtione, *Corras. lib. 2. Miscel. cap. 5.* ita & alij, quos refert & sequitur *Couar. d. c. quamuis § 4. nu. 13.* & si hoc nemini, nisi vltrò sequi volenti persuaderi posse putet. *Cost. al. d. l. si conuenerit;* Alij existimant illam l. loqui in nudo pacto, quod de iure ciuili non producit actionem, *vulg. l. iuris gentium. § sed cum nulla. ff. de pact.* quare aliud de iure canonico, aut si stipulatione vallatum esset, de quibus *Couar. d. loc.* Alij quod d. l. si cõuenerit, corrigatur a l. si quis in conscribendo. C. de pact. quæ vult quemlibet suo fauori & foro renunciare posse. & à communi Dd. schola intelligitur, in privilegio exemptionis, quod quis possit prorogare iuri sdictionem iudicis sui, à qua aliquo privilegio exemptus est, non quod cuiuslibet iudicis non sui, quod magis arridet, quam quod dicit Goueanus *in d. l. si conuenerit*, partem adversam in *l. si quis.* Non aliter voluisse contrahere, quam fori prescriptioni renunciatum esset. Alij alias solutiones, & concordantias adferunt, quibus adde nouissimè *And. Fachin. lib. 1. contro. iur. d. cap. 61.* In tanta igitur varietate praxin, & consuetudinem, vt ll. interpretem iuxta, *l. si interpretatione. ff. de legib.* sequi & defendere prestat, etiamsi aliter in Camera iudicatum asserat *Mynsing. d. obs. 88.* cum in eo casu, qualitas & circumstantia causæ forsan hoc ita suaserit, aut adhuc aliud aliquãdo iudicari possit, ex quo novum non sit, in eadem facti specie cõtraria reperiri præiudicia, vt patet non semel apud *Mynsing. Gail.* & alios, ob

41. 42. 43. 44. 45.

quod tamen Camera inconſtantiæ & varietatis non rectè arguitur pertradita à *Siebard. in l. de tutela. nu. 6. C. de in integ. reſt.* Hæc tamen omnia ad defendendum praxin duntaxat, adferre placuit, doctiorum iudicio præiudicare non volens. Chriſtoph. Wintzl.

46. Porro contrahens, in loco contractus inuentus, poteſt per nuntium, vel epiſtolam citari, & trahi inuitus ad iudicium iudicis contractus, & ſi legitime citatus, non adſit iudicio, poteſt omni iuris remedio in res, & perſonam ipſius, prout negotium petitur, procedi iuxta diſpoſitionem *c. quoniam frequenter ext. Vt lite non conteſt.* Idem iuris eſt,

47. ſi ante erat citatione præuentus, quam inde deceſſerit, vnde ſi iudex fuerit eccleſiaſticus, poterit ferire ſententiam excommunicationis, & ipſum in principali negotio, ſi ſtatus cauſæ patitur, condemnare, quemadmodum iudex domicilij, vel originis hoc poteſt, ex quo enim cõtrahens præuẽtus, iudex in perſonam iuriſdictionem habet, quemadmodum alius quivis competens. *Innoc. in c. 2. num. 2. & ſeq. ext. de dilat. Fac. l. ſi is qui Romæ, iuncta gl. ff. de iudic. arg. c. propoſuiſti. de for. compet.*

48. Si veró in loco contractus non reperiatur, nec ſit Citatione præventus, vtrum tunc iudex contractus, poſsit contrahentem citare in alieno territorio, vt miſsio in bonorum poſſeſsionem decerni poſsit, quæri ſcio: verum licet de hoc, tam inter legum quam canonum interpretes, non ſatis conveniat, alijs citationem in alieno territorio fieri non poſſe, alijs contra aſſerentibus, Iacobus tamen de Bello viſu, in *repetit. §. contrahentes, mc. Romanæ. num. 13. & ſeq. de for. compet. libr. 6.* approbat ſentẽtiam *Ioannis Iab. in §. vlt. in fin. Inſt. de pœn. tem. litig. & Salic. in d. l. omnes d. exequutoribus C. de epiſc. &*

Digitized by Google

*epiſc. & cler.* vt tutiorem & veriorem in praxi receptam: Addeeam ſequi quicquid alij fuerint opinati. *Couar. pract. quæſt. cap. 10. num. 7.* Sentit enim *eod. loc. Fab.* citationem tam realem, quam verbalem in alieno territorio fieri non poſſe, quia extra territorium ius dicenti impune non paretur, *l. vlt. ff. de iuriſd. om. iudic. c. 2. de conſtit. libr. 6. clem. paſtoralis, cum ſimilibus, de ſentent. & re iud.* Ita & *Salic. vbi ſub.* Vult citationem in alieno territorio fieri nõ poſſe, nedum vbi ſunt diſtinctæ principum iuriſdictiones, *d. clem. paſtoralis.* Sed etiam vbi iuriſdictiones ab eodem principe depẽdent, veluti quando ſunt conſtituti diverſi præſides provinciarum. Si tamen territorium præſidis eſſet per varias civitates diſtinctum, poſsit præſes in omnibus iſtis civitatibus citare & ita intelligẽdus eſt ſecundum eum *d. verſic. verum.* Vbi text. non loquitur de alia provincia, ſed ea, quam ſortitus eſt præfectus. Ex quo concludendum, quod ſi eſſent diverſi magiſtratus conſtituti in vna provincia, & vni pręſidi ſubiecti non poteſt vnus in alterius territorio citare, quaſi iure præſidis id faceret, quia quemadmodum vnus præſes in alteri' provincia hoc nõ poteſt, ita nec vnus magiſtratus in alterius iuriſdictione, ducto argumento a reſpectivis, quum eiuſmodi iuriſdictiones ſint ſeparatæ, & ideo debet iudex domicilij, vbi reus degit, literis iudicis contractus requiri, & exhortari vt illum citet, ſive faciat illum coram ſe venire, & ſic ſi nõ venerit, mittet actorem in poſſeſsionem rei petitæ *d. l. hæres abſens. §. 1. de iudic.* nec obſtat. *l. vlt. ff. de offic. præf. vrb.* quia differentia eſt, inter delegationem, & citationem, actus enim delega-

49.

50.

51.

52.

53.

54.

tionis

tionis aliquem non afficit, donec exerceatur in loco permisso, citatio verò statim absque dilatione personam ligat, vel res ipsas; nec obstat *d. §. contrahentes*, dum dicit eorum authoritate citari, quicquid dicat Philip. Franc. & alij Dd. quia intelligendus est, si fuerit, vel reperitur contrahens in territorio iudicis citantis, tunc eius authoritate citatur, alioqui opus est requisitione, per quam providebitur actori contra ipsum contrahentem absentem, secundum *Iacobum de Bello visu vbi sup.*

55. Nec ad rem pertinet, si quis dicat, in contractu remissioni locum non esse, vt *d. §. contrahentes, & ibi nos.* quia non est hæc vera remissio, quæ fit solo verbo, ad eum effectum, ut decernatur missio in possessionem bonorum, quæ in loco contractus cõstituta sunt. ADDE. De hac quæstione ple-

56. nè *Gail. lib. 1. obs. 56.* vbi eam asserit valdè dubiam, & Cæsarea decisione indigenti tres citandi modos referens, quorum primus per nuncium, non ad effectũ procedẽdi in personam, sed immissionem in bona, sed hic reprobatur aliàsque secundum Gail periculosus, quia nuncij plerumque malè & indignè tractãtur. Secundus per literas, ad iudicem alterius territorij; sub quo citandus degit, ad dictũ effectum missionis in bona, qui hic ab authore nostro refertur, & comprobatur, & à Gail. obseruari visus & probatus in text. *l. 1. §. 1. ff de requirend. reis. Conar. pract quæst. d. cap. 10. nu. 7.* vbi nu. præced. De his plura, & aliquot casus, in quibus remissio in contractibus locum habeat, quos ibi plenius vide & apud *Franc. in c. Romana. §. contrahentes nu. 9. ext. de for. compet. in 6.* Tertius modus omnium tutissimus, per edictum publicum, vt videlicet reus quo ad dictum effectu missionis in bona, per edictum citetur in locis vicinis, & finitimis quibus verisimiliter ad notitiam eius pervenire possit, & hoc arg. eorum, quæ traduntur infra in explicatione *form. citat. sub verb.* ad instar edictorum publicorũ qui

alias

olim in albo, &c. *moderat* 3. Christopho. Wintzler.

Rei denique iudex dicitur is, in cuius iurisdictione quis deliquit, nam potest in personam delinquentis ibi comprehensam, & etiam bona alibi constituta, pro qualitate delicti animadvertere *c.1.3.q.6. Panor. in c.vlt. num.6. de for. comp. c. postulasti. eod. tit. c.1. de raptor. l.1. & auth. qua in provincia. C. vbi de crim. agi oport.* Si verò nõ fuerit ibi apprehensus, ita demum poterit iudex, pro qualitate causæ in personam animadvertere, si priusquam locum delicti exiret citatione illũ prævenit, sed si latitet, quo minꝰ citari possit, aut citatio ad eum perveniat, citabitur per edicta in loco delicti promulganda, & valuis portarum vel ecclesiarũ affigenda, per ea, quæ habentur in *auth. nulli iudicum §. si quis verò comprehensor. col.9.* ad effectum scilicet, vt missio fiat in bonorũ possessionem, quæ in loco delicti habet, non vt in personam quicquam statuatur. *Panor. in d.c.vlt. nu.6. & seq.* potest etiam iudex delicti, si crimen atrox sit requirere iudicem loci, in quo delinquens degit ut ipsum citet & remittat. Adde. Eius rationes & latiorem interpretationem ex *Couar. pract. quæst. cap.11. nu.3. 5. & seq.* Sed hodiè plerumque de consuetudine non aliter fit remissio, quã ex causa vicinitatis vel familiaritatis sub antigrapho & literis reuersalibus *Gail. lib.1. de pace. pub. cap.16. nu.30. & seq.* de quo & *Couar. d. nu.5.* C.W. Quod tamen non obtinet in crimine hæreseos, quia cum hæreticus vbique dicatur deliquisse *l. Arriani. C. de hæret.* potest vbique puniri. Hinc fit ut ordinarius in poena imponenda censeatur delegatus Pontificis, *c. ad abolendam. x. de hæret.* & ideò possit exemptum vel privilegiatum

57. De iudice delicti.

58.

59.

60.

61.

punire

punire tex. & ibi *Henric. Bohic. in d. c. ad abolendam* alios autem casus, in quibus non fit remissio, & quid circa eam iuris sit *vide in d. auth. nulli iudicũ. §. si quis comprehensorũ. & in d. §. contrahentes. & d. c. vlt.*

62. INSVPER annotandum est, iudicem ratione
*Annotatio.* cõtractus, vel delicti ita cõpetentem esse, si laicus contrahens, vel delinquens, iudicis secularis, clericus ecclesiastici forum sortiatur *gl. 2.* omnibus probata *in l. 1 ff. si quis in ius voc. non ier.* Et si quis officialis, vel iudex secus egerit, processus erit nullus, tanquam ab incompetẽte iudice factus, vt per *tot. tit. C. si à non compet. iud.* Vnde si clericum capitaliter delinquentem capiat iudex secularis, tenetur illum remittere iudici ecclesiastico puniendum, si aut clericus se remitti postulet, aut prælatus illũ remitti requirat. *tex. in c. si iudex laicus. ext. de sent. excom. lib. 6. vbi D d. & in c. si diligenti. de for. compet. & d. c. at si clerici.* ADDITIO, Quod verum quando in habitu clericali invenitur, secus si in habitu laicali, *Guido Pap. quæst. 118.* quod apud me dubiũ, cum ordo ipsum eximit à Iurisdictione seculari, de quo plenè *Couar. pract. quæst. cap. 31* qui adeo impressus, vt per extraneum habitũ non exuatur, quare verius, & tutius erit, constito de ordine, & eo casu remittẽdum, quod & obseruatum memini. Cristo. Winzler.

63.

64.

65. Quinimo, si iam clericus esset per iudicem secularem pro crimine capitali ad mortem condemnatus, deberet nihilominus clericus tradi iudici suo ecclesiastico, secundum *Dd. in d. c. at si clerici.*

66. Quia hæc exceptio fori declinatoria, potest post sententiam opponi, & iudicium retro nullũ constituit, secundum ea quę not. *Felin. in c. exceptionem. de except.* Adde plenè *Couar. pra. quæst. cap. 33. nu. 2.*

Sed de

Sed de hac materia vide latius annotata *D d. in c. si iudex laicus. ext. de sent. excom. lib. 6.* Commentatorem consuetudinum Burgundiæ *in tit. des iustices, & droits d'icelles. §. 5. mgl. verb. s'il n'a grace. vers. decimo casus est.* Quem emergente quæstione videre poteris; nam ponit quatuordecim casus, in quib⁹ iudex secularis possit cognoscere criminaliter de causis clericorum, ipsosque criminaliter punire. E contrario verò si iudex ecclesiasticus ratione contractus, vel delicti per laicum commissi, 67.

ADDITIO, Nisi esset tale delictum, de quo ipse cognosceret, quod vide *sup. eod. tit. num. 6. & apud Covar. pract. quæst. cap. 10. nu. 2.* Plures casus, in quibus iudex ecclesiasticus in laicum iurisdictionem habeat, vide apud *Marant. in suo spec. part. 4. dist. 11.* Christo. Winzler. velit sibi vsurpare iurisdictionem in laicum, & 68.
quia sibi non paret, fert sententiam excommunicationis, illa est nulla, quãtum ad Deum, & ecclesiam, vt annotat. *Hen. Bohic. in c. si celebrat. de cler. excom. minist.* Nec obstat, quod sententia excommunicationis siue iusta, sine iniusta sit timenda *c. 1. 11. quæst. 3.* quia hoc verùm est, de sententia, quę non est nulla, sed alicuius momenti, & ritè lata, quæ tametsi apud Deum nõ liget, nisi ex contemptu, 69.
ligat tamen apud ecclesiam. *c. à nobis. 2. de sent. excõ. c. cum æterni. de sent. & re iud. lib. 6.* secus est, vbi est prorsus nulla.

IVDEX rei conuẽti, is quoque dicitur, in cuius 70.
iurisdictione res, de qua controvertitur, constituta est, *c. sanè. & c. vlt. ext. de for. compet. l. vlt. C. vbi in rem actio.* Hoc tamen intellige verum cum *Anth. de But. in d. c. vlt. num. 20.* modò tria intercedant, *De iudice rei sitæ.*
Primũ, vt reùs possideat, & detineat eo loci rem, 71.
& tan-

& tanquam illius possessor, vel detentor conueniatur *d.c.vlt.ibi, siue rei, de qua contra possessorem causa mouetur*. Secundò, vt actor agat actione reali *d. l.vlt.* vel in rem scripta *l.vnica C.vbi de poss.agi oport.* vel etiam actione mixta, vtpote, petitione hæreditatis *l.si fideicommissum.ff.de iudic.* Secus, si actione merè personali licet etiam ad rem, vtpotè contra commodatarium, vel depositarium *l.officium.ff.de rei vend.* illi etenim ratione solius rei, eo loco detentæ, conueniri non possunt, *Anth.de But.Panor.& alij d.c.vlt. Bart.& Dd. d.l.vlt.* ratio differentiæ est, quod actio realis principaliter rem sequatur, nó personam, personalis verò cõtra personam non rem *l.vlt.§.vlt ff.de contrab.empt.* ideoque cum reali agitur, cõsentaneum est, in eo loco potius agi, vbi res est, quã alibi, quum ibi sententia exequutioni mãdari debeat. In personali verò non item, *Anth.de But.in d.c.vlt.d.num.20.* Tertium, vt res, de qua agitur sit immobilis; vel si mobilis sit, vt in eo loco, in quo posidetur sit animi destinatione permansura, tunc enim etiam ibi reus conueniri poterit. *Alber.Cyn.Bart.& Dd. cum gl.in d.l.vlt. Anth. de But.Panor.& gl.in d.c.vlt.* secus si non sit permansura, vt quia custodiæ solum causa in eo loco est, mox in alium transferenda, quod si probare possit reus, ibi non cogetur iudicium suscipere, nam non propriè res in eo loco esse dicitur, in quo ad modici duntaxat temporis spacium sit permansura *arg.l.quæsitum.in prin.ff.de leg.3. arg.l.generali.§. vxori ff.de vsu & vsuf.leg.* Hinc notant *Dd. in d.c.vlt. & Panor.nu.43.* Quod si quispiam per hanc ciuitatem equum duxerit, eumque quod illum meum esse putem, hic rei vendicationis iudicio, abeo petiero,

72.

73.

74.

75.

76.

etiero, ductorem nō cogi hic ſe defendere, poſ-
e tamen equum, vel ductoré arreſtari, ſed tamen
iberabitur, ſi de equo exhibendo, ac de iudicio
iſti, in loco ſui domicilij idoneè cauerit, per *l. ſi*
*de nuſſor. §. vlt. ff. qui ſatiſd. cog. Bald. in d. l. vlt. & Dd. in*
*. c. vlt.* vbi de his breuitatis cauſa vide plura.

ADDE, Et inter cæteros *Sichard. d. l. vlt. num. fin.* 77
ui dicit ſententiam Azonis volentis ſine diſcrimi-
e rem mobilem in loco, in quo inuenitur, vendica-
i poſſe, tutiſsimam eſſe & à Canoniſtis & conſuetu-
ine Germaniæ probatam, propter ſummam æqui-
atem, cum æquum ſit, vt ibi quis cogatur reſponde-
e, vbi rem præſentem habet. Chriſtoph. Wingler.
Hoc tamen prætereundum non eſt, Epiſcopum, 78.
n cuius Diocæſi clericus ſecularis ſacerdotium
abet, etiam non requirens reſidentiam, dici iu-
licem cōpetentem, in materia ſacerdotium con-
ernēte, adeò vt clericus in loco domicilij, quod
orte alibi habet, in materia ſacerdotium cōcer-
ente, conueniri non poſsit. *Felin. in c. dilectus. 2. ver-*
*ic. de domicilio. num. 9. ext. de reſcript.* ADDE. Quod
i reſidentiam requirat, etiam in alijs rebus ad illud
ninimè pertinentibus reſpondere cogitur. *Coſtal. in*
*hæres abſens. §. proinde. ff. de Iudic.* quia domicilium ibi-
lem reſidendo contrahere cenſetur *Panor. in c. 1. num.*
*in. ext. de for. compet.* C. W. Cum tamen interim lai- 79
us alibi, quam in loco rei ſitæ, domicilium ha-
bēs, vel in loco domicilij, vel rei ſitæ, prout actor
elegerit conueniri poſsit, ſecundum. *Goff. Inno. Io.*
*And. Anth. de But. Card. Io. de Imol. & Panor. in d. c. ſanè.*
*num. 4.* vbi hanc communem & *c. vlt. num. 43. gl. &*
*Dd. in d. l. vlt. C. vbi in rem actio.* ADDIT. Non aliter 80.
amen in loco rei ſitæ reus conueniri poterit, quam
i ibidem inueniatur, quod tanquam notabile, & non
ta à reliquis Doctoribus obſeruatum, rectè notan-
dum monet *Caſtrenſ. in d. l. vlt. num. 2. C. vbi in rem. & in l.*

*vlt. num. 3. C. de longi temp. præscript.* Christop. [illegible]

81. PRIVILEGII denique ratione, iudex rei dic
*De iudice priuilegij.* potest, is, cui iuris, vel principis privilegio in re
um data est iurisdictio, qua de causa miles cor
magistro militum conueniri, vel accusari debet
*l. magisteria. C. de iurisd. om. iudic.* Item scholaris, op
tione sibi data, vel coram magistro suo, vel ipsius
ciuitatis episcopo aut loci rectore, *§. illud verò. ci*
*§. seq. in proœm. ff. auth. habita C. ne fil. pro. pat.* Item
82. vasallus coram domino feudi *c. cæterum. ext. de*
*iudic. c. ex transmissa. c. verum. ext. de for. compet.* & cō
similiter clericus coram iudice ecclesiastico. *c. s*
*diligenti. ext. de for. compet.* Adde Gail[illegible]um aliquot
limitationibus *lib. 1. obs. 37. Mynsing. Cent. 1. obser. 22.*
83. Et si quis clericum coram iudice seculari conue
nire præsumpserit, causam & rem petitam perde
re debet, quæ reo iniustè sic pulsato applicabi
tur, & si condemnatus, nolit satisfacere, poterit
ad hoc districtione ecclesiastica, id est, excom
municationis sententia, compelli. *d. c. si diligenti.*
*iuncta gl. verbi perdant. c. inolita. 11. q. 1. auth. statuimus.*
84. *C. de Episc. & cler.* At si clericus sponte litigauerit
coram iudice seculari, si actio ciuilis sit, perdit
causam, etiamsi per iudicis secularis sententiam
obtinuerit. Si verò criminalis sit, clericus locum
suum amittere, & ab officio deponi debet. *d. c. s*
*diligenti. & ibi not. Card. Pet. de Ancho. Io. de Imol. &*
*Panor.* Vtrum autem clericus coram seculari liti
gans, perdat causam ipso iure, an per sententiam
85. quæritur? & secundum *Pet. de Ancho.* magnum in
eo consistit momētum, nam si pœna imponetur
ipso iure, transit etiam in hæredes, sin autem im
po natur

ɔonatur per ſententiam, tunc non tranſit in hęre-
les, niſi lis fuerit conteſtata cum defuncto, *vt l. 1.*
*f. de priuat. delict. & c. cum ſecundum leges de hæret. lib.*
*6.* Adde *Gail. lib. 1. obſ. 86. nu. 5. & 6.* In quæſtione er- 86.
go propoſita, *gl. verb. cauſam perdat.* communiter
pprobata *in d. c. ſi diligenti.* dicit, quod perdet cau-
am per ſententiam, & non ipſo iure, per verba *in*
*l. c. ſi diligenti. & d. c. inolita.* ſcilicet, cauſam perdat
*& in l. in criminali. C. de Iuriſd. om. iudic.* dicitur, actio-
ıe mulctetur. Quia conſtitutio pœnam irrogans, 87.
ɔer verba futuri temporis, vt perdat, priuetur,
excommunicetur, intelligitur per ſententiam iu-
licis condemnatoriam, niſi adijceretur aliqua
lictio priuatiua, vtputà mox, ſtatim, ipſo facto,
rel eo ipſo, tunc enim intelligitur ipſo iure, vt *in*
*.quam ſit. de elec lib 6. gl. in c. inpœnis. de reg. iur. eod. lib.*
*6. gl. in c. quicunque. de hæret. eod. lib. 6.* Si verò conſti-
utio pœnam irroget, per verba pręteriti tempo- 88.
is, vt ſit mulctatus, ſit excommunicatione inno-
latus, tum intelligitur ipſo iure, vt non ſit neceſ-
aria iudicis ſententia condemnatoria *gl. in d. l. in*
*riminali. & gl. verbi, innodetur. in fine. in d. c. quicunque.*
*l. verbi, priuetur in l. iubemus. 2. §. œconomus. C. de ſacroſ.*
*cclef.* de quo plenius tractat. *Pet. de Anch. Anth. de*
*But. Io. de Imol. & Panor. in d. c. ſi diligenti & Dd. in l.*
*extat. ff. quod met. cauſa.* Adde *Gail. lib. 2. de pac. publ.*
*cap. 3. num. 5.* & omnium pleniſsimè *Felinus in c. Ro-*
*dolphus. verſic. vlt. de reſcript.* vbi in *verſic. ſed declara-*
*toria, num. 35* præclarè addit, quod tametſi, vbi per
conſtitutionem irrogatur alicui pœna ipſo iure,
non ſit opus aliqua ſententia iudicis condemna-
toria, vt dictum eſt, attamen ſententia iudicis de-
claratoria, priuſquam ad legis exequutionem

*vlt. num. 3. C. de longi temp. præscript.* Christop. Wintzler.

81. PRIVILEGII denique ratione, iudex rei dici
*De iudice priuilegij.* potest, is, cui iuris, vel principis privilegio in reum data est iurisdictio, qua de causa miles corã magistro militum conueniri, vel accusari debet, *l. magisteriã. C. de iurisd. om. iudic.* Item scholaris, optione sibi data, vel coram magistro suo, vel ipsius ciuitatis episcopo aut loci rectore, *§. illud verò. cũ §. seq. in proœm. ff. auth. habita C. ne fil. pro. pat.* Item
82. vasallus coram domino feudi *c. cæterum. ext. de iudic. c. ex transmissa. c. verum. ext. de for. compet.* & cõsimiliter clericus coram iudice ecclesiastico. *c. si diligenti. ext. de for. compet.* Adde Gail. um aliquot limitationibus *lib. 1. obs. 37. Mynsing. Cent. 1. obser. 22.*
83. Et si quis clericum coram iudice seculari conuenire præsumpserit, causam & rem petitam perdere debet, quæ reo iniustè sic pulsato applicabitur, & si condemnatus, nolit satisfacere, poterit ad hoc districtione ecclesiastica, id est, excommunicationis sententia, compelli. *d. c. si diligenti. iuncta gl. verbi perdant. c. inolita. 11. q. 1. auth. statuimus. C. de Episc. & cler.* At si clericus sponte litigauerit
84. coram iudice seculari, si actio ciuilis sit, perdit causam, etiamsi per iudicis secularis sententiam obtinuerit. Si verò criminalis sit, clericus locum suum amittere, & ab officio deponi debet. *d. c. si diligenti. & ibi not. Card. Pet. de Ancho. Io. de Imol. & Panor.* Vtrum autem clericus coram seculari litigans, perdat causam ipso iure, an per sententiam
85. quæritur? & secundum *Pet. de Ancho.* magnum in eo consistit momẽtum, nam si pœna imponetur ipso iure, transit etiam in hæredes, sin autem im-

ponatur

ponatur per ſententiam, tunc non tranſit in hęredes, niſi lis fuerit conteſtata cum defuncto, *vt l. 1. ff. de priuat. delict. & c. cum ſecundum leges de hæret. lib. 6.* Adde *Gail. lib. 1. obſ. 86. nu. 5. & 6.* In quæſtione ergo propoſita, *gl. verb. cauſam perdat.* communiter approbata *in d. c. ſi diligenti.* dicit, quod perdet cauſam per ſententiam, & non ipſo iure, per verba *in d. c. ſi diligenti. & d. c. inolita.* ſcilicet, cauſam perdat & *in l. in criminali. C. de Iuriſd. om. iudic.* dicitur, actione mulctetur. Quia conſtitutio pœnam irrogans, per verba futuri temporis, vt perdat, priuetur, excommunicetur, intelligitur per ſententiam iudicis condemnatoriam, niſi adijceretur aliqua dictio priuatiua, vtputà mox, ſtatim, ipſo facto, vel eo ipſo, tunc enim intelligitur ipſo iure, vt *in c. quam ſit. de elec. lib 6. gl. in c. in pœnis. de reg. iur. eod. lib. 6. gl. in c. quicunque. de hæret. eod. lib. 6.* Si verò conſtitutio pœnam irroget, per verba pręteriti temporis, vt ſit mulctatus, ſit excommunicatione innodatus, tum intelligitur ipſo iure, vt non ſit neceſſaria iudicis ſententia condemnatoria *gl. in d. l. in criminali. & gl. verbi, innodetur. in fine. in d. c. quicunque. gl. verbi, priuetur in l. iubemus. 2. §. œconomus. C. de ſacroſ. eccleſ.* de quo plenius tractat. *Pet. de Anch. Anth. de But. Io. de Imol. & Panor. in d. c. ſi diligenti & Dd. in l. extat. ff. quod met. cauſa.* Adde *Gail. lib. 2. de pac. publ. cap. 3. num. 5.* & omnium pleniſsimè *Felinus in c. Rodolphus. verſic. vlt. de reſcript.* vbi in *verſic. ſed declaratoria, num. 35* præclarè addit, quod tametſi, vbi per conſtitutionem irrogatur alicui pœna ipſo iure, non ſit opus aliqua ſententia iudicis condemnatoria, vt dictum eſt, attamen ſententia iudicis declaratoria, priuſquam ad legis exequutionem

86. 87. 88.

89. procedi posſit,neceſſaria eſt,*per d.c.cũ ſecũdũ leges. ext.de hæret.lib.6.* de quo brevitatis cauſa,vide pleniſsimè per eundẽ ibi.(Adde *Gail.lib.2.de pac.publ. d.cap.3.nu.9.*) Porrò vſq; adeò laici in clericos iudiciũ vſurpare non poſſunt,vt in clericorũ cauſis
90. ſpiritualibus,neque per viam iudicij,neq; per viã cõpromiſsi cognoſcere poſsint.*c. decernimus. ext. de iudic.c.contingat. ext.de arbit.* niſi in caſu.*c.per tuas. ext. eod.* quãdo videlicet authoritate ſuperioris ſit cõpromiſsũ partim in laicos, partim in clericos. (Adde aut de reb⁹ merè civilib⁹. *Gail.lib.1.d.obſ.37.*
91. *nu.2.*) Nõ poteſt etiã epiſcop⁹ cauſam clerici ſpiritualẽ, vel etiã criminalẽ laico delegare. *Anth. de But.Io.de Imol.Panor.& Felin.in d.c.decernimus.Panor. d.c.contingit.de arbit.not.in c.bene quidem.96.diſtinct.c. iudicatũ.diſt.89.c.præter hoc.§.ad hoc verò,32.diſtm. vbi gl.verbi ducibus.* decidit Papam quidẽ poteſtatẽ ex-
92. cõmunicandi laico poſſe demãdare, Epiſcopum verò minimè,adde *Panor in c.maſſana.not.2. ext. de elect.& d.c.decernimus.nu.5.* Ex quo cõſtat,quod ſi officialis epiſcopi deleget laico poteſtatẽ excommunicandi, aut interdicti eccleſiaſtici ſentẽtiam promulgandi,ipſo iure nihil agi,vide *Imol.in c.Ioannes.ext.de cleric.coniug.* Poſtremò, vtrũ iudex ſe-
93. cularis poſsit in aliquib⁹ cauſis civilib⁹ clericorũ cognoſcere,ipſoſq; clericos delinquẽtes civiliter punire vide per Cõmentatorem Cõſuetudinum Burgundię *in tit.des iuſtices & droits d'icelles.§.quinto verſic.redeundo ad propoſitũ.cũ duabus pag.ſeq.* Quãquã illic pleraq; narrẽtur vſurpatione magis regia inducta, quã iure ſubnixa. Inſuper ex privilegio quoque Romani Pontificis Martini ſcilicet quinti,& Ioannis Brabantię ducis huius prę clariſ-

ſimę

simę Academiæ Louaniẽsis (fundatæ anno 1426. ex Vniversitate Colonien si) Rector vigilantiss im⁹, omnium & singulorum suppositorum eiusdem Academiæ, est iudex competens & ordinarius. Nam ipsorum causæ omnes, siue civiles, sive criminales, ad dicti Domini Rectoris notionem, & omnimodam iurisdictionem pertinent; Ideoque si quis suppositum in ius vocare velit, id coram dicto Domino Rectore faciat, oportet. Et si supposito quis obnoxius sit, qui dictę vniversitati non subest, is coram dictę vniversitatis privilegiorũ cõservatore, in ius vocari poterit. Nã illius iurisdictio ex privilegio eiusdẽ Martini quinti, & Pauli secundi Romanorũ Pontificum eiusmodi est, vt à Rectore, Doctorib⁹, Magistris, Scholarib⁹, & ipsius Vniversitatis personis, aut etiam procuratoribus requisitus, cõtra personas quaslibet, super restitutione castrorũ, villarũ, terrarum, locorũ, iuriũ, Iurisdictionũ, reddituum, proventuũ & aliorum bonorum quorumlibet; nec non de quibusuis molestijs, iniurijs, atq; damnis, cœterisque ipsorum Rectoris, Doctorũ, Magistrorum, Scholariũ, & ipsius Vniversitatis personarum, tã realibus, quam personalibus actionibus reddere possit iusticiæ complementũ. Quinimo Rector, Doctores, Magistri & scholares, adversarios suos (dũmodo apostolicæ sedis Officiales aut in Curia Romana prẽsentes nõ sint) coram eo trahere, convenire, & ad iudiciũ evocari facere in prima instantia liberè & licitè possunt. Et contra, ipsi etiam in quibusuis litibus, querelis, & causis, tam civilibus, quam criminalibus, aut mixtis, aut merè prophanis, siue ratione delicti, aut contractus,

94. 95. 96. 97.

vel rei, de qua agitur, vbicunque committatur delictum, ineatur contractus, aut res ipsa consistat extra muros oppidi Louanienſis, vigore quarumcunque literarum, à ſede apoſtolica, vel legatis, aut delegatis, vel ſubdelegatis ſedis eiuſdē, vel alias quomodolibet emanatarum, & conceſſarum, pro tempore in prima inſtantia: ſiue agatur poſſeſſorio, ſiue petitorio, ad iudicium euocari, aut trahi ſeu conueniri nequeunt, dummodo coram dicto priuilegiorum cōſeruatore parati ſint, in dicto oppido quibuſcunque poſcentibus de iuſticia reſpondere. Et in ſumma nè dicam de ſingulis, competentia huiuſmodi iudicis ex priuilegij tenore dijudicanda eſt. 89.

## De aditione iudicis & præſentatione reſcripti.

## TITVLVS X.

1. *Actor iudicem pro tribunali interpellabit.*
2. *Varijs modis iudici exponitur negotium.*
3. *Omnes cauſæ de concilio Tridentino primò coram ordinario tractari debent.*
4. *Quando reſcriptum præſentatur, iudex quocunque loco honeſto adiri poteſt.*
5. *Forma præſentandi reſcriptum.*
6. *Quomodo iudex recipiet præſentatum reſcriptum.*
7. *In literis iuſticiæ non facilè præſumitur falſitas.*
8. *Notarius de præſentatione, & receptione faciet Inſtrumentum publicum.*
9. *Forma huiuſmodi inſtrumenti, & conſcribendi præſentationem.*

10. *Quare*

Digitized by Goo

10. *Quare reſcripti præſentatio, & receptio inter acta referri debeat.*
11. *Quãdo vnus ex pluribus iudicibus, poteſt ſolus cauſam tractare & finire.*
12. *Vis & efficacia clauſulæ,* Quod ſi nõ omnes,&c.
13. *Cautela, per quam vnus ſolus cum pluribus ſub iſta clauſula datus, poſsit cognoſcere.*
14. *Cautela non ſatis tuta.*
15. *Collega poteſt ſe literis excuſare.*
16. *Delegatio ſub nomine dignitatis tranſit in ſucceſſorem, ſecus ſub nomine proprio.*
17. *Succeſſori in dignitate non eſt opus reſcriptum de nouo exhiberi.*
18. *Comparente citato ad reſumendam litem, repetuntur omnia acta verbo.*
19. *Breuia quæ, & quare ſic dicantur.*
20. *Forma breuis apoſtolici.*
21. *Notarius ſicut Iudex, inſpiciet an literæ omni vitio careant.*
22. *Non obſtante aſſertione Notarij de integritate reſcripti, illud falſitatis argui poteſt.*
23. *Omnis iudex habebit perſonam publicam, quæ iudicij acta conſcribat.*
24. *Originalia penes ſcriptorem manebunt.*
25. *Decretum citationis perpetuat iuriſdictionem, non ſola reſcripti præſentatio.*
26. *Tutius eſt totum literarum tenorem inſerere.*

ACTOR itaque iudicem Rei aditurus, ipſum pro tribunali ſedentem interpellet. *l. à procedente iudice. C. de dilat. l. vtile. §. in bonorum ff. quis ord. in bonor. poſſ. ſeru.* & ipſi factum, & negotium, de quo cõtrouertitur, exponat, vel verbo, vel ſcripto per 1.

2. to per libellum conuentionalem, *c. nullus introducatur. §. item si quis 4. quæst. 4. l. si quis se. C. de accusat.* vel per libellum supplicatorium ( vt in curijs secularibus superioribus fit) negotium ipsum cum apta conclusione continentem, & deinde aduersarium, vt sibi de iusticia respondeat, in ius vocari postulet, & tandem iudex actoris petitioni annuens, reum in ius vocari præcipiet. Adde, Sed hodiè ex consuetudine vbique ferè recepta officiales expediunt citationes absque mandato iudicis & ante exhibitionem libelli, *vide inf. tit. xi. num. 10.*

*Aditio delegati.* SI actor aduersarij iudicem ordinarium suspectum habeat, vel aliàs coram delegato iudice litẽ inferre maluerit. ADDE, Henning. *Goeden. Rab. 3. num. 1. sui proœss.* Sed hæc electio hodiè actori adempta est de Cõcilio Tridentino, quod omnes causas primò corã ordinario tractari vult *Sess. 44. cap. 20.* propterea formæ, & termini, qui hic traduntur, ad causam appellationis coram delegato, vel primę instantiæ coram ordinario pendentem mutandis mutatis, facilè aptari poterunt. Christopho. Winzler. Principale impetrabit rescriptum per se, vel per alium ad hoc speciale mandatum habentem. *c. nonnulli §. fin. ext. de rescript.* rescriptoque recepto adibit iudicem sibi datũ, in quocunque loco honesto consistentem & rescriptum eiusmodi illi præsentabit ad hunc qui sequitur modum.

3.

4.

*De rescripti præsentatione & receptione.* IMPETRATOR vel actor exhibiturus rescriptum iudici delegato, assumat secum publicũ Notarium, vel duas personas idoneas, & testes, & in eorum præsentia, ipse per se, vel procuratorẽ

prę-sen-

preſentet iudici reſcriptum, huiuſmodi vel ſimilibus verbis; æquiſimè Domine iudex tibi præ- 5.
ſento has literas, & ſupplico humiliter, quatenus *Forma*
ad conſummationem iniuncti tibi mandati, iux- *præſenta-*
ta earundem literarum vim, formam & tenorē *tionis.*
procedere, ac mihi citatorias literas contra Titium talem exaduerſo principaliter nominatum decernere & concedere digneris. Additio,
Vel brevius ſic. Reverende Domine, præſento Reuerētiæ veſtræ Commiſsionem apoſtolicam, quam peto acceptari & ad illius exequutionem procedi ac proceſſus in forma cōſueta, id eſt, Citationē cum inhibitione decerni, an autē iudex ſingulari vel plurali numero alloquēdus ſit, vide jnf. Tit. 16. nu. 2. C. 22.
Tum Iudex reverenter denudato capite literas 6.
in manus recipiat, & ſi clauſæ ſint, ipſe, vel tabellio ita eas aperiat, vt filum cum bulla literis ex vna parte adhæreat, ſicut prius in hærebat vtrique, alioqui ſi bulla ex toto à literis ſeparetur, nulla illis adhibetur fides, apertas verò iudex diligenter inſpiciat & perlegat, atque ita demum eas recipiat, ſi eas invenerit prima fronte omni prorſus vitio carere, *c. ſuper eo. c. quamgraui. ext. de crim. fals.*
Licet in literis de ſimplici iuſtitia non facilè præ- 7.
ſumatur falſitas, *c. pen. ext. de crim. fals.* deinde citationem petitam contra adverſarium exadverſo principaliter in reſcripto nominatum decernet, & concedet, & Notario præcipiet vel pars exhibens ipſum requiret, vt tam de præſentatione quā
receptione publicum inſtrumentum conficiat, 8.
vel vt præſentationem & receptionem, & totum tenorem conſcribat inter acta, *vt in c. quoniam contra. ext. de probat.* & ſcribi ſolet hac forma.

9. *Forma conscribendi præsentationē & rescriptionē rescripti in ter acta.*

IN nomine Domini amen. Anno, Indictione, die, mense & pontificatu, &c. Coram venerabili viro Domino Alexandro Pio Decano ecclesiæ sancti Sylvestri N. diocœsis N. iudice, exequutore, & Commissario causæ, & partibus infrascriptis vnà cum certis suis in ea parte Collegis, cum illa clausula, vt vos, vel duo, vel vnus vestrũ, &c. à sede apostolica specialiter deputato, in mei Notarij publici & testium infrascriptorum præsentia cõstitutus & comparẽs honestus vir Sempronius ciuis Louanienſis principalis, pro seipso literas apostolicas Sanctissimi domini nostri domini Papæ N. moderni in forma brevis sub annulo piscatoris expeditas, sanas siquidem & integras, non vitiatas, non cancellatas, nec in aliqua sui parte suspectas, sed omni prorsus vitio & suspicione carentes (vt prima fronte apparebat) vnà cum supplicatione eisdem inclusa prænominato domino Alexandro iudici, & Commissario facto exhibuit, & præsentavit, ipsum obnixè requirens, quatenus ad consummationem iniuncti mandati, iuxta dictarum literarum tenorem, & formam procedere, & adversus Titium clericum Leodienſis diocœsis exadverso principaliter in eisdem nominatum sibi literas citatorias decernere, & concedere ac iustitiam facere dignaretur. Tum dictus dominus Decanus iudex & Commissarius, dictas literas apostolicas in forma brevis, cum ea, qua decuit, reverentia de manibus dicti Sempronij recipiẽs easdem aperuit & perlegit, perlectas verò & diligenter inspectas mihi Notario præfato tradidit, mandans, vt tam dictas literas apostolicas, vnà cum supplicatione huiusmodi,

I.

II.

III.

IIII.

Digitized by Google

modi, quàm omnia & singula, quæ illarum vigore inter partes ibi descriptas, seu earum procuratores legitimos occurrerint conscribẽda in actis publicis ac registro causæ, seu causarũ huiusmodi fideliter scriberem, & registrarem, & cum expediens fuerit in publica redigerem documenta, partibusque copiam dum ipsis per eundem dominum Decanum, iudicem, & Commissarium decreta fuerit, & concessa; ex eisdem actis fideliter traderem & exhiberem. *V.* Et deinde literas citatorias contra præfatum Titium decerni petitas, *VI.* fieri decreuit & mandavit. Tenores verò literarũ *VII.* apostolicarum brevis & supplicationis, de quib⁹ supra fit mentio sequuntur & sunt tales.

*Hic inseritur totus literarum apostolicarum tenor & in fine subiungitur.*

Acta fuerunt hæc Bruxellis in domo, &c.

10. *Formæ explicatio.*

Quod ad hanc formam attinet, illud in primis notandum est, quod ideò rescripti præsentatio, & receptio inter acta referri debet, vt constare possit, de die, & modo factæ præsentationis, & simul de ipsa iurisdictione, si in dubium revocetur, non enim statur gestis, siue actis in causis, nisi quatenus legitimis constiterit documentis, *c. quoniam contra. ext. de probat. not. gl. in c. cum in iure. ext. de offic. iud. deleg. in l. 1. C. si à non competente iud.* Adde. *Henning. Goed. Rub. 4. num. 3.* Nam si Iudex ante præsentationem, etsi post datam rescripti procederet, proceſſus esset ipso iure nullus, tãquam à privato factus, quare etiam præsentatio postmodum subsequuta nõ validaret *Marant. part. 4. princ. dist. 16. num. 8. Guido Pap. quæst. 286.* Christophor. Wintzer.

Vt vos

I. Vt vos vel duo, aut vnus veſtrum, &c. Quæ igitur diximus ſupra de forma præſentandi literas delegationis, locum habent, ſi in literis ipſis, vn⁹ duntaxat ſit datus iudex, vel ſi plures, cum hac clauſula, vt vos vel duo, aut vnus veſtrũ, &c.

II. Nam hoc caſu actor coram vno cauſam inſtituere poteſt, pluribus ſiquidem cum ea clauſula datis, ipſorum quilibet poteſt iniunctum liberè adimplere mandatum, & eorum vno negotium inchoante, alij nequeunt ſe vlteri⁹ intromittere de eodem, niſi vel infirmitate, vel alia iuſta cauſa illum contigerit impediri, aut ſi nollet, vel malitiosè in eo procedere recuſaret. *c. cum plures. ext. de offic. iud. deleg. lib. 6.* Aliud verò fuerit obſervandũ, quando tres dantur, cum hac clauſula, Quod ſi non omnes intereſſe poteritis, duo vel vnus veIII. ſtrũ nihilominus negotium exequatur, vel quando dantur duo, cum hac clauſula. Quod ſi non ambo his exequendis his intereſſe poteritis, alter veſtrum nihilominus exequatur. Nam tunc impetrator ſingulos eorum adire debet, & cuilibet reſcriptum præſentare & oſtendere, ac petere vt ſimul perſonaliter, vel literis aut nuncio citent, nam hoc caſu vnus ſine altero negotium cõmiſſum tractare non poteſt, niſi de impedimento collegæ vel collegarum conſtiterit. *c. prudentiam. ext. de offic. iud. deleg. c. ſciſcitat⁹. ext. de reſcript.* Adde.

III. *Marant. part. 4. princ. diſt. 5. num. 30. al. 31.* Vnde ſi actor ab vno eorum negotium tractari maluerit, neceſsè eſt, vt collegas ſingulos adeat ac (impetrato prius, quod velint ſe ab exequendo excuſare) exhibeat, & oſtendat eiſdem literas commiſſionis, quas tunc ſinguli eorum recipientes, tanquam

quam alijs negotijs arduioribus legitimè impediti se ab onere exequutionis excusant. Adde. *Henning. Goed. Rub. 4. num. 6.* nec tamen sufficit fictum & affectatum aliquod impedimẽtum, cum prædicta clausula impossibilitatis, non admittat interpretationẽ de eo, qui non vult interesse, nisi & sic in rescripto expressum fuerit, *text. in c. sciscitatus. in fin. ext. de rescript. Marant. part. 4. princ. dist. 16. num. 5. & 6.* quod exaudit *gl. fin.* alios quidem procedere posse, si noluerit collega, etiamsi hæc clausula voluntatis adiecta non inveniatur, licet arguendus sit, quod mandatum apostolicum exequi contemnat, vnde hæc authoris cautela non videtur satis tuta. Christopho. Wintzler. 14.

Super quo tunc actor à Notario presente petit sibi publicum instrumentum confici, quo confecto rursus actor vna cum notario & testibus adibit alterum iudicum datorum, à quo negotium tractari mavult, & illi rescriptum forma supra descripta præsentabit, & repetendo exonerationem, vel per instrumẽtum de exoneratione collegarum docendo petet illum ad exequutionem negotij commissi procedi, & adversarium suum in ius vocari vt dictum est suprà. Possent quoque collegæ se suis literis excusare *vt in d.c. prudentiam.* vel etiam vices suas subdelegare, vt plenius tractat *gl. pen. & ibi Dd. in c. coram. ext. de offic. iud. deleg.* 15.

Specialiter deputato. Refert vtrum sub nomine proprio, an dignitatis, priore enim casu delegatio non transit in successorem in dignitate, posteriore transit *c. quoniam Abbas. ext. de offic. iud. deleg.* vbi brevitatis causa vide de hoc articulo plenius. Hoc tantum admoneo, quod si is, qui nomine dignitatis expresè delegatus est, moritur, non fore necessarium successori in dignitate rescriptum de novo exhiberi, cum eodem per 11. 16. 17.

omnia

omnia iure cum iudice mortuo censeatur & debeat causam in suis terminis assumere, *l. mortuo. ff. de iudic.* vocato tamen reo ad resumendum, resumique videndum causam, in statu suo, cuius citationis die superueniente actor comparēs per se, vel procuratorem citationem vna cum exequutoris relatione exhibens, repetit vno verbo omnia acta & actitata præhabiti iudicij & obtinebit causam in pristino suo statu resumi, ita quod nō constituatur novus processus.

18.

III. In forma brevis. Brevia dicuntur, quæ à solis secretarijs conficiuntur, & per Papam signantur in cera rubea, annulo piscatoris eandem vim habentia, quam rescripta, secundum *Felin. in Rub. num. 8. ext. de rescript.* Ideo sic appellata, quod brevibus fiant verbis. *Bald. num. 3. & Aluar. in c. 1. in princ. de controuers. investit. & Felin. vbi sup.* Tenor verò brevium talis est. N. Papa. Dilectis filijs salutem & apostolicam benedictionem. Mittimus vobis supplicationem præsentibus introclusam, manu dilecti filij nostri Cardinalis N. in præsentia nostra signatam volumusque & vobis committimus & mandamus, vt vos vel duo, aut vnus vestrûm vocatis vocādis ad illius exequutionem procedatis iuxta eius continētiam, & signaturam. Datum Romę apud sanctum Petrum, sub annulo piscatoris, die, &c. anno domini, &c. Pontificatus nostri anno. &c. De potestate verò dictæ clausulæ vocatis vocandis *vide in c. exhibita. & ibi Dd. ext. de iudic.*

19.

20.

IIII. Sanas siquidem & integras. Diximus supra iudicem delegatum facta sibi literarum præsentatione, debere easdem diligenter inspicere, ac tunc

ac tunc demum admittere, si eas invenerit omni vitio carere, nã si sciens prudensque falsi rescripti authoritate procederet, puniri posset, vt *in d.c. secundo.c.quam.ext.de crim.falsi.* Hoc idem & notarium facere debere putamus, nam cum oporteat eum in suo instrumento, & alibi asserere, se vidisse rescriptum integrum, incorruptum, si postea contrarium appareret, posset eius instrumẽtum nõ immeritò redargui falsitatis, nisi vitium illud probetur postea subsequutum. Nihil tamẽ vetat hæc notarij assertio, quominus reo liceat postea rescriptum impugnare, si impugnandum videatur *arg. c.1. ext. de fide instrum.* 21. 22.

Occurrerint conscribenda. Rectè, cum iudex siue ordinarius, siue delegat⁹, semper publicam personam adhibere debeat, quæ fideliter vniversa iudicij acta conscribat, videlicet citationes, dilationes, recusationes, exceptiones, petitiones, responsiones, & interrogationes, confessiones, testium depositiones, instrumentorum productiones, interloquutiones, appellationes, recusationes, vel renunciationes, conclusiones, & cœtera, quæ occurrerint competenti ordine scribẽda, loca designando, tempora & personas, & omnia sic conscripta partibus tribuat, ita quod originalia penes conscribẽtem remaneant, vt si super processu iudicis fuerit suborta contẽtio, per hoc possit veritas declarari, vt est cõstitutum per Romanum Pontificem *in c. quoniam contra falsam. ext. de probat.* V. 23 24.

Et deinde literas citatorias, &c. Per hoc citationis decretum perpetuatur iudicis delegati iurisdictio, licet citatio ad partem adversam nõ VI. 25.

pervenerit

Digitized by Google

pervenerit *gl. verbi, ad partem in clem. 2. vt lite pendē. Panorm. in c. gratum. num. 3. ext. de offic. iudic. deleg.* Sola verò reſcripti præſentatio iuriſdictionem non perpetuat, vt plenius tractat. *gl. verb. aſsignatæ. in c. vt debitus. ext. de appellat.*

VII. Tenores verò literarum, &c. Aſſerunt quidam quod hoc loco ſufficiat Notarium ita
26. ſcribere; anno, &c. talis exhibuit literas tales, quæ ſic incipiunt, & finiuntur ſic, nec eſſe neceſſarium, vt totus literarum tenor inſeratur, Verum Innoc. *in d. c. quoniam contra. num. 4. ext. de probat.* probat tutius eſſe, vt totus literarū tenor de verbo ad verbum inſeratur, quod etiam praxis hodierna recepit, propter cauſas ſupra in principio enumeratas. Porro quibus rationib⁹ reſcriptum ad lites impugnari poſsit, vide infra *ſub formula except. declinatoriæ iuriſdi. & ſuſpic. num. 11.*

## De Citatione.

## TITVLVS XI.

1. *Actionum inſtituendarum principium Citatio.*
2. *Citatio eſt de ſubſtantia iudicij.*
3. *Præſentem citare neceſſum non eſt.*
4. *Actus geſtus cum præſente, licet non citato, valet.*
5. *Præſens non citatus, non cogitur ad reſpondendum.*
6. *Etiamſi de citatione non appareat, ſi tamen partes præſentes fuerunt, valet proceſſus.*
7. *Citatio triplex eſt.*
8. *Quinque modis citatur quis, viua voce, per iudicem, notarium, præconem, parochum, & nuntium.*
9. *Nuntius non citat abſque iuſſu iudicis.*

10. De con-

10. *De consuetudine citat nuntius, absque mandato iudicis.*
11. *Iudex delegatus ordinarius, citat per literas.*
12. *Nuntio citanti per literas creditur, secus si viva voce, nisi talis sit, vt credere oporteat.*
13. *Violenta citatio est, quãdo quis invitus in personam ad iudicium ducitur.*
14. *Quæ literalis citatio continere debeat.*
15. *Delegatus maior quolibet ordinario.*

ADITVS itaque iudex competens, actore vt diximus petente, iubebit reum in ius vocari *l.vlt. C.de exhib.reis*, omnium siquidem actionum instituendarum principium, ab ea parte edicti proficiscitur, qua prætor edicit, de in ius vocando, vtique enim in primis adversarius in ius vocandus, id est, ad eum vocandus, qui ius dicturus sit *§.vlt.inst.de poen.temer.litig.* Estque citatio de ordinis iudiciarij substantia, quod ad absentem attinet, *c.caueant.c.omnia.3.quæst.9. clem. pastor alis. §.dicinè ergo.de sentent. & re iudicat. Bart. in l. prolatam. C. de sent. & interloq. om.iud. Bald.in auth. si omnes, nu.2. C.si vt minor se ab hæred.abstin* (Adde Gail.lib.1.obs. 48.in prin.) Quod verò ad præsentem in iudicio attinet, non est necessaria citatio, Nam ob id quis citatur, vt sit præsens, *not. Io. And.in c.vlt. de elect.lib. 6.* siue litigare velit, siue nolit, *Panorm. in c.tenor.in fin.ext.de sent. & re iud.in c.ecclesia sanctæ Mariæ.num. 8.ext. de constit. Alex. in Rub. nu. final. C. de in ius voc.* ADDE, Hãc esse communem & in Camera obseruatam, *Gail.d.obs.48.nu.4. Marant.part.1. parte.6.princ.memb.1. num.12.* C.ℬ. Facit, quod vbi citatio nulla est, ratione alicuius vitij, si tamen citatus compareat, a-

1.
2.
3.
4.

ctus cum ipso gestus tenet, non ratione citationis, sed ratione præsentiæ, adeò quod possit ad vlteriora procedi, *Bald. in d. auth. si omnes. num. 8. C. si vt minor. se ab hæred. abst.* ADDITIO, Nam per comparitionem citatio inualida conualidatur, & comparens nullitatem citationis post allegare nō potest, *Mynſ. Cent. 2. obſ. 18. Cent. 3. obſer. 90. Gail. lib. 1 d. obſ. 48. num. 4. & obſ. 58. per tot. Nicol. Anth. Grauat. ad veſt. lib. 7. cap. num. 32.* in tātum, vt si citatio inualida ad notitiam aduersarij pervenerit, reddatur valida, *ibid. num. 33.* C. W. Quocirca præsenti poterit offerri libellus, tametsi ad hoc citatus non sit, non cogitur tamē statim
5. libello respondere, si negotium ampliorem deliberationem desideret. *Panor. in d. c. tenor. & not. in c. 1. ext. de libell. oblat.* Adde *Anth. Grauat. ad Veſt. lib. 5. cap. 2. num. 2.* Hinc etiam putat *Io. Iab. in d. §. vlt. num.*
6. *6. Inſt. de pœn. tem. litig.* quod tametsi de citatione nihil apud acta appareret, processus tamen viribus subsisteret, modò partes & earum legitimi procuratores, in omnibus articulis processus fuerint præsentes.

7. *Citatio quotuplex.* CITATIO autem est triplex, scilicet prima, quæ fit viua voce, secunda literalis, tertia violēta.

8. *Prima.* Viua voce fit multis modis iure ciuili introductis, aut enim fit per iudicem, vt quādo iudex ore proprio citat, & valet, arctatque citatio talis, si legitimè fiat, cēseturque peremptoria, *l. 2. & ibi Dd. secundum vnum intellectum C. quom. & quand. iud.* nam assignando partibus terminum ad comparendū, vel procedendum citare intelligitur. Secundò fit, per notarium sive tabellionem, *arg. c. circumcelliones, ibi. sed illorum notarijs. 23. quæst. 5.* sicut plerumque faciunt auditores palatij Papæ, nam si potest

iudex

iudex citare per nuncium, vel præconem, vt iam iam dicemus, multò magis per notarium. Tertiò fit, per præconem, *vt in Auth. qui semel. C. quom. & quand. iudex.* omnes autem voce preconia citati venire tenentur, vt ibi not. Quartò, per parochũ in sua ecclesia in publica concione, quo casu sacerdos non privatæ, sed publicæ personæ vicem gerit, quod in omni causa spirituali, & animum concernente potest *c. quanquam. ext. de vsur. lib. 6.*
ADDITIO, Idem seruari in omnibus alijs causis per totam ferè hanc Provinciam. Christo. Winzler.
Quintò fit per nuncium, *vt in c. prudentiam 1. resp. ext. de offic. iud. deleg. c. comparati. ext. de appellat. l. magis §. nec tamen. ff. de reb. eor. qui sub tut. vel cur. sunt.*
Nuncius autem neminem citare potest, nisi præcedat iussus magistratus, *l. vlt. ibi Bart. C. de exhib. reis.* Adde *Gail. lib. 1. obs. 54. in princ.* Et si secus fecerit, tenetur pœna falsi criminaliter *l. qui nomine. ff. ad l. Cornel. de fals.* vel civiliter ad interesse parti citatæ, *Salic. in d. l. vlt.* nisi cõsuetudo sit in cõtrarium, *Bald. in l. si quãdo. num. 12. C. de testib. in l. cũ clericis. C. de Episco. & cler. Io. Iab. in §. quadrupli. num. 1. & ibi Iason. num. 34. Inst. de act. Io. de Imol. d. c. cum pariti. ext. de appel.* ADDITIO, *Marant. part. 1. part. 6. princ. memb. 1. num. 52. Vant. de nullit. ex defect. Citationis num. 43. Peck. de iure sistendi. cap. 19.* Christopho. Winzler.

9.

10.

Secunda citatio, literalis scilicet, cum quis à iudice literaliter citatur, responsurus; potest autem quivis iudex, siue ordinarius sit, siue delegatus, citare per literas, *c. si Episcopus. 18. dist. c. quisquis. 4. quæs. 5. c. prudentiam. ext. de offic. iud. deleg.* adhibito tamen nuncio, cuius opera ipsi reo literæ insinuantur, qui tametsi hoc casu reo maximè ignotus sit, si

*Secundo.*

11.

12.



Digitized by Google

tamen literæ tales ſint, vt reus credat, vel credere debeat, eas eſſe alicuius iudicis, omnino comparere tenetur, ſecus quãdo nuncius viua voce abſque literis citat, nam tunc nuncius talis ſit oportet, vt reus credere debeat ipſum eſſe nuncium, *Bart. in extravagãti ad reprimend. quomodo in crimine læſæ maieſt. proced. in verb. per nuncium. & in verb. literas.* (Adde *not. Gail. d. obſ. 54. num. 4.*)

13. *Tertia.* Tertia violenta dicitur, vt cum quis in perſona propria ad iudicium invitè ducitur, de qua vide not. *in l. plerique. ff. de in ius voc. & d. l. vlt. C. de exhib. reis. & Io. And. in c. Romana. §. contrahentes. ext. de for. compet. in 6.* & dicitur hæc etiam realis.

14. *Citatio literalis quid continere debeat.* REGVLARITER autem cuiuslibet iudicis, ſiue ordinarij, ſiue delegati literalis citatio continere debet, quis citat, & eius nomẽ, & cognomẽ; quem & ſuper quo; vbi, & ad quem diem, & ad cuius inſtãtiam citet, & quod per ſe, vel legitimũ, vel idoneum procuratorem ad cauſam ſufficiẽter inſtructum peremptoriè, vel non peremptoriè compareat, quod vt exemplo clarius conſtet, citationũ aliquot formulas proponemus, & primò quidem iudicis delegati, eò quod is in cauſa ſibi commiſſa maior ſit quolibet ordinario. *c. ſanè. 2. c. ſignificaſti. ext. de offic. iud. deleg.*

15.

De litera-

# De literalis citationis iudicis delegati formula, eiuſque explicatione.

## TITVLVS XII.

1. *Forma citationis iudicis delegati in genere.*
2. *Forma citationis iudicis delegati ſecundum ſtylum Colonienſem.*
3. *Iudicis nomen in citatione exprimi debet.*
4. *Delegatꝰ poteſt officiū citationis cuilibet demādare.*
5. *Delegatus inſeret citationi tenorem commiſſionis, præſertim ſi citandus habitet in loco remoto.*
6. *Reſolutio c. cum in iure. ext. de offic. iud. deleg.*
7. *Comparenti originale commiſſionis exhibendum.*
8. *Citatus in loco propinquo comparere tenetur, etiamſi reſcriptum non ſit citationi inſertum.*
9. *In dubio citatus comparere tenetur.*
10. *Citatio fiet authoritate iudicis, & ad inſtantiam partis.*
11. *Citatio actis inſerta, præſumitur ad requiſitionem partis decreta.*
12. *Tres caſus, in quibus citatio abſque partis petitione decreta ſubſiſtit.*
13. *Qua forma mandet, qui alterius facultate vtitur.*
14. *Sententiam excommunicationis monitiones præcedere debent.*
15. *An citatus per tres terminos in vno mandato comprehenſos, primis duobus comparere teneatur.*
16. *Contra certas perſonas ſpecialis, contra incertas generalis citatio dirigitur.*
17. *Clauſula (ſi ſua intereſſe putaverit) actori notāda.*
18. *In vim huius clauſulæ comparēs de ſuo intereſſe docere debet.*

19. *Quando actor censeatur habilitasse personam comparentis.*
20. *Clausula (si habeat ius contradicendi) tutior est.*
21. *Citatio fiet in propriam personam, vel domum habitationis.*
22. *Intellectus l. scire. §. qui autem. ff. de excusat tut.*
23. *Reus in persona non inventus, citatur ad domum.*
24. *Absens à civitate aut loco domicilij, citatur ad domum.*
25. *Absens à domo ex vsu citatur indistinctè in personã domesticorum.*
26. *Post primam Citationẽ potest quis citari ad domum, si in iudicio non reperiatur.*
27. *Quomodo quis dicatur ad domum citari.*
28. *Domus quæ intelligatur.*
29. *Citatus ad domum vel Ecclesiam, non potest excommunicari, nisi personaliter monitus, aut latitet.*
30. *In his quæ sunt magni præiudicij requiritur vera cõtumacia.*
31. *Non inventus personaliter, primò ad domum, deinde ad ecclesiam citetur.*
32. *Tutius est, vt in vtroque loco citetur.*
33. *Universitas quomodo citanda, & congreganda.*
34. *Vniversitas secund. Bart. citari potest in solo capite.*
35. *Si mandetur citari pupillus, an sufficiat citare tutorem.*
36. *Vniversitas non potest excommunicari.*
37. *Peremptorium quid sit.*
38. *Quilibet iudex peremptoriè citat, sed non in prima citatione.*
39. *Ex causa necessaria, prima citatio potest esse peremptoria.*
40. *Per edictũ potest iudex citare perẽptoriè sine causa.*

41. Peremp-

41. *Peremptorium & tres citationes æquiparantur.*
42. *In cauſis gravioribus debent eſſe diſtincta edicta.*
43. *An tribus edictis, vel vno peremptorio quis citandus, relinquitur arbitrio iudicis.*
44. *Non ſola peremptorij aſsignatio, ſed brevitas termini præſtat cauſam appellandi.*
45. *Prima citatio nunquam peremptoria, niſi hoc expreſſum.*
46. *Termini poſt litisconteſtationem ſunt peremptorij.*
47. *Citatio ad ſententiam debet eſſe peremptoria.*
48. *Ad miſsionem in bona, amotationem bonorum, & ſententiam abſolutoriam requiritur peremptorium.*
49. *Quoties iudex procedere intendit ad præiudicialia, peremptorium requiritur.*
50. *Non poteſt quis excommunicari, niſi ter præmonitus.*
51. *In extraiudicialibus, non eſt peremptorium neceſſarium.*
52. *In cauſis ſummarijs, & poſt contumaciam non requiritur peremptorium.*
53. *Qui dicit ſe nolle comparere, amplius non citatur.*
54. *Quando citatus nuncio ſic reſpondit, expectandus eſt lapſus termini.*
55. *Non comparens in termino, quando amplius non citetur.*
56. *Ita citatio fieri debet, vt veriſimiliter ad notitiam citati pervenire poſsit.*
57. *Probãs ſe habuiſſe edicti ignorantiam, cenſetur purgare contumaciam.*
58. *Sequimur veriſimile, an ad notitiam citati citatio pervenerit.*
59. *Non ſufficit edictũ in vicinis locis affixum, niſi ſimul probetur ad notitiam citati pervenire potuiſſe.*
60. *Omnes inducia de iure arbitrariæ.*

61. An dies exequutionis sit termino computandus.
62. Quando terminus præfigitur ab actu & non à die, dies termini computatur.
63. Gail tenet diem insinuationis non connumerari.
64. Distinctio Panormitani.
65. Quando dies certus assignatus, non dies sed terminus attenditur.
66. Optima citandi formula ob incidentes ferias.
67. Citatio ad diem feriatam secundum aliquos valet.
68. Secundum alios hic enumeratos, non valet.
69. Ad evitandū has disputationes cōsulitur hæc forma.
70. Citatio facta die feriata ad honorem Dei non valet, ex communi Dd. sententia, secus si ad necessitatem hominis.
71. Explicatio l. 1. ff. de fer.
72. Tempore feriarum hominum potest nō tantum quis citari, sed etiam citatio committi vt compareat die non feriata.
73. Quid conferret l. fin. C. de fer.
74. Exequutiones diebus festis factæ ex vsu valent.
75. Ratio quare citatio die feriata facta valeat.
76. Triplices sunt feriæ.
77. Repentinæ feriæ quæ sint, & vnde dicantur.
78. Solemnes feriæ, quæ sint hic enumerantur.
79. Tabula feriarum Coloniæ servari solitarum.
80. In ferijs non tractantur ad contentiosam Iurisdictionem pertinentia.
81. Ferijs ob honorem Dei introductis nemo renunciare potest.
82. Necessitas, & pietas, aliquando suadent tractationem causæ in his ferijs.
83. Rusticæ feriæ quæ, & ob quam causam introductæ.
84. Tempora l. 2. C. de fer. nostro cœlo non conveniunt.

85. Ferijs

85. *Ferijs ob honorem hominum introductis renunciari poteſt.*
86. *An ij, qui non occupati circa meſſem & vindemiam gaudeant earum privilegijs.*
87. *Feſta palatij non celebria, non ſervantur coram ordinarijs.*
88. *Quæ ad voluntariam iuriſdictionem pertinent, quolibet die feriato explicari poſſunt.*
89. *Iudex debet aſſignare locum, in quo reus cõpareat.*
90. *In loco nõ tuto nemo tenetur comparere, etiamſi mittantur literæ ſalui conductus.*
91. *Si actus alio die vel hora geratur, quam ad quem reus citatus, ipſo iure non valet.*
92. *Citatio valet nulla adiecta hora.*
93. *Delegatus non poteſt regulariter, quem in perſona ad iudicium evocare.*
94. *Quis procurator dicatur ſufficienter inſtructus.*
95. *Procurator cauſæ notitiam habere debet.*
96. *Procurator de facto interrogatus, non habet dilationem, niſi de novo emerſerit.*
97. *Munimenta quæ dicantur.*
98. *Citatio continere debet ſuper quo quis citatur.*
99. *Comminatio habet vim peremptorij, etiamſi non exprimatur.*
100. *Quæ comminatio non habeat vim peremptorij.*
101. *Intellectus l. in peremptorio. ff. de iudic.*
102. *Peremptoriè citare quid ſit.*
103. *Non refert ex æquipollentibus quid fieri.*
104. *Modus citandi per edicta, eſt regulariter prohibitus.*
105. *Edictum citatorium quomodo debeat inſinuari.*
106. *Quando ignoratur perſona, cuius interſit, fit citatio per edictum.*
107. *Cuius effectus ſit, edictum publicum iſtis caſibus.*

108. *Quare ante matrimonium fiant publicæ denunciationes.*

109. *Quando imploratur officium Iudicis cõtra absentes, vel ignorantes, sufficit edictum.*

110. *Semel legitimè citatus non comparens, citatur per edictum.*

111. *Citatus ad certum actum non comparens, ad alium actum per edictum citari non potest.*

112. *Citatus generaliter vsque ad definitivam non comparens, postea edicto citatur.*

113. *Distinctio Ioannis Andreæ à Castren. & Dd. communiter probata.*

114. *Auditores Palatij in Romana Curia citant, primò generaliter in personam, deinde per edictum.*

115. *Eundem modum seruant etiam iudices extra Curiã.*

116. *Idem est non comparere, vel comparere, & non permanere.*

117. *Citatio ad totam causam ita afficit citatum, vt non possit à iudicio recedere, nisi dimisso procuratore ad totam causam.*

118. *Consilium Bartoli contra Vagabundum, vel in remotis agentem, qui primo termino compareat.*

119. *Impediens aditum ad se, à quocunque iudice per edictum citari potest.*

120. *Propter metum & potentiam citandi, potest fieri citatio per edictum.*

121. *Intellectus & resolutio clem. 1. de iudic.*

122. *Priusquam citetur quis per edictum, debet summariè constare de non tuto accessu.*

123. *Quomodo probabitur non tutus accessus.*

124. *An necessùm sit legere citationem priusquàm affigatur.*

125. *Nõ est necessùm referre, quãdiu duraverit affixio.*

126. *An*

Digitized by Google

126. *An cautior modus affigendi copiam, vel originale.*
127. *Soli nuncio creditur in facto sibi commisso.*
128. *Iudex proprio, vel alterius sigillo, citationē muniet.*

ALEXANDER Pius Decanus ecclesiæ sancti Sylvestri Bruxellensis, Mechlinien- I.
sis Diocæsis, causæ & causis ac partibus infrascriptis iudex, & Commissarius, vnà cum certis alijs nostris, I.
in ea parte collegis, cū illa clausula, Vos, vel duo, aut vnus vestrū, &c. à Sede Apostolica specialiter deputatus, Vniversis & singulis ecclesiarum pa- II.
rochialium rectoribus, seu locatenentibus eorundem, cœterisque præsbiteris, clericis, notarijs & tabellionibus publicis quibuscunque, dictæ sedi apostolicę subiectis, salutem in domino, & nostris huiusmodi imò verius apostolicis firmiter obedire mandatis, Literas sanctissimi in Christo Patris & Domini nostri Domini N. divina providentia Papæ in forma brevis, sub annulo piscatoris expeditas, vnà cum supplicationis papiri scedula, eisdem inclusa, fideliter clausas, sanas siquidem & integras, non vitiatas, non cancellatas, non abrasas, neque in aliqua sui parte suspectas, sed omni prorsus vitio & suspicione carentes, nobis per providum virum Sempronium ciuem Lovanien sem in dicta supplicationis papiri scedula principaliter nominatum, debitè præsentatas, nos cum ea, qua decuit, reverentia noveritis recepisse, aperuisse, & legisse huiusmo- III.
di sub tenore.

*Inseritur hoc loco tenor rescripti & deinde subiungitur.*

Post quarum quidem literarum apostolicarū in forma

in forma brevis, ac ſupplicationis papiri ſcedulæ incluſæ præſentationem,& receptionem,ſic v-
IIII. ti præmittitur, factas, fuimus per dictũ Sempronium principalem debita cum inſtantia requiſiti,quatenus ad earundem literarum exequutionẽ procedere,ac ſibi citationem contra Titium clericum Leodienſis Diocæſis exadverſo principalem, in dicta ſupplicatione principaliter nominatum, omneſque alios & ſingulos ſua communiter vel diviſim intereſſe putantes,in exequutione eiuſdem citationis nominandos, in forma ſolita & conſueta decernere & concedere dignaremur,& vellemus.Nos igitur Alexander Decanus iudex & Commiſſarius attendentes requiſitionem huiuſmodi fore iuſtam, & rationi conſonã, volenteſque in cauſa huiuſmodi ritè & legitimè procedere, ac partibus ipſis,dante domino,iuſtitiam debitam & expeditam miniſtrare (vt tenemur) idcircò authoritate apoſtolica nobis com-
V. miſſa, & qua fungimur in hac parte, vos omnes, & ſingulos ſupradictos, quibus præſentes noſtræ literæ diriguntur, requirimus & monemus,primò, ſecundò, tertiò, & peremptoriè communiter & diviſim. Et nihilominus vobis & veſtrûm cuilibet inſolidum in virtute ſanctæ obedientiæ, & ſub excommunicationis pœna (quam in vos & veſtrûm quemlibet ferimus in his ſcriptis,& etiam promulgamus, ſi neglexeritis ea quæ præcipimus) diſtrictè præcipiendo mandamus, Quatenus intra ſex dierum ſpatium poſt præſentationem & notificationem præſentium, vobis ſeu alteri veſtrum factas, & poſtquam earum vigore pro parte præfati Sempronij fueritis requiſiti,ſeu

aliquis

aliquis veſtrûm fuerit requiſitus, immediatè ſequẽtium, quorũ quidẽ ſex dierum duos pro primo, duos pro ſecũdo, & reliquos duos dies vobis vniverſis & ſingulis ſupradictis pro tertio & peremptorio termino, ac monitione canonica aſſignamus, dictum Titium exadversò principalem, omneſque alios & ſingulos ſua communiter & diviſim intereſſe putantes in exequutione præſentium nominandos in eorum & cuiuslibet ipſorum proprijs perſonis, ſi eorum præſentias cõmodè habere poteritis, alioquin in hoſpitijs habitationum ſuarum, ſi ad ea vobis tutus pateat acceſſus, & receſſus, ac in parochiali, ſeu parochialibus, ſub qua, vel quib⁹ degunt & morãtur, alijſue eccleſijs, & locis publicis quibuſcunq; intra miſſarum & aliarum divinarum horarum ſolemnia, dum ibidem maior populi multitudo convenerit, palam, & publicè, peremptoriè citare curetis, Ita tamẽ quod veriſimile ſit, citationem veſtram huiuſmodi ad ipſorum citãdorum notitiam pervenire poſſe, nè de præmiſsis vel infraſcriptis ignorantiam aliquam prætendere valeant ſeu quomodolibet allegare, quos nos etiam & eorum quemlibet tenore præſentium ſic citamus, quatenus octava die exequutionem præſẽtium immediatè ſequente, ſi dies illa octava iuridica fuerit, & nos pro tribunali ſederimus, alioquin prima die iuridica, extunc proximè & immediatè ſequente, qua nos Bruxellæ in domo noſtræ ſolitæ reſidentiæ, manè hora tertiarum audientiæ cauſarum conſueta ad iura reddendum & cauſas audiendum pro tribunali ſedere contigerit, compareant, & quilibet eorum compareat, in iudicio legitimè

VI. VII. VIII. IX. X. XI. XII. XIII. XIIII. XV.

legitimè coram nobis per ſe, vel procuratorem
XVI. ſeu procuratores ſuos idoneos ad cauſã ſeu cau-
XVII. ſas huiuſmodi ſufficienter inſtructos cum omnib⁹ & ſingulis actis, actitatis, literis, ſcripturis, pro-
XVIII. ceſsibus, alijſque iuribus & munimentis, cauſam & cauſas huiuſmodi tangentibus & concernentibus præfato Sempronio principali, ſeu eius legi-
XIX. timo procuratori, de & ſuper omnibus & ſingulis in dictis literis apoſtolicis, ac ſupplicationis papiri ſcedula contentis, narratis & deſcriptis, de iuſticia reſponſuri, ac dicturi ac oppoſituri, ſi quid & quicquid cõtra noſtras huiuſmodi atque apoſtolicas literas, & ſupplicationem præinſertam, & in ipſis contẽta, ac nos noſtramque in hac parte Iuriſdictionem verbo, vel in ſcriptis dicere, ſive excipere voluerint, vlteriuſque in cauſis huiuſmodi proceſſuri, procediq; viſuri, ad omnes & ſingulos actus, & terminos ſubſtantiales, & incumbentes, gradatim & ſucceſsive, ſervatis terminis debitis, etiam vſque ad diffinitivam ſententiam incluſivè. Certificantes nihilominus eoſdẽ ſic citatos, & eorum quemlibet, quod ſive in dicto citationis termino comparere curaverint, ſi-
XX. ve nõ, nos nihilominus ad præmiſſa omnia & ſingula, per citationis publicas valuis eccleſiæ Col-
XXI. legiatæ Sanctæ Gudulæ Bruxellen. ad inſtar edictorum publicorum, quæ olim in albo prætorio ſcribebantur, pro ſingulis actis & terminis ſubſtãtialibus, & incũbentibus huiuſmodi affigẽdas, prout ſolet contra abſentes ſeu contumaces procedi, proceſſuros, iuſtitia mediãte, dictorũ citato-
XXII. rũ abſentia ſive contumacia in aliquo nõ obſtãte, Diem verò ſeu dies citationis veſtræ huiuſmodi,

atque

Digitized by Google

atque formam & quicquid in præmiſsis feceritis, ſeu aliquis veſtrum duxerit faciendum, nobis remiſsis præſentibus quam primùm poteritis, fideliter reſcribite & intimate, In quorum omnium & ſingulorum fidem & teſtimonium præmiſſorum, præſentes literas citatorias exinde fieri, & per notarium publicum infraſcriptum ſignari, & ſubſcribi mandauimus, ſigillique noſtri proprij iuſsimus & fecimus appenſione communiri. Datum, &c. XXIII.

Alexander Pius N. Doctor Collegiatæ Eccleſiæ Diui Cuniberti Colonienſis Decanus iudex & Commiſſarius cauſæ, ſeu cauſarum, appellationis & appellationũ, nullitatis & nullitatũ iniquitatis & iniuſtitiæ, attẽtatorumque & innouatorum quorumcunque, ac partium infraſcriptarum, à ſanctiſsimo in Chriſto patre ac Domino dño N. divina providentia Papa eius nomine N. Sanctaque Sede Apoſtolica, vnà cũ certis noſtris in hac parte collegis, cum clauſula. Et eorum quilibet, ſpecialiter deputatus, Vniverſis & ſingulis pręsbiteris, clericis, notarijs & tabellionibus publicis, per civitates & Diocæſin Colonien. ac aliàs vbilibet cõſtitutis ſanctę ſedi apoſtolicę ſubiectis, proque præſentium exequutione faciendâ requiſitis ſalutem in Domino, & noſtris huiuſmodi, imò verius apoſtolicis obedire mandatis. Literas Commiſſoriales benememorati ſanctiſſimi Domini noſtri Papæ, ſub annulo piſcatoris expeditas, ſanas, quidem & integras, non vitiatas, non cancellatas, neque in aliquâ earundem parte ſuſpectas, ſed omni prorſus vitio & ſuſpicione carentes, 2. *Forma citationis delegati apoſtolici ſecundum ſtylum Colonienſem.*

carentes, nobis pro parte providi viri N. huius cauſæ appellãtis principalis in ijſdẽ literis Commiſſorialibus principaliter nominati, nobis præſentatas, nos cum ea qua decuit reverentia recepiſſe noveritis, ſub eiuſmodi verborum tenore.

*Reſcripti tenor, hoc loco inſeritur & deinde ſubiungitur.*

Poſt quarum quidem literarum Commiſſorialium apoſtolicarum præinſertarum preſentationem, & receptionem, nobis & per nos, vti præmittitur, reſpectivè factas, fuimus pro parte prænominati appellantis debita cũ inſtantia requiſiti & interpellati, quatenus ad earundem literarũ realem & actualem exequutionẽ iuxta vim, formam, & tenorem inibi expreſſos procedere, illique noſtrum citationis mandatum legitimum, contra & adverſus ſupradictum N. adverſarium, & appellatum exadverſo principalem in literis apoſtolicis prætactis principaliter nominatum, vnà cum inhibitione pœnali cõtra eundem, nec non prælibatum Dominum Officialem Curiæ Archiepiſcopalis Colonienſis prioris inſtantiæ huius cauſę iudicem & quoſcunque alios, quibus inhiberi neceſſe fuerit, in forma meliori aliàſque eõſueta decernere vellemus atque dignaremur. Vnde nos Decanus iudex & Commiſſarius apoſtolicus antedictus, attẽdentes petitionem huiuſmodi fore, & eſſe iuſtã, & rationi conſentaneam, quodque iuſta petenti non veniat, aut ſit denegãdus aſſenſus, volentes quoque literas Commiſſoriales apoſtolicas prętactas ritè ac legitimè, prout tenemur, exequi, & ſeu ad earundem realem, debitamque exequutionem actualiter procedere,

ac parti-

ac partibus inibi nominatis iuſtitiam dante Domino adminiſtrare expeditam, citationis & inhibitionis mandatum præpetitum ſub clauſulis & pœnis infraſcriptis, aliaſque in forma conſueta decreuimus, & conceſsimus, prout decernimus & cõcedimus expreſsè præſentium tenore. Quocirca vobis omnibus & ſingulis ſupradictis & veſtrum cuilibet inſolidum in virtute ſanctæ obedientiæ, & ſub excommunicationis pœna, quam in vos & veſtrum quemlibet, niſi feceritis ea, quæ vobis committimus & mandamus, monitione canonica, præmiſſa, in hiſce ſcriptis ferimus diſtrictè præcipiendo mandantes, quatenus ſtatim viſis & receptis præſentibus ac dum quoties & quando pro parte prædicti N. appellantis principalis requiſiti fueritis, aut aliquis veſtrũ requiſitus fuerit, authoritate apoſtolica nobis vti præmittitur conceſſa, citetis peremptoriè coram nobis, in & ad domum noſtram Decanalem, intra immunitatem prætactæ eccleſiæ ſancti Cuniberti ſitam, in qua iura reddere & cauſas nobis commiſſas audire ſolemus ſuprafatum N. appellatum ex adverſo principalem, ad N. diem exequutionem præſentium ipſi factam immediatè ſequentem, iuridica ſi fuerit, & nos pro tribunali ſederimus, aliòquin ad diem iuridicam extunc proximè futuram, & ad horam ſeptimam ante meridiem iudicij ſiue audientiæ cauſarum conſuetam, Ad coram nobis per ſe, aut procuratorẽ ſuum legitimum ad hoc ſufficiens mandatum, neceſſariamque cauſę inſtructionem habentem, iudicialiter comparendum, contra & adverſus literas commiſſoriales apoſtolicas præmentiona-

 tas earun-

tas earundemque contenta & tenorem, nec non noſtram illarum vigore nobis cõceſſam & attributam iuriſdictionem dicendum & excipiendũ, quicquid verbo vel in ſcriptis contradicere vel excipere voluerit aut poſsit,& quatenus nihil rationabile & in iure relevans contradictum ſiue exceptum fuerit,extunc ad videndum & audiendum, nos huius cauſæ ſeu cauſarum, ac partium hinc inde contendentium iudicem fore, & eſſe competentem pronunciari, inque cauſa ſeu cauſis huiuſmodi vnà cum omnibus & ſingulis ſuis incidentibus, dependentibus, emergentibus, annexis & connexis totoque negotio principali, ad omnes & ſingulos actus & terminos iudiciales gradatim & ſucceſsivè etiam vſque ad ſentẽtiam noſtram diffinitivam, illiuſque debitam ac totalem exequutionem, iuxta literarum Commiſſorialium apoſtolicarum præinſertarum vim,formam, & tenorem, per nos, & coram nobis procedi, aliaſque fieri, ſtatui, & ordinari, quod iuſtum fuerit, & ordo dictaverit rationis. Vel dicendum cauſaſque rationabiles & legitimas allegandum, quare præmiſſa fieri non debeant, & ad ea non teneatur, cum intimatione debita, & conſueta. Inſuper attendẽtes,quod lite & cauſa huiuſmodi appellationis corã nobis indecisè pendentibus, nihil debeat per quempiam attentari, aut innovari. Idcirco eadem authoritate apoſtolica nobis, vti præfertur, conceſſa, & qua fungimur in hac parte, vobis omnibus & ſingulis ſupradictis, & veſtrum cuilibet inſolidum, tenore præſentium diſtrictè præcipiendo mandamus, quatenus poſt præmiſſæ citationis exequutionem inhibeatis

hibeatis præmemoratis tam N. appellato exadverſo principali, quam etiam præfato Domino Officiali Curiæ Archiepiſcopalis Colonienſis prioris & noviſsimæ inſtantiæ iudici, omnibuſque alijs & ſingulis vtriuſque ſexus & ſtatus hominibus, quibus opus fuerit inhiberi, tempore exequutionis harum vobis in ſpecie deſignandis, quibus & eorum cuilibet, nos etiam ſub ſuſpenſionis à divinis, excommunicationis maioris, & mille florenorum aureorum Rhenenſium auri in auro, pro vnâ Cameræ apoſtolicæ ſeu eius Fiſco, proque reliquâ medietatibus dicto appellanti, ſi commiſſum fuerit, irremiſsibiliter applicandorum & ſoluendorũ pœnis tenore præſentium ſic inhibemus, Ne ipſi, ſeu eorum aliquis, de cætero lite & cauſa huiuſmodi corã nobis indecisè pendentibus, quicquam, quod in noſtrę imò verius apoſtolicæ iuriſdictionis vilipendium, & contemptum, præfatique appellãtis damnum, & iacturam tendat, ſiue vergat, attẽtare ſiue innovare audeant vel præſumant, per ſe vel alium ſeu alios, publicè vel occultè, directè vel indirectè, quovis ad hoc quęſito colore vel ingenio, quod ſi ſecus factũ fuerit, id totum per viam attentatorum revocari, & in priſtinum ſtatum reduci curabimus, & nihilominus cõtra rebelles, & contrarium facientes ad dictarum eccleſiaſticarum cenſurarum declarationẽ, pœnæque pecuniariæ exactionem, arctius prout de iure poterimus, procedemus & procedi faciemus, iuſtitia mediante. Niſi ſaltem in termino prætactæ citationis noſtræ, cauſas coram nobis allegaverint legitimas, quare præmiſſa fieri non debeant, & ad ea de iure



Digitized by Google

non teneantur, Certificantes insuper eosdem citato & inhibitos, & eorum quemlibet quod si in termino nostræ citationis huiusmodi comparere, inhibitionisque prę insertæ effectui obtemperare non curauerint, Nos nihilominus ad partis comparentis ius, & iustitiam suam prosequi curantis instantiam, ad præmissa omnia & singula illorumque continuationem vlteriorem etiam vsque ad sententiæ nostræ diffinitivæ promulgationem, illiusque totalem exequutionem prout iuris, & moris est, procedemus & procedi faciemus Ipsis de cœtero non aliter, quam in valuis maioris ecclesiæ aulæque archiepiscopalis Colonienſis, vocatis & citatis, ipsorum absentia, seu verius contumacia in nullo obstante. Reddite literas sigillatas debite exequutas. Datum, &c.

*Formæ explanatio.* HAEC citationis formula comprobatur *c. tum ex literis. ext. de in integ. restit. in c. vlt. ext. de dol. & cont.* pro cuius commodiore interpretatione ipsius verba repetamus.

*I.* Alexander Pius. Nomen & cognomen iudicis exprimi debet, vt sciat reus, quis citet, & ne
*3.* in nomine iudicis errare possit, *l. si in iudicis. ff. de iudic.* (Adde *Gail. lib. 1. obs. 48. nu. 6.*) Et si plures sint iudices, qui citant, tum maioris & dignioris nomen præponendum erit, vti hoc latius notavit *Specul. tit. de Cit at. §. iam de citatione. vers. porro si sint plures.*

*II.* Vniversis & singulis. Rectè, nam citationis officium, potest delegatus principis cuilibet,
*4.* discretione prævia, demandare, ac punire merito contemptorem *c. pastoralis. §. item cum. totum & ibi not.*

Digitized by Google

*ibi not. ext. de offic. deleg.* Et in hos omnes, iurisdictionem habet, quum alias sua Iurisdictio commodè explicari non possit *c. 1. c. præterea. ext. de offic. deleg.*

Huiusmodi sub tenore. Delegatus in literis citatorijs, tenorem rescripti, siue commissionis inserere debet, vt sciat reus, qua authoritate citetur *c. præterea. ext. de dilat.* præsertim si in ius vocandus habitet in loco admodum remoto; tunc enim vocatus ire minimè teneretur, etiamsi vocans se delegatum asserat, nisi de commissione saltem per simplicem copiã literis insertam docuerit. *d. c. præterea. gl. in c. si episcopus 3. q. 2. not. Bart. in Auth. qui semel. C. quom. & quando Iud. Spec. tit. de citat. §. sequitur videre, versic. vtrũ autem citatus.* (Adde *Gail. d. obs. 48. num. 17.* vbi hanc communem & sequendã dicit) nec obstat *c. cum in iure. ext. de offic. iud. deleg.* quod vult de commissione plenè constare debere, atque ita copiam non sufficere, quia loquitur in casu, in quo grauissimũ vertitur præiudicium, puta, in casu exequutionis sententiæ, secus est in ipsa comparitione rei, *arg. l. si quis ex aliena. ff. de iud.* parti tamen comparenti, inprimis de commissione plena fides fieri, & ipsum originale inspiciendum præberi debet, priusquam adversario respondere cogatur, quum hoc maioris sit præiudicij *d. c. cum in iure. l. vni. C. de mand. Princip l. prohibitum. C. de Iure Fisci. lib. 10. gl. 3. in c. porro. ext. de privileg.* Si autẽ in ius vocãdus in loco propinquo degat, vocatus ire omnimodo tenetur, etiamsi rescripti copia citationi inserta nõ sit, modo vocãs se delegatum asserat, Quum ex hoc dubium probabile oriatur, quod efficit, vt quis ire

III.

5.

6.

7.

8.

9.

cogatur, *arg.d.l.ſi quis ex aliena.ff.de Iud.* ſecùs ſi iudex non aſſerat ſe delegatum, nec aliàs ordinariam habeat iuriſdictionem, vti hęc plenius notantur *in d.c.præterea.ext.de dilat.* (Adde *Henning.Goed. Rub.7.nu.fin.plenius Gail.d.obſ.48.nu.17.& ſeqq.* C.W.)

IIII. Ac ſibi citationem. Ad hoc vt citatio valeat, duo neceſſaria intercedere debent. Primum

I°. vt iudicis authoritate fiat, ſecundum vt ad partis inſtantiam & requiſitionem concedatur, *not.Bart. in l. ad peremptorium. ff. de Iud.facit l. 4. §. hoc autem iudicium. ff.de dam. infect.* Nam iudex ad vtilitatem privatam officium ſuum non interponit, niſi petatur, *not. in d.l.4.§. hoc autem iudicium. Innoc. in c.ad noſtram. 2. ext. de iureiur.* veruntamen in dubio, ſi

II. appareat citationem & illius commiſsionem in actis deſcriptas eſſe, præſumitur partis requiſitionem interceſsiſſe. Quũ alioqui citatio foret nullius momenti. *Panor. in c.1. nu.4.& 35.ext. de Iud.in c.propoſuiſti.nu.3.ext.de for. compet.* (ADDE. *Gail. lib. 1.obſ.50. nu.3. vſque ad finem.* & communiter probatum teſtatur Menoch. *lib.2. præſumpt.23. per tot.* C.Wimpler.) Nota tamen, citationem non requirente parte factam, valere. Primò, quãdo vocatus cõparens ni-

I2. hil opponit. *Bald.in l.1. penult. col.vt C. quæ de advoc. Felin. in c.1.nu.2.ext.de Iudic.* Secundò, quando aliàs inſtantia expiraret, quia tunc iudex proprio motu citare poteſt. *Bart.in l. Seius & Augerius ff. ad l. Falcid.* Tertiò quando cauſa bonum publicum reſpicit, veluti electionem, nam tunc iudex ex officio citare poteſt. *Panor.in c.propoſuiſti.num.3.ext.de for.compet. gl. in c. vlt. ext. de elect. lib. 6. Felin. in c.1. num.2.ext.de iud.* (Adde *Gail.d.obſ.50.nu.fin.*)

I3. Quâ fungimur in hac parte. Hac formâ præcipere

præcipere ſolet is, qui nõ ſua, ſed alterius poteſtate vtitur, nam iniungit authoritate qua fungitur, *c. cum in iure. & ibi Panor. in 3. not ab. ext. de offic. iud. deleg.* 13.

Duos pro primo, duos pro ſecundo, &c. VI.

Praxin interponẽdi eiuſmodi monitiones, (quas vt canonicè promulgetur excommunicationis ſententia, ſtatuunt iura præmitti) vide traditam per elegantem gl. verb. vna pro omnibus *in c. cõſtitutione. ext. de ſent. excom. lib. 6.* ADDITIO, 14.

An autem per huiuſmodi tres diſtinctos terminos in vno mãdato expreſſos, citatus primis duobus terminis, aut altero illorum comparere teneatur, & nõ comparendo faciat terminum circumduci, controvertitur, ait *Bartolus in l. qui ante. ff. de verb. obligat. & l. prætor ait §. ſi aliquando ſtetit. ff. de noui oper. nunc.* è contra Speculator negat *in Tit. de Citat. §. viſo. verſ. quid ſi in prima. &c.* quod conſuetudine receptum videtur, quia dicitur vnica citatio pro tribus, & primi duo termini nõ eam ob cauſam præfixi, vt reus comparere debeat, ſed vt ad peremptorium perveniatur, quare reus vltimo termino, & non ante comparebit, alias in contumaciam procedetur. *Zaſ. in d. l. qui ante. num. 11. ff. de verb. oblig.* Chriſtophor. Wintzler. 15.

Titium principalẽ, omneſque alios, &c. VII.

Hoc pacto poteſt citatio nominatim adverſus certam perſonã dirigi, & generaliter contra omnes alios, vt cõpareant, ſi ſuâ intereſſe putaverint, quando ſcilicet dubitatur, an aliorum etiam interſit, nam quoad eos, qui intereſſe aliquod prętendere poſſent, admittitur citatio generalis per edictum, ſi ignoti ſunt, & non aliter, *c. fin. ext. de elect. lib. 6. not. Innoc. in c. vlt. ext. qui mat. accuſ.* & nos infrà plenius dicemus. Et notanda eſt actori hæc clauſula, ſi ſua intereſſe putaverint, vt ſemper ea 16. 17.



Digitized by Google

vtatur, quando adverſarium vocari facit, vt veniat cauſam allegaturus, ſi velit, quare actor in poſſeſſionem talis fundi vel hęreditatis mitti, aut tale depoſitum ſibi reddi non debeat, aut vt ſimile quippiam faciat, Nam eo caſu, ſi quiſquam ſua intereſſe aſſerens compareat, ſiue principaliter, ſive
18. tanquam tertius, iuxta *l. ſi perluſorio. §. 1. & ibi Bart. ff. de appel.* is non audietur, niſi probet, ſaltem ſummariè, ſua intereſſe, *c. veniens. 2. & ibi not. ext. de teſtib. l. 1. & ibi Angel. ff. de appel. recip. & Dom. de Rot. decis. 53. in antiq.* (ADDE. *Gail. lib. 1. obſ. 69. num. 4. obſ. 70. nu. 23.* quem vide per aliquot obſervationes de iure & modo interveniendi & *Couar. pract. quæſt. cap. 12. & 14.* C. W.) Dicta enim clauſula, comparẽtem ab onere probandi minimè releuat. Secus ſi eiuſmodi clauſulam conditionalem actor non addi-
19. diſſet, tunc enim actor videretur comparentis perſonam habilitaſſe, vt poſtea repellere nõ poſſit, *l. 1. §. cum dicitur ff. ſi cui plus quam per leg. Falcid. not. Innoc. & Dd. in c. cum inter ext. de except. Bald. in l. vlt. C. de Edict. D. Hadrian. toll. & in l. ſi ſuſpecta in prin. ff. de inoffic. teſtam. Angel. Aret. in §. quadrupli col. 18. verſic. & advertas. Iuſt. de act. Bart. verſ. præterea. Bald. & Dd. in l. cum mulier ff. ſolut. matrim. Ant. de But. in c. exhibita. colum. antepe. ext. de iudic. Lod. Rom. in l. de pu-*
20. *pillo. in princ. ff. de no. oper. nunc.* ADDE. *Iaſ. in l. libertus num. 2. ff. de in ius voc. Caſt. in l. quamvis. num. 1. C. de edict. D. Hadrian. tol. & ibi Zuchard. in l. fin. num 405. & ſeq. Sapia num. 98. Cepol. caut. 68.* ſed tutius eſt dicere (ſi habeat ius contradicendi) cum ex priori clauſula in voluntatẽ citati collata, etiam habilitatus, & poſtquam iam cõparet, conditio purificata videatur, ex eo, quod putat ſua intereſſe, perinde igitur eſt, ac ſi purè citatus eſſet, *Zuch. d. l. num. 406. & Sap. num. 99. Menoch. de adipiſc. poſſ. remed. 4. num. 615. & ſeqq.* Chriſtoph. Winsler.

Proprijs

Proprijs personis, &c. Istud regulare est, vt citatio fieri debeat in personā, si reperiri possit, alioqui ad domum habitationis ipsius, *c. venerabilis in fin. ext. de dol. & cont. c. quisquis. 4. q. 5 c. causam quæ. & ibi gl. verb. ad domum, ext. d. tit. de dolo & cont. l. 4. §. prætor. ff. de dam. infect.* (Adde, quod communem dicat *Marant. d. membr. 1. num. 124.*) nō obstat, *l. scire §. qui autem supra centum. ff. de excusat. tut. ibi, oportet autem ei manifestari à præsidibus, vel in faciem, vel ad domum.* quæ cum alternativa sit, videtur sufficere citationem ad domum fieri; sed loquitur in alternativa, quæ non electionem denotat, sed citationis ordinem, ita vt primò citari debeat personaliter, si reperiatur, sin minus ad domum. Similis est alternativa ordinis in *c. mandato. ext. de præbend. lib. 6.* Si itaque Reus post debitam exequutoris inquisitionem non possit reperiri, citabitur ad domum habitationis, & censetur nō posse reperiri, quo ad hunc effectū, secund. *Bart. & Alex. in d. §. prætor. Anth. de But. & Panor. in d. c. causam quæ. ext. de dol. & cont.* si in iudicio non reperiatur, quando scilicet causa celeritatem desiderat *l. 4. §. prætor. vers. abesse. iuncta l. 1. ff. de dam. infect.* Si verò celeritatem non desideret, & prima fit ad iudicium evocatio non poterit ad domum habitationis citari, vt diximus, nisi absit à civitate vel à loco domicilij, *l. vt perfectius. C. de annal. except.* tenet *Innoc. in c. vlt. ext. de eo qui mitti. in poss. cauf. rei ser. & Panor. in d. c. causam quæ. num. 6. ext. de dol. & cont.* Quo casu si domestici rogati exequutori responderint, reum à civitate abesse, citabit exequutor reum ad domum, & in persona domesticorum, tradendo illis exemplum literarum citato-

VIII. 21. 22. 23. 24.

riarum, ſecund. *Alexand. vbi ſuppli.* & ſua relatione declarabit, quod reum diligenter quæſierit, & quod perſonaliter nõ inventum, citaverit ad domum. *Panor. in d.c. cauſam quæ. num. 8. ext. de dol. & cont.* ADDITIO, Imò indiſtinctè abſentem à domo, in perſonam domeſticorum etiam in cauſis maioris præiudicij, nulla alia præmiſſa inquiſitione, citari poſſe vſus obtinuit, teſte *Guid. Pap. quæſt. 465. num. 1. Peck. de iure ſiſtend. cap. 39. num. 2. in ordinat. Cameræ part. 1. cap. 28.* probatus, & hoc ita iuris eſſe, ex ſententia Baldi aſſerit Maranta *memb. 1. num. 126. idem Alex. d.l. 4. §. prætor. num. 2.* cum is abſens dicatur qui non reperitur in loco, in quo quæritur, *l. abſentem. ff. de verb. ſig. Gail. lib. 1. obſ. 49. num. 8. & ſeq.* Vnde Citatio in perſonam vxoris cohabitantis marito, ſufficit ad cõtumaciam mariti *Mynſ. Cent. 3. obſ. 37.* etiamſi verè ad notitiam citati non pervenerit *Antho. Grauat. ad Veſt. lib. 5. cap. 13. nu. 13.* & hoc minus habet dubij, quando cum literis facta, *Marant. d. memb. 1. num. 81.* quemadmodum ſi iam ante in iudicio fuerit, tunc enim abſque vlteriori inquiſitione ad domum habitationis citari poterit, *Ioan. Pet. de Ferrar. in for. reſponſ. rei verb. In termino ſibi aſſignato, &c. num. 8.* & author noſter hic ſubijcit. C. 23.

25.

26. Si verò non fuerit prima citatio, poterit quis ad domum citari, ſi in iudicio non reperiatur, teſte *Bart. in d.l. 4. § prætor ait. not. gl. in l. & poſt edictum. ff. de iudic. & in auth. qui ſemel. & l. ab eo. C. quom. & quãd. Iud. vide d.c. 1. ext. de ſent excom. in 6. gl. in l. 1. § cum ex edicto ff. quæ ſent. ſine ap. reſcind.* Dicitur autem ad domum quis citari, ſi & ante domũ fiat exequutio, quia non poteſt exequutor domum inuito reo ingredi, & ſi ſecus fecerit, tenetur iniuriarum *l. plerique & ſeq. ff. de in ius voc. gl. verb. in domo, in clem. cauſam. de elect.* Domum præterea intellige privatam ipſius rei, in quo habet familiam *d. l. 4. §. prætor. ff. de dam. infect.* non autem officinam aut tabernam,

27.

28.

Digitized by Google

tabernam, Autho. Bart. *in d. §. prætor.* quem de hoc articulo pleni⁹ vide, & *Panor. in d. c. cauſam quæ. ext. de dol. & cont. in c. vlt. ext. de eo qui mitt. in poſſ. cauſ. rei ſer.* Nec hoc prætereundum eſt, illum qui ad domum vel eccleſiam citatus eſt, non poſſe excommunicari, niſi primo perſonaliter apprehenſus moneatur, aut conſtet illũ latitare, vel impedire, quo minus citatio ad eum perveniat, *Domi. de Rota deciſ. 134. incip. Item ſi de ſpeciali. & deciſ. 139. incip. Item ſi commitur. & deciſ. 184. incip. itẽ licet cõtra perſonaliter citatũ*, quia in his quę ſunt gravis prę iudicij, requiritur vera contumacia, *fac. c. conſultationibus. ext. de offic. iud. deleg. & in l. fulcinius. ff. ex quib. cauſ. in poſſ. eat. Innoc. in c. vlt. ext. de eo qui mitt. in poſſ. & ibi Panor. num. 14. Angel. in d. l. vt perfectius. C. de annal. except.* 29. 30.

Ac in parochiali. Reus perſonaliter nõ repertus citari poteſt ad domum, vel eccleſiã parochialem, *vt ait gl. verb. ad domum, in c. cauſam quæ. ext. de dol. & cont.* Hoc tamen ſenſu ſecundũ *Panor. ibi*, vt reus nõ repertus perſonaliter, ſi domum habitationis habeat, ibi primò citari debeat per *c. vlt. ext. de eo qui mitt. in poſſ. cauſ. rei ſer.* Sin domum non habeat, ad eccleſiam parochialẽ *c. vlt. ext. de dol. & cont.* Verum *Anth. de But. in c. quoniã frequenter. §. porrò, nu. fin. ext. vt lite non conteſt.* aſſerit tutius eſſe, vt in vtroq; loco, puta ad domũ & ad eccleſiã parochialẽ fiat, vti & hoc loco fieri mandatur. Hęc autem quę dicta ſunt, obtinent, quando citatur perſona, aliud verò obſervandũ, quãdo vniverſitas ad iudiciũ vocatur. Nã vniverſitas ſimul cõgregata citari debet, ſi haberi ſimul poſsit. ADDE. Quę congregatio fieri ſolet, per ſonũ campanę, vel ſuperiorẽ, qui convocare habeat, & ſi poſt requiſitionẽ illius ſe inclu- IX. 31. 32. 33.

includant vel abſentent, ne citatio inſinuetur, perinde erit ac ſi inſinuata eſſet, *arg. §. porro. in c. quoniam ext. vt lite non conteſt.* Hinc in ordinat. Cameræ *part. 1. cap. 38.* traditur, requirendum prius eſſe conſulem civitatis, vt convocet ſenatum, Item præſidem Iudicij, vt aſſumat alios, quibus citatio inſinuari poſsit, quod ſi facere recuſaverit, ſufficit ſola ipſius perſona, *fac. Bart. in extra veg. ad reprimendum. verb. citatum.* Si autem aliqui conveniant, ſufficit illis inſinuari *gl. in c. ſi capitulo. ext. de conceſſ. præbend. in 6. verb. factum.* Citatur etiam vniverſitas per edictum in loco, vbi congregari ſolet, & ſi cives clauderent portam, per affixionem copiæ in porta civitatis, *Marant. d. part. 1. part. 6. prin. memb 1. num. 94.* C. 23. Aut ſinguli, non vt ſinguli, ſed vt vniverſitatem vel capitulũ efficiunt *c. bonæ. 1. & ibi gl. verb. ſingulares. ext. de elect. Io. And. in d. c. ſi capitulo, & ibi gl. verbi factam. ext. de conceſſ. præb. lib. 6. Bart. in extra vag. ad reprimendum. Quomodo in crim. læſ. maieſt. proced. in verb. citatum,* vbi addit etiã poſſe dici, quod quemadmodum vnum hominem ſingularem quis poteſt citare, licet ſolum eius caput reſpiciat
34. & nõ reliquum corpus *l. ſatis. ff. de in ius voc. & arg. l. cum in diverſis. ff. de relig. & ſumpt. fun.* ita quẽ poſſe vniverſitatem citare, ſcilicet, caput eius citãdo, hoc eſt illos qui præſunt vniverſitati, civitati, cõmunitati vel Collegio *l. municipibus. ff. de cond. & demonſt.* vel etiam dici poſſet, ſecundum eundem, quod quemadmodum tutor poteſt citari in cauſis pupilli, ita rectores in cauſis vniverſitatis, *arg. l. item magiſtri. & l. ſeq. ff. de pact. l. 1. §. ſufficit. ff. de adminiſt. tut.* quod tamen putat verum ſi mandetur citari tutor. Si enim mandetur citari pupillus, an
35. tunc ſufficeret citare tutorem dubitari poſſet, de quo *vide ſupra Tit. 3. num. 5. & ſeq.* & ideo conſultũ eſt ſecundum eum, quod fiat commiſsio ad citã-

dum tuto-

Digitized by Google

dum tutorem & pupillum, administratores & vniuersitatem, quia tunc asserit sine dubio sufficere, si citentur rectores, veruntamen authore *Panor. in d. c. bonæ 1. nu. 19. ext. de elect.* vtile fuerit vt cõgregetur vniuersitas si fieri possit, & ita simul cõgregata citetur. ADDE. Per citationes autem factas rectoribus vniuersitatis, non constituitur vniuersitas verè contumax sed fictè *Bart. d. verb. citatum. in fine,* vnde & excommunicari vel suspendi nõ potest, Cum absque eo in vniuersitatem vel collegium excõmunicationis sententiam proferri penitus prohibeatur, nè innoxios huiusmodi sentẽtia irretiri cõtingat, sed in illos duntaxat, quos culpabiles esse constiterit, promulgari mandetur *c. Romanæ. §. in vniversitatem de sent. excom. in 6.* Si tamẽ excommunicetur, putat *gl. in d. c. bonæ 1. verb singulares, in fine, de elect.* tutius esse, impetrare absolutionem, quasi nõ modica præsumptio sit cõtra vniuersitatem, nisi doceret se nescisse. Christophor. Wintzler. 36.

Peremptoriè. Peremptorium dicitur eo, quod perimat disceptationem, hoc est, vltra non patiatur aduersarium tergiuersari *l. & tertium. ff. de iud.* quilibet autem iudex ordinarius, delegatus & subdelegatus peremptoriè citare potest, *c. cum Bertholdus. ext. de sent. & re iud. c. consuluit c. ex literis. ext. de offic. iud. deleg.* In prima, tamen, citatione peremptorium mitti non debet *l. tres denunciationes. l. consentaneum, & Auth. qui semel. C. quom. & quand. iud.* nisi ex causa necessaria, puta propter viarum distantiam, vel quia res celeritatem desiderat *l. 2. l. contumacia. ff. de re iud. l. nonnunquam. ff. de iudic. c. tum ex literis. in fin. ext. de rest. in integ. c. cum dilecti. c. cum olim. c. vlt. ext. de dol. & cont.* Et tunc adijciendum est verbum, peremptoriè, vt in *d. l. ad peremptorium, cum duabus ll. seqq. ff. de iudi.* Si tamẽ iudex X. 37. 38. 39. 40.

iudex omninò velit, poteſt primo edicto perẽptoriè citare etiam abſque cauſa neceſſaria (vt ferè fit) *Panor. in c. 1. & ibi gl. ext. de dilat & in d. c. cum ex literis.* modò peremptorium competentem terminum cõtineat, maximè cum intervallis terminorum iuxta *not. gl. in c. conſtitutionem verb. vna pro omnibus. ext. de ſent. excom. lib. 6.* (Adde *Gail. d. obſ. 53. num. pen.*) Nam peremptorium & tres citationes regulariter æquiparantur *d. l. contumacia. ff. de ſent. & re iud. & d. l. tres denunciationes. C. quom. & quand. iudex,* quod intellige verũ, quando citatio fit ſolũ vt inducatur contumacia iudicialis, *vt in c. quoniam frequenter. ext. vt lite non conteſt. c. vlt. ext de dilat.* Secus in cauſis graviorib⁹ ad privationẽ alicuius beneficij vel officij tendentibus, tunc enim nõ ſufficeret edictũ vnũ pro tribus, ſed edicta diſtincta eſſe debẽt, ſi de iure trina requiratur citatio *not. Io. And. in c. ex tua. & ibi Panor. nu. 4. ext. de cler. non reſid. per d. c. ex tua. & clem. 1. iuncta gl. de vita & honeſt. cleric.* Itaque vtrum edictis trib⁹, an vno peremptorio pro omnib⁹ quis citãdus ſit, iudicis arbitrio relinquitur, *Anth. de But. in c. vlt. nu. 2. ext. de dilat. & Doct. in c. 1. illo tit. arg. l. nonnunquam. ff. de iud.* nec ob id poterit adverſarius appellare, dicente *Innoc. in c. 1. ext. de dilat,* quod ſola peremptorij aſsignatio primo edicto facta, non eſt cauſa ſufficiens ad appellandum, licet brevior peremptorij termini aſsignatio iuſtam appellandi cauſam præſtet, de quo pleniùs in *d. c. 1.* (Adde *Gail. d. obſ. 53. nu. 19.*) Sic igitur prima ad iudicium evocatio nunquam cenſetur peremptoria, niſi ex dictorum numero, vel peremptorij expreſsione aliud appareat, reliquæ verò citationes omnes intelliguntur peremptoriæ c.

41. 42. 43. 44. 45.

Digitized by Google

riæ *c. pastoralis. & ibi not. Io. And. ext. de except.* quemadmodum termini omnes post litis ingressum censentur peremptorij *l. 1. in fin. C. de dilat. l. si ea C. qui accus. non poss. Bart. in l. si finita. §. Iulianus ff. de dam. infect.* requiritur autem peremptorium in quatuor duntaxat casibus. Primò, quando iudex procedere vult ad sententiæ prolationem contra absentem *vt in l. ad peremptorium. cum seq. ff. de iud. not. in c. consuluit. ext. de offic. iud. deleg. gl. verb. non peremptoriè. in clem. sæpe. de verb. sig.* Secundò, quando actor vult mitti in bonorum possessionem ex primo & secundo decreto, *vt not. gl. in l. præsenti. § cum autem monitus. verb. post edictorum. C. de his qui ad eccles. conf. & in l. si finita. §. Iulianus & ibi Bart. ff. de damn. infect.* (Adde. Et hoc consuetudine observari, testis est idem *Bart. in l. consentaneum. C. quom. & quand. iud.* C. 23.) Tertiò, quando iudex ad bonorum annotationẽ vult pervenire in causa criminali, quæ æquiparatur primo & secũdo decreto in civili, de qua *in tit. de requir. reis.* Quartò quãdo reus ab observatione iudicij absoluitur, *l. properandum. §. & siquidem C. de iudic. Bart. d. l. consentaneum.* Et generaliter quandocunque iudex ad ea, quæ gravis sunt præiudicij processurus est, requiritur peremptorium, dicente *Panor. in d. c. consuluit. nu. 11. ext. de offic. iud. deleg. Castrens. in l. post edictum. nu. 3. ff. de Iudic.* non autem in litis initio, quãdo iudex ad ea quę gravis sunt pręiudicij non intẽdit procedere, alias secus, vnde nõ potest quem excommunicare, nisi trina aut peremptoria præcesserit citatio *c. sacro. & ibi gl. ext. de sent. excom. not. in c. vlt. ext. de dol. & cont. in c. 1. & ibi gl. eod. tit. lib. 6. vide Bart. in l. si finita §. Iulianus de dam. inf.* non requiritur

46. 47. 48. 49. 50.

51. requiritur ergo peremptorium in actibus extra-iudicialibus, veluti quando canonici ad eligendum conuocantur, sufficit vnica monitio *c. cum nobis. & ibi Innoc. & Panor. ext. de elect.* Non requiritur etiam peremptoriũ, quando par citat parem. ADDE. Pro, citat, requirit, cum citatio emanet ex capite iurisdictionis, quam par in parem exercere non potest *l. 4. ff. de arbit. c. innotuit. 20. ext. de elect.* sic in terminis *Zas. in l. contumacia. fol. 6. ff. de re iud.* C.W. Vt puta iudex iudicem, arbiter arbitrum ad ferẽdum sententiam *not. Io. And. & gl. verbi requisierunt. in clem. 1. de haret.* In causis etiam in quibus proceditur summariè, de plano, sine strepitu, & figura iudicij peremptorium non requiritur *d. clem. sæpe. de verb. sig.* Idem vbi semel atque iterum citatus, ab aliquo grauamine appellãdo recessit, nam poterit contra eum diffinitiva proferri, absque alia citatione, quandoquidem appellando videtur protestari, se amplius non compariturum *c. 2. ext. de dol. & cont. lib. 6. vide Specul. tit. de citat. §. viso. vers. quid si quis recessit.* (Adde. *Marant. part. 1. 6. prim. memb. 1. num. 33.*)

53. Et consimiliter quando citatus etiam non peremptoriè, dicit, nolo comparere, idque iudicem scire volo, non requiritur hęc peremptorij solemnitas, amplius enim vocari non meretur, nec iudex ad hoc tenetur, etiamsi actus trinam requirat citationem *Innoc. in c. ad petitionẽ. num. 3. ext. de accusat. Dom de Rota decis. 260 gl. in l. vlt. ff. de integ. restit.* quod tamen verum intelligo, si vocatus vltrò ad iudicem vel ad iudicium vadat, contestans se nolle in termino comparere, quia tunc statim poterit iudex contra eum, tanquam contumacem procedere, vt *in c. venerabilibus. §. secus, ext. de sent. excom. lib. 6.* Si verò nuncio sic respo-

54. derit,

ponderit, expectandus erit lapsus termini citationis, tum quod nuncij assertio plenam probationem non faciat, tum etiam, quod extraiudicialis confessio, respectu criminis contumaciæ præiudicare non debeat, maximè cum potuerit calore iracundiæ sic respondisse, & confessio calore iracundiæ facta nullius est valoris, si in ea non detur perseverantia, *gl. ij. in c. ex literis. ext. de divort.* verùm si in termino citationis non com- 55.
paruerit, amplius non citabitur, nam tum sicut liquet illum nolle comparere, propter duas potissimum præsumptiones, quarum vna orta est ex sua contumacia, text. est elegans *in c. nullus. ext. de præsumpt.* Altera ex nuncij relatione *Panorm. in c. cum parati. num. 13. ext. de appellat. in c. vlt. in fin. ext. de dolo. & cont.* (Adde *Marant. part. 1. 6. princ. d. memb. 1. num. 19.*)

Ita tamen quod verisimile sit, &c. Citatio, quæ fit ad domum, vel ad Ecclesiam, aut etiam per edictum, necessariò ita, & in tali loco fieri debet, vt verisimiliter possit ad notitiam citati pervenire *l. sed etsi pupillus. §. 1. ff. de instit. action. c. vlt. & ibi gl. verbi generaliter ext. de electio. libr. 6. clem. causam, de elect.* Et hoc ne citatus literarum sive edicti ignorantiam causare possit, vt hic, & in *d. l. sed etsi pupillus. §. 1.* Si enim citatus allegat edicti ignorantiam, seque nullo modo edictum propositum sciviſſe probet, & pariter hanc ignorantiam affectatam non fuisse, censebitur purgasse cõtumaciam. Secus si fateatur se edictũ propositũ sciviſſe, nõ enim audietur, etiãsi asserat se edicto causam minimè præbuisse, quũ per hoc nõ purget suam contumaciam iam ex edicti notitia, XI. 56. 57.

& ſua non comparitione, contractam, *Felin. in c. quoniam. §. porro, in gl. verbi impedit. ext. vt lite non con-*
58. *teſt.* Sequimur igitur in eiuſmodi citationibus id, quod veriſimile eſt, cum certè nõ conſtet eas citationes ad citati notitiam perveniſſe. (Adde *Nicol. Anth. Grauat. ad Veſt. lib. 5. cap. 13. num. 13.*) Quo-
59. circa vt edicto citatus excommunicetur, non ſufficiet probare edictum in partibus vicinis affixum fuiſſe, niſi ſimul probetur, ita affixum fuiſſe, vt ad notitiam citati potuerit veriſimiliter pervenire, *per not. in c. ſi adverſarius, ext. de eo qui mitt. in poſſ. cauſ. rei ſer. Egid. de Bellemere concluſ. Rotæ, 188.*

XII. Octava die exequutionẽ preſentiũ, &c. Tempus iſtud poteſt is, qui ius dicit, ſecundum
60. conditionem cauſæ, vel perſonæ, vel locorum diſtãtiam moderari, & benè, nam omnes ferè inducię à iure ſtatutæ arbitrariæ ſunt, non quod iudex poſsit eas penitus denegare, ſed conſideratis locorum diſtantijs & perſonarum tẽporum viarum & negotij qualitatibus, cum expedire viderit, moderari, vel prorogare, *c. cum ſit Romana. & ibi Dd. ext. de appellat. l. nonnunquam ff. de iudic. l. 2. ff. de re iud. c. cum ex literis m fin. ext. de reſtit. in integ. c. 1. & vlt. ext. de dilat.* Quæritur autem vtrum dies exequutionis vel inſinuationis inter hos octo
61. dies cõnumerari debeat; & ſanè ex ſent. Io. And. *in additione ad Specul. in tit. de citatione. §. viſo. verſ. pen. in tit. de dilat. §. 1. verſ. ſed pone quod cauſæ. & in c. ſuper eo 2. ext. de appel.* videtur connumerari debere;
62. Nam, inquit, quãdo præfigitur terminus ab actu, & non à die actus numerãdus, fit ſupputatio temporis de momento ad momẽtum, & dies termini annumeratur termino, vt probatur *in §. biduum. 2. quæſt.*

*2. quæst. 6. in clem. causam. & ibi in gl. verb. interpositione. de elect.* Quandò verò statuitur à die, quo actus celebratur, non computatur dies termini, *c. statutum. & ibi in gl. verbi numerandum, ext. de præbend. lib. 6.* Cum itaque hic non dicatur, quatenus octava die diem exequutionis præsentium immediatè sequente, sed quatenus octava die exequutionem præsentium immediatè sequente, & sic ab actu & non à die exequutionis, meritò dies exequutionis connumeratur per supradicta. ADDITIO.

Gail. tamen *lib. 2. obs. 48. nu. 11.* simpliciter tenet, diem 63.
insinuationis non computari, *per l. 1. & ibi gl. ff. si quis cautio.* quæ sententia magis communiter probata, teste *Iason. in d. l. nu. 10.* plenius disputat, & in hac re Dd. digladiationem sese conciliare putat *Pet. Freder. Mind. de mandat. & proceß. lib. 2. cap. 18. per tot. vide & Mynsi. Cent. 5. obs. 15. per tot.* latissimè Tyraquell. *de iure retract. §. fi gl. 11. vers. Sed vt his omissis, &c.* vbi infinitos Dd. vtriusque opinionis pro more suo cumulat, si tamen videris limitat. 2. primæ partis, & limitat. 7. secundæ partis, invenies ab authore nostro ipsum parum, aut nihil discordare, dum primam opinionem, qua dies assignationis sive termini nõ computatur, quam num. 22. consuetudine approbari cum Iasone *ad l. 1. num. 20.* testatur, limitat, nisi terminus statuatur ab actu, & non die actus, quod tunc de momento ad momentum cõputetur, & contrariã partem restringit, etiam è contra, nisi terminus statuatur à vel ex die actus, quod tunc dies termini non computatur, quare vide eum latius & priorem partem cum 15. alteram verò cum 18. limitationibus. C. W. Panor. *in d. c. super eo 2.* 64
*num. 13.* vbi dicit, quod quando terminus præfigitur ad certum actum cum litera A. apposita numero dierum, vel annorum, vel mensium, tunc diem illam, non annumerari termino, secus quãdo litera A. apponitur determinato tempori, vel quãdo statuitur tempus simpliciter, sine litera A.

vel ſimili. Quia tunc tempus regulariter currit de momento ad momentum, niſi aluid appareat de mente iuris vel iudicis terminum ſtatuentis, vt in *l. 1. ff. ſi quis cautionibus. in c. ſolet. ext. de ſent. excom. lib. 6. c. 1. & ibi gl. verb. proponitur. & Phil. Franc. num. 5. ext. de reſtit. ſpoliat. lib. 6. c. 1. §. ſi quis autem. ext. de*
65. *ſent. excom. lib. 6.* Cœterum quando dies certus aſſignatur, puta, dicit iudex compareas feriâ ſecundâ poſt Epiphaniam, tunc non dies citationis ſed terminus aſsignatus attenditur, *Spec. tit. de citat. §. viſo. in fin. text. in clem. 2. de appel.*

XIII. Si dies ipſa octaua iuridica fuerit, &c. optima eſt hæc citandi formula, vt ſcilicet citetur
66. adverſarius, vt certo die, ſi iuridicus fuerit, alioquin proximo die iuridico ſequente compareat, nam ſi dies iſte feriatus comperiatur, an citatio, hac clauſula non adiecta, valeat dubitari poterit,
67. *Innoc. enim num. 1. Antho. de But. nu. 24. & Io. de Imol. in c. vlt. ext. de fer.* (Adde, Plures apud *Vanti. de nullit. ex defec. citat. num. 66.*) aſſerunt citationem valere, & quod illius vigore, citatus venire teneatur die aſsignata, non vt procedatur in cauſa, ſed vt iudici ſe repræſentet, vel teneatur die proxima iuridica ad iudicium venire *arg. l. celſus. §. 1. ff. de*
« *arbit. c. cum dilecti. ext. de dol. & cont.* Cum manda-
« tur, inquit Pontifex, alicui, vt ad certum terminũ
« ſe iudici repræſentet, duo ſub hac forma mandã-
« tur, vt ad iudicem veniat, & ad diem ſibi præfix-
« am accedat, vnde ſi venire non poſsit ad diem aſ-
« ſignatum, tenetur nihilominus ſe iudici præſen-
« tare. Quod autem citatio præſcripta nullius ſit
68. momenti, probant *Hoſtien. Card. & Panor. num. 21. in d. c. vlt. Salic. & Cyn. & plerique alij communiter in l.*

*vltima*

*vltima C. de fer.* citatio enim quæ fit ad diem feriatum, temeraria est, & citatum ad comparendum non impellit *l. 2. in fin. ff. si quis in ius voc. non ier. l. 1. ff. de fer.* quamobrem vt evitetur hæc Dd. disputatio, consultum est, ex sententia *Io. And. in d. c. vlt.* vt iudex vtatur hac citandi formula, de qua hic, quod etiam ferè omnes ecclesiastici iudices observant. (Adde *Gail. lib. 1. obs. 53. num. 2.*) An autem è contrario quis die feriato citari possit, vt compareat die non feriato? Sanè communis est omnium sententia, citationem non valere, si decernatur citari, aut citetur quis die ob honorem Dei feriato. Sin autem die ob necessitatem hominum feriato, citationem quidem factam valere, sed adversarium non compelli, vt tunc compareat, *Bart. & Alex. in l. 1. §. nunciatio ff. de noui oper. nunc. Bald. in l. vlt. C. de fer. Anth. de But. Io. de Imol. & Panor. num. 20. vbi cœm. in c. vlt. de fer. Lanfranc. in repet. c. quoniam contra falsam. in verbo, citationes. vers. tardem quæritur ext. de probat.* Nam *l. 1. ff. de fer.* statuens tempore ob necessitatem hominum feriato, adversarium ad iudicium venire compelli non posse, solum considerat effectum, hoc est, comparitionem, ad eam enim non vult citatum eo tempore astringi, non tamen vetat, quin citari possit, vt compareat die non feriata, quod etiam locum habet in ipsa commissione iudicis de citando, vti hoc praxis tam fori ecclesiastici quam secularis ferè recepit, videmus enim messium vindemiarumque tempore, citationes nedum in adversarium exequi, verum etiam commissiones de citando per iudices fieri; cui suffragatur decisio *Dom. de Rot. de feriis, vnica in not.*

69. 70. 71. 72.

73. *Lex autem vlt. C. de fer.* citationem die ob honorē Dei feriato fieri prohibens, non ſolum conſiderat effectum, ſed etiam principium, putà ipſam exequutionem, ideoque non ſufficit effectū conferri in tempus permiſſum, quum actus geſtus ſit tempore prohibito, *arg. c. vlt. ext. de reſtit. ſpol. & in l. Fulcinius. ff. quib. ex cauſ. maio. Panor. d. num. 20.* Li-

74. cet ſoleat de ſtylo & conſuetudine plurium curiarum recipi citatio facta die Dominico vel alio ob honorem Dei vel Sanctorum feriato, facta ad

75. diem non feriatum. ADDITIO. Quare exequutiones iſtis diebus factas valere dicit *Gail. d. obſ. 53. nu. 7.* & vſu receptas teſtatur *Vant. de nullit. ex defect. citat. nu. 46. tit. quib. mod. ſent. null. defend. poſſ. num. 119.* Et patet ex relationibus Parochorum harum partiū, qui omnes ferè diebus Dominicis ſe exequutos referunt. C. W. De iure tamen talis citatio nulla eſt, ſi fiat die ob honorem Dei feriato. ADDITIO. Prout eſt communis Dd. concluſio teſte *Anth. Granat. lib. 4. cap. 2. num. fin.* etſi *Gail. lib. 1. obſer. 53. num. 5. & 6.* dicat ſimpliciter citationem die feriata ad diem non feriatam valere, ex ea ratione, quod non ſit actus iudicialis, ſed extraiudicialis, non requirens cognitionem, quam rationem aſsignat & *Rot. deciſ. vnica de fer. in nov. Henning. Goed. in ſuo proceſſ. Rub. 9. num. 7. Vant. de nullit. ex defect. Citatio. num. 46.* C. W. Quocirca ſciendum eſt, eſſe

76. triplices ferias, repentinas ſcilicet, ſolemnes & ruſticas, Repentinæ dicuntur, quas ſolus Princeps

77. ob publicam gratulationem inducit; putà ob diem natalis ſui, vel filij ſui, vel ſuę coronationis, vel quia vxorem duxit, vel ob res proſperè geſtas, puta propter gaudium victoriæ ſuæ de inimicis habitæ, *l. à nullo. C. de fer. l. ſed & ſi. §. ſi feriæ. ff. ex quib. cauſ. maior.* Dicuntur autem repentinæ, quia incertæ ſunt, imò repentè & ſubitò inducuntur.

Solemnes

Solemnes sunt, quæ ad Dei cultum & honorem & Sanctorum reverentiam introductę sunt *c. fin. de reliq. & vener. sanct. lib. 6.* Sicut est natiuitas Domini, cum diebus seqq. vsque ad diem Epiphaniarum inclusivè, septem dies dominicæ passionis, festum Resurrectionis cum septem sequentibus, festum Ascensionis, Penthecostes cum duobus sequentibus diebus, festum Nativitatis Ioannis Baptistæ, Item omnes dies festivitatum omnium gloriosæ virginis Mariæ, duodecim Apostolorũ & præcipuè Petri & Pauli, beati Laurentij, dedicationis beati Michaëlis, solẽnitas omnium Sanctorum, ac dies dominici, qui repetito in se calculo revoluuntur, *c. vlt. ext. de fer.* Item festum Gregorij Papæ, Marci Evangelistę, Augustini Episcopi, Hieronymi Confessoris, Lucę Evangelistæ, & Ambrosij Episcopi, *c. 1. ext. de reliq. & vener. sanct. lib. 6.* His & alia quædam palatium Apostolicum (quo nomine etiam vulgò festa palatij appellantur) adnumerat, scilicet, festum Anthonij Abbatis, festum Fabiani & Sebastiani, Agnetis virginis, Vincentij martyris, conversionis S. Pauli, Blasij Episcopi & Martyris, Agathæ virginis. Item diem Dominicam Esto mihi, vsque ad feriam quintam sequentem exclusivè, festum Thomæ de Aquino, Benedicti Abbatis, Georgij martyris, Inventionis Sanctæ crucis, festum Ioannis ante portam latinam, quod est sexta Maij. Item festum apparitionis sancti Michaëlis, quod est octava Maij, festum Ivonis Advocati, quod est 19. Maij, festum commemorationis D. Pauli, translationis S. Thomæ, Mariæ Magdalenæ, Dominici Confessoris, Ludouici Episcopi & Cõfessoris, 78.

decollationis Ioannis Baptiſtæ, exaltationis Sanctæ crucis, Franciſci Confeſſoris, commemorationis animarum, Leonardi Abbatis, dedicationis ſancti Salvatoris, quod eſt 9. Novemb. Martini Epiſcopi, dedicationis Baſilicarum Petri & Pauli, quod eſt 18. Novēb. Ceciliæ virginis, Clementis Papæ, Catharinæ virginis, Nicolai Epiſcopi, & Luciæ virginis.

## ADDITIO.

**Hæc ſunt feſta palatij quæ corā Apoſtolicis obſervantur ſed coram ordinarijs hæc nō omnia, verum & quædam alia obſervari ſolent, quare hanc tabulam feriarum Colonienſium, tam coram ordinarijs quam apoſtolicis ſervari conſuetarum ſubijcere voluimus.**

*Menſis Ianuarius habet dies XXXI. & feſta*

97. 1. Circumciſionis Domini.
6. Epiphaniæ.
17. Antonij Abbatis nec in apoſtolicis.
20. Fabiani & Sebaſtiani martyrū nec in apoſtolicis.
21. Agnetis virginis & Martyris.
22. S. Vincentij non in apoſtolicis.
25. Converſionis D. Pauli Apoſtoli.

*Februarius habet dies XXVIII. & feſta*

2. Feſtum purificationis B. Mariæ virginis.
3. S. Blaſij nec in apoſtolicis.
5. Agathæ virginis nec in apoſtolicis.
22. Cathedræ S. Petri Apoſtoli.
24. S. Matthiæ Apoſtoli.

*Martius habet dies XXXI. & feſta*

7. S. Thomæ de Aquino non in apoſtolicis.

12. Gregorij

Digitized by Google

12. Gregorij nec in apoſtolicis.
16. Hereberti.
21. Benedicti Abbatis non in apoſtolicis.
25. Annunciationis B. Mariæ virginis.

*Aprilis habet dies XXX. & feſta*

4. S. Ambroſij.
23. S. Georgij Martyris.
25. S. Marci Evangeliſtæ
30. S. Quirini.

*Maius habet dies XXXI. & ferias*

1. SS. Philippi & Iacobi Apoſtolorum.
3. Inventionis S. Crucis.
6. S. Ioannis ante portam latinam.
13. S. Servatij Epiſcopi.
19. S. Iuonis Advocati pauperum non in apoſtolicis.

*Iunius habet dies XXX. & feſta*

11. S. Barnabæ non in apoſtolicis.
21. Albani Epiſcopi & Martyris.
24. Nativitatis ſancti Ioannis Baptiſtæ.
29. SS. Petri & Pauli apoſtolorum.
30. Commemorationis S. Pauli non in apoſtolicis.

*Iulius habet dies XXXI. & feſta*

2. Viſitationis B. Mariæ virginis.
3. Tranſlationis S. Thomæ non in apoſtolicis.
S. Agilolphi.
13. S. Margarethæ.
15. Diviſionis Apoſtolorum.
22. Beatæ Mariæ Magdalenæ.
Tranſlationis trium regum.
25. S. Iacobi Apoſtoli.
26. S. Annæ Matris Mariæ.
28. S. Panthaleonis,

*Auguſtus habet dies XXXI. & feſta*

1. S. Petri ad vincula.
5. S. Oſvvaldi & Dominici non in apoſtolicis.
6. S. Sixti Papæ & Martyris.
10. S. Laurentij Martyris.
15. Aſſumptionis B. Mariæ virginis.
24. S. Bartholomæi Apoſtoli.
25. S. Lodouici Regis.
28. S. Auguſtini nec in apoſtolicis.
29. Decollationis S. Ioannis Baptiſtæ.

*September habet dies XXX. & feſta*

8. Nativitatis B. Mariæ virginis.
13. S. Materni Epiſcopi.
14. Exaltationis S. Crucis.
21. S. Matthæi Apoſtoli & Evangeliſtæ.
22. S. Mauritij & ſociorum eius.
27. Dedicationis maioris Eccleſiæ Colonienſis in die SS. Coſmæ & Damiani.
29. S. Michaëlis Archangeli.
30. S. Hieronymi nec in apoſtolicis.

*October habet dies XXXI. & feſta*

1. S. Remigij Epiſcopi.
2. Synodi ſervari ſolitæ.
4. S. Franciſci Confeſſoris.
10. S. Gereonis.
18. S. Lucæ nec in apoſtolicis.
21. SS. Vndecim millium virginum.
23. S. Severini.
28. SS. Simonis & Iudæ apoſtolorum.

*November habet dies XXX. & feſta*

1. Omnium ſanctorum.
2. Cõmemorationis animarum nec in apoſtolicis.
9. Theodori Martyris non in apoſtolicis.
11. S. Martini Epiſcopi.
12. S. Cuniberti Colonienſis Epiſcopi.
21. Præſentationis B. Mariæ virginis.
22. Beatæ Ceciliæ virginis.

23 S. Cle-

Digitized by Google

23. S. Clementis Papæ non in apoſtolicis.
25. Beatæ Catharinæ virginis.
30. S. Andreæ Apoſtoli

*December habet dies XXXI. & feſta*

4. S. Barbaræ Martyris.
6. S. Nicolai Epiſcopi.
8. Conceptionis B. Mariæ virginis.
13. S. Luciæ virginis non in apoſtolicis.
A feſto S. Thomæ Apoſtoli vſque ad alteram Epiphaniæ.

*Feſta mobilia in quibus non ſervatur iudicium tam in ordinarijs quam Apoſtolicis.*

A feſto S. Thomæ Apoſtoli vſque ad alteram Epiphaniæ Domini.
A Dominica, Eſto mihi, vſque ad feriam ſextam poſt Cinerum.
A feſto Palmarum vſque ad feſtum Lanceæ & clavorum, ſive Theophoriæ,
A vigilia Penthecoſtes vſque ad feriam ſecundam, poſt octavam Penthecoſtes.
Feſtum Aſcenſionis Domini.
Feſtum corporis Chriſti.

INSVPER ad hanc tabulam notandum, quod in eis feſtis, in quibus à populo feriatur, & à mercenarijs abſtinetur officijs, non ſervetur iudicium in utroque foro, id eſt, tam coram ordinarijs, quam apoſtolicis iudicibus, In quibus autem non ita feriatur, eſt ſolummodò iuſticium coram ordinarijs, niſi vbi adiectum fuerit, nec in apoſtolicis, quæ particula, nec, implicat & includit etiam in ordinarijs ceſſari à iudiciorum ſtrepitu, vbi verò dicitur, non in apoſtolicis, ceſſatur ſolùmodò in apoſtolicis, & non ordinarijs. Chriſtoph. Wintzler. In his autem ferijs ſolemnibus, non debent tractari ea, quę ſpectant ad contentioſam iuriſdictionem, puta nō debet quis ad 80.

quis ad cauſam vocari, non debet cauſa intentari, nec ſententia ferri, quod ſi fiat, non valet quod agitur, & talis proceſſus vel ſententia nõ poſſet ratificari, cum ſit ipſo iure nullus, *c.1.& 2.15.q.4.c.vlt. ext.de fer. l. ſi feriatis. vbigl. ff. de fer.* & talibus ferijs ad honorem ac ob reverentiam Dei ac ſanctorũ introductis nullus renunciare poteſt, niſi neceſſitas vel pietas aliud inducat, neceſsitas quidem, vt ſi res ſit tempore vel morte peritura, *c. vlt. ext. de fer.* quod exemplifica vt *in l. 1. 2. & 3. ff. de fer.* Pietas verò ſi ſit cauſa debilium & miſerabilium perſonarum, quia in operibus miſericordiæ dierum non eſt habenda diſtinctio, *arg. c. veniam. 35. q. 9. c. vtinam. 76. diſtinct. c. nunquam. de conſecr. diſtinct. 5.* (Adde *Gail. d. obſer. 53. num. 14. 16.*) Ruſticæ (quæ & indictę vel publicæ dicuntur) ſunt, quæ propter neceſsitatem hominum vel publicam vtilitatem conceduntur, ſcilicet pro meſsibus & vindemijs colligendis, quæ & ſolemnes quandoque vocantur, & inducuntur varijs temporibus ſecundum diverſitatem locorum, quia quidam tardius colligunt meſſem ſive vindemiam, quidam verò citius & hoc ſecundum regionis cujuſque qualitatem *l. præſides. ff. de fer.*

ADDITIO. Quare *l. 2. C. de fer.* vbi tempore meſsium & vindemiarum noſtro cœlo, & anniverſariæ maturitati inconvenientia ſtatuuntur, ſubdititia putatur, non à Romanis ſed Gothicis regibus, Tholoſanis & Hiſpanis, quorum cœlo & caloribus magis reſpõdet, diu poſt interitum Romani Imperij inuẽtà à noſtris Interpretibus nec agnita nec commentata, *VVeſenb. in parat. ff. de fer. num. 6.* Chriſtop. Wingler.

His ferijs ob favorem hominum introductis, benè renunciare poſſunt partes *d. c. vlt. ext. de fer.*

ADDITIO.

ADDITIO. *Marant. d. dist. 16. num. 59. al. 83. Gail. d. num. 16. obs. 53.* An autem ij, qui non sunt occupati circa messem & vindemiam, gaudeant hujusmodi ferijs, meritò dubitare quis posset. *Spec. tit. de fer. §. 1. circa fin.* dicit, quod sic, quia licet his personaliter non intendant, tamen intendunt per alios, Veruntamen in Curia Romana procuratores remotarum, non autem vicinarum partium coguntur respondere, *Panor. in num. fin. ext. de ferijs.* quod in Curijs Colonien. indistinctè servatur, nisi forsan partes sive remotæ, sive vicinæ, earumve procuratores, propter testes aliasque personas sibi in iudicio & ad causam necessarias, in messe aut vindemia occupatas, impediantur, tunc enim plenè, quemadmodum rustici alijque per se occupati, eisdem ferijs gaudere æquum est. Christophor. Wimpler. Quinimò in causis figuram iudicij non requirentibus, tempore harum feriarum iudex partibus invitis procedere potest, *clem. sæpè. & ibi gl. verbi, ob necessitates. de verb. sig.* Notandum insuper, quod præscripta festa Palatij non celebria, de consuetudine in foro ordinariorum iudicum, vt officialium Episcoporum, non servantur, sed in iudicijs iudicum delegatorum Papæ ad amussim observantur. Vltimò notandum, quod ea, quæ ad voluntariam iurisdictionem, vt adoptare, emancipare, manumittere, pertinent, quolibet die feriato fieri possunt *l. actus. c. de fer.* 86. 87. 88.

Qua nos Bruxellæ in domo, &c. Hoc pacto iudicem præsertim delegatum, certum locum, in quem reum adesse iubet, designare convenit *c. vlt. ext. de rescript. l. si vt proponis. lat. 2. C. quom. & quand. iud. l. si locus. ff. de iud.* & talem qui honestus sit *l. si cum dies. 26. §. si arbiter. ff. de arbit.* (Adde *Gail. lib. 1. obs. 52. num. fin.*) & ad quem securus pateat XIIII. 89.

pateat acceſſus, *c. ex parte. 1. ext. de appel. c. venerabilibus. §. & hoc ipſum. cum ſeq. de ſent. excom. lib. 6. l. cum ſententiam. C. de ſent. & interloc. om. iud. clem. paſtoralis. §. notorium. cum ſeq. de ſent. & re iud.* (Adde *Gail. d. obſ. 52. num. 3. Marant. d. memb. 1. num. 131.*) *c. accedens 2. ext. vt lite non conteſt.* vbi dicit Panorm. quod citatus non tenetur comparere in terra inimicorum, etiamſi mittãtur ei literæ ſalui conductus (vt vocant) quia talis cautio fragilis & ſæpè non multum tuta, *l. qui ita. 66. §. 1. ff. ad Trebell.* igitur illi fidere non cogitur *arg. c. literis. in fin. ext. de reſt. ſpol. gl. verbi inimicus. in d. c. accedens.* (ADDE. Vnde cautela eſt, eo caſu mittere procuratorem vel excuſatorem ad allegandum de loco non tuto, *Gail. d. obſ. 52. num. 7.* Chriſtophor. Wintzler.

90.

XV. Hora tertiarum audientiæ cauſarum conſueta, &c. Ex quo citatur adverſarius, vt compareat certo die & hora, ſi actus, ad quem citatus eſt, eo abſente geratur alia die & hora, actus ille non valet, tanquam parte non citatâ geſtus. *Bart. in l. vlt. in fin. ff. quod vi aut clam. Felin. in c. 1. col. vlt. ext. de iudic.* niſi citatus ipſo die non veniret, tum iudex poſſet diem illam ex æquitate prorogare in alteram, de quo *in c. conſuluit. ext. de offici. Iud. deleg.* Sed quid ſi nulla hora adijciatur, an valebit citatio? & dicemus eam valere, & ſubintelligi horam audientiæ conſuetam. (Adde *Gail. d. obſ. 53. num. 4.*) Et ſi iudex certam & conſuetam audientiæ horam non habeat, expectabit reum ad finem vſque diei, & ad horam, qua commodè actum illum ante noctis tenebras exercere poterit, *d. c. conſuluit. & ibi Panor. ext. de offic. iud. deleg. c. cum nobis. ext. de elect. Alex. in l. more Romano ff. de*

91.

92.

*feriis.*

*ferijs.* (Adde *Marant. part. 1. 6. part. princip. memb. 1. num. 66.*)

Per ſe vel procuratorem. Delegatus qui à Sede Apoſtolica, ad hoc mandatum non recepit ſpeciale, regulariter non poteſt quemquam perſonaliter ad iudicium evocare, niſi cauſa fuerit criminalis, vel niſi pro veritate dicenda vel pro iuramento calumniæ faciendo, vel alias iuris neceſsitas id exigat, *c. 1. de iud. lib. 6. gl. verbi perſonaliter. in c. vlt. ext. de dilat.* XVI. 93.

Sufficienter inſtructos. Procurator dicitur ſufficienter inſtructus, qui acta, iura, & munimenta, ſeu inſtrumenta ſecum adducit vt *in c. cupientes in fine 1. reſponſ. ext. de elect. lib. 6. Domi. de Rot. deciſ. 204. in not.* Et etiam is, qui ad agẽdum defendendum & reſpondẽdum legitimè conſtitutus, & informatus eſt *c. vlt. & ibi gl. verb. ſufficienter inſtructum. ext. de dol. & cont.* Quocirca procurator cauſæ notitiam habere debet, & ſi non habeat, id Domino imputandum. Ex quo ſequitur, quod ſi procurator rogatus in iudicio dicat, ſe velle cõſulere Dominum, dilationem ad hoc ei dandam non eſſe. (Adde *Iaſ. in l. properandum. §. & ſi quidem num. 12. C. de Iudic.*) Quinimò ſi procurator interrogatus de his, quæ principaliter ad cauſam pertinent, dicat ſe neſcire, & propterea petat dilationem, condemnandus eſt in expenſis ob id factis, ſecundum *Innoc. & Panor. in c. pertractandis. num. 3. ext. de iura. cal.* niſi forte articulus, de quo interrogatus, de novo emerſerit, & talis ſit, vt Domino nihil imputari debeat, quod procuratorem ſuper eo non inſtruxerit, de quo plenius per *Panor. vbi ſup.* XVII. 94. 95. 96.

XVIII. Iuribus & munimentis. Eadem verborũ formulâ vtitur ſummus Pontifex, *in c. cupientes.*
97. *in fin. 1. reſponſ. ext. de elect. lib. 6.* Munimenta autem dicuntur, quibus cauſa munitur & inſtruitur, vt teſtes, inſtrumenta, confeſsiones & quicquid aliud, quod adiuuat cauſam *gl. 3. in c. coram. ext. de in integ. reſtit.*

XIX. De & ſuper omnibus & ſingulis. Continere debet citatio, ſuper quo quis citatur, vt dixi-
98. mus ſupra, & probatur *in c. ſi primates. 5. q. 2. in c. iudicas 3. q. 9. c. ſi Epiſcopus & ibi gl. magna. 3. q. 2. c. ſignificantibus. ext. de appel, facit l. ex quacunque cauſa. ff. ſi quis in ius voc. vide Bart. in extravaganti. ad reprimendum. Quom. in crim. læſ. maieſt. proced. in verb. ſuper dicto crimine & Io. And. in addit. ad Specul. in tit. de Citat. §. contra citationem verſ. item quod in ea nulla cauſa.* (Adde. *Gail. lib. 1. obſ. 51. Marant. part. 1. part. 6. princ. memb. 1. num. 69.*)

XX. Nos nihilomin⁹ ad pręmiſſa omnia, &c. Comminatio iſta, qua iudex comminatur, quod
99. ſi reus venire contempſerit, ſe nihilominus proceſſurum etiam vſque ad diffinitivam ſententiam incluſivè, vim habet peremptoriæ citationis, Authore Bart. *in l. ſi finita. §. Iulianus. ff. de dam. infect.* etiamſi non exprimatur verbum peremptoriè *l. ſi apparitor. & ibi gl. C. de cohortalib. principib. cornicularijs & princip. libr. 12.* Si verò iudex non commi-
100. netur ſe proceſſurum ad vlteriora, quantum de iure poterit, non habebit hujuſmodi comminatio vim peremptorij, vt ad pronunciationẽ diffinitivæ procedi poſsit, quia poteſt intelligi vt procedatur ad aliam citationem, *Innoc. in c. cauſam quæ. num. 2. ext. de reſcript. & Bart. vbi ſup.* non obſtat præ-

ſtat prædictis, *l. in peremptorio. ff. de iudic.* quæ habet, quod in peremptorio comminatur is, qui edictum edit, etiam abſente diverſa parte, cogniturum ſe, & pronunciaturum, quaſi dicta comminatio vim peremptorij non habeat, quum peremptorio inſit, quia non dicit in peremptorio debere exprimi ejuſmodi verba, ſed per ea declarat, quam vim & efficaciam peremptorium habeat; Nam citare quem peremptoriè, idem eſt, quod comminari ſe proceſſurum ad cognitionē & deciſionem negotij, contumaciâ abſentis non obſtante. Si ergo is ſit effectus peremptorij, conſequens eſt dicere, & ejuſmodi verba in citatione expreſſa, vicem obtinere peremptorij etiam peremptorio aliter non expreſſo, vt ſup. non enim refert quid ex æquipollentibus fiat *c. licet ex quadam. ext. de teſtib. l. certum. ff. ſi cert. pet. Vide Panorm. in c. cauſam quæ. num. 4. ext. de reſcipt.* 101. 102.

Ad inſtar edictorum publicorum quæ olim in albo, &c. Vt in *l. ſi quis id quod ff. de iuriſd. om. iud. in auth. de litig. §. omnem col. 8. in auth. qui ſemel C. quom. & quand. iud. clem. 1. de iud.* Hic autē citationis modus regulariter iure hodierno eſt prohibitus, *vt per Dd. in c. gratum. ext. de offic. Iud. deleg. gl. in l. & poſt edictum. ff. de iudic. Bart. in extrav. ad reprimendum. Quom. in crim. læſ. maieſt. proced. in verb. per edictum in princ.* nam edictum citatorium debet nominatim per nuncium perſonæ, ſi inveniri poteſt, ſin minus, ad ipſius domum inſinuari, non autem in albo aut valuis palatij ad inſtar edicti prætoris, proponi aut affigi *c. cum cauſam quæ. ext. de dol. & cont. arg. l. 1. §. penult. ff. de vent. inſpic. l. 1. ff. de liber. agnoſc.* (ADDE. *Gail. lib. 1. obſ. 57. in princ.* XXI. 104. 105.

At vbi in Camera Imperiali decernitur edictum, tribus locis affigi debet, quę etiam in ſupplicatione exprimenda ſunt, vt ibi *Gail. num.* 10. Hanc tamen regulam moderare, primò non procedere in caſu neceſsitatis, putà quandò ignoratur, cujus ſpecialiter interſit, atque ita, quis debeat nominatim citari, tunc enim admittitur citatio generalis per edictum publicum, vt vult Innoc. referēte Panor. *in d. c. gratum.* vt ecce cum Invehtarium quis velit concipere, vel fundum aliquem diſtrahere, in quo fortè quiſpiam hypothecam ſe habere prætēdere poſſet, ſufficiet edictum generale proponi, vt quicunque ſuâ putaverit intereſſe compareat. (Adde, *Gail. d. obſ. 57. num. 6. & ſeqq. Marant. d. memb. 1. num. 89. 98. 104. & 110.*) cujus edicti is eſt effectus, vt ſcientes illud fuiſſe propoſitum, ſi nó compareant, ſibi præjudicant, adeò, vt fundo diſtracto videantur remiſiſſe pignus, *text. eſt elegans in l. ſi eo tempore. C. de remiſſ. pgnor.* Ad hunc etiam modum ante matrimonium contractum fiunt in eccleſijs publicæ denūciationes, vt quicunque ſciverit impedimentum aliquod, quo minus inter tales poſsit cōtrahi matrimonium, illud prodat in publicum. *c. vlt. & ibi not. ext. qui matrimonium accuſare poſſunt.* (Adde, *Marant. d. loc. num. 102.*) Similiter quando imploratur officium iudicis in aliquo, in quo vel ſpecialiter aliquorum intereſt, qui à loco abſunt, vel etiam ignoratur, an aliquorum ſpecialiter interſit, tunc ſufficiet ejuſmodi edictum publicum proponi, vt quicunque putaverit ſuâ intereſſe, compareat, &c. *Vt in auth. ſi omnes & ibi not. C. ſi minor. ſe ab hæred. abſtin. l. vlt. ff. vbi pupil. educ. deb.* faciunt quæ not. *Innoc. & Panor. in c. ſignifica-*

106.

107.

108.

109.

*c. significavit. & in c. Albericus. ext. de testib.* adde cafum *c. vlt. ext. de elect. lib. 6.* Secundò moderare re- 110.
gulam præscriptam non procedere, quandò adversarius prius legitimè ab homine sive iudice citatus die præfinitâ non compareat. *arg. c. 1. c. vt circa, c. cupientes. ext. de elect. libr. 6 c. sæpè ext. de appel.* Sed tamen hoc quantum ad hominis citationem attinet, distinctionem recipit, secund. Paulum de Cast. *in l. ad peremptorium. ff. de iudic.* quia aut citatus est quis ad certum actum, aut generaliter ad 111.
totam causam, si quidē per nuncium ad certum actum citatus fuerit, sanè si non compareat, ad actum alterum edicto publico vocari nō poterit, nisi in casu dictæ *clem. 1. de iudic.* Citatio enim illā prima hoc casu ad alium actum, quàm ad quem facta est, non extenditur, *vt not. in c. 2. ext. de dol. & cont. lib. 6. in l. aut qui aliter. §. vlt. & ibi Bart. & l. vlt. §. 1. ff. quod vi aut clam.* Sin autem citatus fuerit ge- 112.
neraliter ad causam peragēdam, sive vt causæ adesset vsque ad diffinitivam inclusivè, vti hoc loco, tunc si non compareat, poterit edicto publico citari, etiam sine mandato principis, si longè 113.
abest, adde, & nō potest commodè iteratò in singulis actibus citari. *Io. And. in additione ad Specul. in tit. de citat. §. viso. versic. item licet in die. incip. super illo verbo,* nam vult si commodè posset ad singulos actus citari, non sufficere citationem per edictū, quo dicto refert *Paul. de Cast. vbi sup.* se nobiles quosdam defendisse, qui à delegato Pontificis semel personaliter citati, postea ad singulos actus fuerunt tantum per edicta vocati, vtpòte qui in alio loco iudicij aut admòdū vicino habitabant, quod dicit tanquā à paucis animadversum mente

tenendum. ADDITIO. Hãc diſtinctionem etiam ex ſententia aliorum referunt *Mynſ. cent. 4. obſ. 33. Gail. lib. 1. obſ. 51. num. 11. & ſeq.* communem & vſitatam teſtatur *Marant. d. memb. 1. num. 11⁹.* ſequitur *Vant. de nullit. ex defect. citat. num. 107.* quod videlicet citatio ad totam cauſam valeat in locis remotis, nõ propinquis. C. ℳ.

114. Hunc citandi modum obſervat etiam Curia Romana, nam auditores Palatij decernunt citationẽ primam fieri per nuncium in perſonam, quâ factâ & habitâ nuncij relatione, iteratò non citant cõtumacem per nuncium, ſed edictis in audientia contradictarum propoſitis, vbi conveniunt omnes procuratores Curiæ, ſecundum *Paulum de*

115. *Caſtro vbi ſup.* Eundem hunc citationis modum etiam extra Curiam Romanam obſervant iudices præſertim delegati Pontificis, vti ex hoc loco videri poteſt, habitâ enim nuncij relatione, & citato ſtatuto die non comparente, citant reum per edicta in valuis maioris Eccleſię loci, in quo cauſa peragitur, vt & infrà ſuo loco admonebimus, & iſtud nedum obtinet, ſi ad cauſam peragẽdam citatus non compareat in termino, ſed etiamſi

116. compareat quidem, verùm non permaneat, per hanc enim comparitionem termino non ſatisfit, *Bart. in extravag. ad reprimendum. Quom. in crim. læſe. maieſt. proced. in verb. per edictum, verſus finem*, adde, quod citatio ad totam cauſam ita afficit, vt à loco

117. iudicij non poſsit recedere, niſi ſaltem dimittat procuratorem ad totam cauſam ſufficientèr inſtructum, per *c. vltimum 8. q. 5. c. certum. 11. q. 3. Panor. in c. auditis. num. 7. ext. de procur.* (Adde, Et ſic in Camera ſemper obſervatur, *Gail. d. obſ. 51. num. 11.*

118. *& ſeqq.*) Conſulit tamen Bartolus vbi ſup. vt iudex talem in loco iudicij non reſidentem, ſed vel

vagabun-

vagabundum, vel in remotis agentem, in primo termino comparẽtem compellat, vt in loco cauſæ cognoſcẽdæ eligat ſibi locum aliquem, in quo poſsit ad ſingulos actus citari, cum alioqui durũ ſit, ſemper citationem ad loca remotiora mitti debere, cui ſubſcribunt *Angel. de Peruſ. & Io. de Imol. in l. qui ante Calendas. ff. de verb. oblig. Panor. in c. vltimo. num. 11. in fin. ext. de dilatio.* Tertiò moderare regulam nõ procedere, vbi reus in perſonam non poteſt adiri, putà, quia facit, impedit, vel procurat per ſe, vel alios quoquo modo, nè ad ſe poſsit citatio pervenire, talis enim poteſt per quemlibet iudicem citari per edictum in valuis 119.
Eccleſiæ, ſub qua degit, vel alterius loci publici vicinioris affixum, vnde veriſimilius ad illius notitiam poſsit pervenire, *vt in c. quoniam frequenter. §. porrò. & ibi gl. verb. ſive quod impedit. ext. vt lit. non conteſt.* facit quod not. *Innoc. in c. ad petitionem. ext. de accuſat.* (Adde, *Gail. d. obſ. 57. num. 1.*) Idem dicendum de illo, propter cujus metum vel potentiam citatio fieri non poteſt ad locum domicilij, 120.
*arg. in clem. cauſam. §. verum. de elect. text. in clem. 1. poſt princ. de for. compet.* (Adde, *Gail. d. loc. num. 2.*) Nec obſtat *clem. 1. de iudic.* quæ vult Papam illud duntaxat poſſe, & eum, cui ille id ſpecialiter, & ex certa ſcientia demãdaverit, quia loquitur de ho- 121.
mine quantumuis remoto citando per edictum in Curia Romana duntaxat propoſitum, & certè cum ejuſmodi citandi modus nimium rigorem præ ſe ferat, ad hoc, vt talis citatio vim habeat citationis perſonalis, neceſſarium eſt, vt Papa ſpeciàliter & ex certâ ſcientiâ id mandet, vt *in d. clem. 1. de iudic.* Secus vbi edictum proponitur in valuis



Digitized by Google

Eccleſiæ, ſub qua reus degit, vel in loco alio publico viciniore, vndè veriſimiliter edictum poſſit ad rei notitiam pervenire. Et hoc modo quiuis iudex inferior, etiam ſine mandato Papæ citare poteſt in caſibus præſcriptis, *vt in c. quoniam. §. porrò. & ibi gl. & Dd.* & ita videtur intelligere *d. clem. 1. Panor. in cad. clem. in fin. ſui commenti.* (Adde. *Marant. d. part. 1. part 6. memb. 1. num. 84. vbi num. 83.*

122. idem in vagabundo dicit.) Priuſquam autem iudex reum citabit per ejuſmodi edictum, conſtare ſibi ſummariè debet de non tuto acceſſu ad locum ipſius rei, vel quod reus ſit homo potens, & ſeverus, &c. iuxta *not. in auth. et qui. C. de bon. auth. iudic. poſſ. & in auth. de exhibend. reis §. ſi verò. col. 6.* quare actor petens ſibi decerni citationem per edictum ob non tutum acceſſum, in primis docere debet de non tuto acceſſu, ad quem probandũ

123. producet in preſẽtia iudicis duos teſtes, quos petet ad hoc teſtificandum per iudicem compelli & admitti, qui compulſi & admiſsi iurant in forma, ac interrogantur per iudicem, an ad dictum Titium exadverſo principalem, ſive ad hoſpitium habitationis ſuæ pro literis citatorijs exequẽdis tutus pateat acceſſus? cui teſtes reſpondentes dicãt; ad ipſum Titium exadverſo principalem, ſeu eius domicilium pro exequendis in ipſum literis citatorijs, propter ipſius, ac parentum, & amicorum potẽtiam, tutum non patere acceſſum, quodque ipſi teſtes in hac cauſa contra eundem occaſione præmiſſorum in ipſius propriam perſonam non auderent, neque aliquis eorum auderet facere exequutionem, quia ſciunt quod eiuſmodi literas in ipſum exequentes, in ijs locis ſui

corporis

Digitized by Google

corporis periculum ſubeant, vel ſufficiet teſtes dicere, quod credant eſſe impoſsibile, vel non tutum, citare illum in domo, prout *in d. clem. 1.* Ita velle videtur deciſio *Dominor. de Rota d. cxviij. in antiq.* quibus teſtibus ſic auditis, atque informatione tali receptâ, iudex actore inſtante decernet citationem per edictum publicum in forma. Nuncius autem in exequendo leget tenorem edicti in loco citationis faciendæ, quo lecto copiam edicti valuis maioris Eccleſiæ, vel in loco, quo citationum vel edictorum copiæ affigi ſolent, affiget, & ſua relatione declarabit, edictum per ſe fuiſſe publicè propoſitum, nec eſt neceſſarium referre, quanto tempore copia affixa permanſerit, quia in hoc ſequimur arbitrium iudicis. *arg. l. 1. ff. de iure delibe.* (Adde, *Marant. d. memb. 1. num. 96.*) nec præſumitur indè ſublata eſſe, quum id minimè liceat, vt *in l. ſi quis id quod. ff. de iuriſd. om. iud.* Ita *Bart. in extravag. ad reprimendum. quom. in crim. læſæ. maieſt. proced. in verb. publicè.* Cautius verò facit, qui non copiam ſolum, ſed & literas ipſas originales valuis affigit, & illis ſublatis ſignatam ſive ſigillatam illarum loco relinquit copiam, eo enim obſervato, nullam excuſationem prætendere poterit citatus, ſecund. *Dominos de Rota, deciſ. ccxxiij. in novis.* 124. 125. 126.

Diem vero, &c. Clauſula hæc videtur efficere, vt ſoli nuncio aſſerenti ſe reum citaſſe, credatur, nam ſoli miniſtro creditur in facto ſibi cõmiſſo, vt *in l. magis §. ne tamen. ff. de reb. eor. ſub tut. vel cur. ſunt. vide Specul. tit. de citat. §. iam de citatione. verſ. quæ autem dixi. vidé infra. cap. ſeq. num. fin.* XXII. 127.

Sigillique noſtri proprij, &c. Iudex literis ſuis XXIII.

128. ris ſuis citatorijs ſigillum proprium appendere debet, ſi proprium habeat, *c. ſignificavit ext. de appell.* Si autem proprium non habet, vel etiam ſi habet quidem, ſed non penes ſe, cum ſignare oportet, vel eſt ad alios actus deputatum, tunc cum alterius ſigillo ſignare poteſt, modò hoc in fine literarum atteſtetur, dicendo, nec miremini me hujuſmodi ſigillo ſignaſſe, quia proprium nõ habeo, vel quia meum penes me tempore confectionis præſentium non habui, vel quia nullum, præterquam ad tales actus deputatum habeo, debet enim dicere cujus ſigillo, & quare alterius ſigillo ſignat, nè ſigillum turbatum ſit *l. ad teſtium. §. 3. ff. de teſtam.* quia ſigillum, & ſubſcriptio diuerſis ex cauſis apponuntur in literis, *vt not. Spec. tit. de probat. §. videndum. verſ. illud etiam.* & ideo ſi non exprimatur cuius ſigillo, & quare alterius ſigillo ſignauerit, in ius vocatus, videns alium citare & alterius ſigillum appenſum eſſe, credere poteſt literas eſſe falſas, nec teneretur comparere, proteſtatio enim ad id & alia valet *c. 1. ext. de his quæ vi met. cauſa. c. olim. ext. de cenſib. vide Specu. tit. de citat. §. iam de citatione. verſ. literas igitur.*

De Lite-

# De Literali Citatione Iudicis ordinarij, eiuſque executione & nuncij relatione.

## TITVLVS. XIII.

1. *Forma citationis iudicis ordinarij.*
2. *Quare Citatio ordinarij ſit breuior, quam delegati.*
3. *In Curia Colonienſi frequentius incipitur à Citatione ad recipiendum libellum.*
4. *Citatio fit etiam per monitionem ſive præceptum.*
5. *Vbi hæc citandi forma notetur.*
6. *Quæ ſit clauſula iuſtificatoria.*
7. *Propter clauſulam iuſtitiæ, comparitione reſoluitur præceptum in ſimplicem citationem.*
8. *Quibus caſibus poßit præceptum cum clauſula vel ſine clauſula decerni.*
9. *Quando factum neceſſariò gravat, non poteſt præceptum iuſtificari.*
10. *Forma Monitorij, etiam ſecundum ſtylum Colonienſem.*
11. *Apparitor debet præſcriptam exequendi formam diligenter obſervare.*
12. *Reus præſcriptâ formâ non citatus, iterùm citari debet.*
13. *Citatus poteſt petere copiã citationis & relationis.*
14. *Quomodo referet nuncius citationem vivâ voce factam.*
15. *Quomodo referet per literas factam.*
16. *Forma relationis in ſcriptis.*
17. *Incerta & obſcura relatio eſt nullius momenti.*
18. *Quando ſufficiat generalis & incerta relatio.*
19. *Relatio Plebanorum inexcuſabilis.*
20. *Quomodo relationi nuncij credendum, remisſivè.*

ORDO propoſitionis expoſtulat, vt nunc de ordinariorũ iudicum literali citatione dicamus, ſciendum itaque hujuſmodi citationis formam plerumque brevem eſſe, hoc ſcilicet tenore. Officialis Leodienſis Vniverſis & ſingulis
1. Præsbiteris, clericis & notarijs publicis nobis ſubditis ſalutem in Domino. Vobis & veſtrûm cuilibet mandamus, vt citetis Titium civem Louanien. coram nobis, quem nos etiam tenore præſentium peremptoriè citamus, vt die tali compareat in iudicio legitimè coram nobis, querimonijs Sempronij talis reſponſurus, cum intimatione debitâ. Et quid inde feceritis, &c. Vel ſi actor iudicem ordinarium adiens, libellum conventionalem ſtatim exhibuerit, ferè ita concipitur citatio, vt ſcilicet reus compareat medio juramento coram iudice præſtando eidem Libello reſponſurus, cujus exemplum ſibi pro inducijs deliberatorijs medio tempore currentibus transmittitur, vlteriuſque extunc, &c. *Vide c. 1. &*
2. *2. ext. de dilat.* Ideò autem hujuſmodi Citationis forma brevis eſt, quia ordinarij iuriſdictio iure communi eſt fundata *c. cum Epiſcopus. de offici. ord. lib. 6.* vnde neceſſarium non eſt exprimere, quâ de cauſâ ſibi competat iuriſdictio, quod iudex delegatus neceſſariò exprimere debet, vt diximus *ſub formâ literalis citationis iudicis delegati. in verb. huiuſmodi ſub tenore. num. 111.*

3. ADDITIO. In Curia ſive aula Colonienſi frequentius inchoatur proceſſus à citatione ad recipiẽdum libellum ſive reſpondendũ propoſitis au proponendis, rarius à citatione ad reſpondendum libello iam exhibito, quarũ formas quis citius ex vſu & formulari No-

lari Notariorum, quam ex mea descriptione, qui sæpe etiam parum ad easdem attendi, ediscet. Terminus autem in hujusmodi citationibus moderatur pro distantia loci. Præter iam à nobis descriptas citationum formulas reperitur & alia, tam per iudicem delegatum, quam ordinarium etiam secularem vsurpata, & fit per monitionem sive præceptum, nam iudex acceptâ actoris querelâ & eâ expressâ, præcipit reo absenti vt actori satisfaciat, vel aliud quid præstet secũdum suam querelam infrà certum diem, aut si illud facere detractet, compareat causam suæ oppositionis vel recusationis allegaturus, Sciturus quod si nec satisfaciat, nec compareat, die præscriptâ se excommunicationis, aut aliâ pœnâ afficiendum. Hanc citandi formam notavit *gl. vlt. in c. ex parte. & ibi Panor. num. 8. ext. de verb. signif. gl. verbi cum in l. de pupillo. §. meminisse. & ibi Bart. & Angel. ff. de nou. oper. nunc. ff. de nou. oper. nunc. Bart. Cast. in l. 1. C. de exeq. re iud. Bald. & Angel. in l. ad peremptorium ff. de iudic.* nec obstat quod à præcepto nullâ præcedente citatione non sit inchoandum *d. l. 1. C. de exeq. rei iud. c. 1. de caus. poss. & prop.* quia hoc verum est, nisi præceptum iustificetur per clausulam. 4. 5.

Si te gravatum senseris, compareas, &c. quæ quidem clausula hoc efficit, vt si reus se gravatum putaverit, & causam cur id quod præcipitur, facere non debeat, allegare voluerit & die præfinitâ compareat, præceptum resoluitur in simplicem citationem. Quod tamen *Baldus in additione ad Speculatorem tit. de citatione. §. sequitur de forma relationis. versiculo vltimo.* videtur intelligere verum esse, quando à facto & exequu- 6. 7.

& exequutione inchoari poteſt. Secus quando
8. requiritur ordo iuris, d.l. de pupillo §. meminiſſe & ibi Bart. Secus etiam, quãdo factum neceſſariò gravat, vt datio poſſeſsionis, quia his caſibus præceptum iuſtificari non poteſt, *vt in l. vlt. C. ſi per vim vel alio mod. teſte Bald. vbi ſup.* Sed de his vide pleni-
9. us tradita *per Card. Panor. & alios in c. 1. ext. de cauſ. poſſ. & propriet. Bart. Caſt. in d. l. 1. C. de exeq. rei iud. Angel. de Perus. in d. l. de pupillo. §. meminiſſe. ff. de nou. oper. nunc. Spec. tit. de ſentent. §. ſpecies autem. verſ. ſed nunquid. cum verſ. ſeq.*

10. *Forma Monitorij ſecundum Colonienſ.*

OFFICIALIS Curiæ Archiepiſcopalis Colonien. Iudex ordinarius Plebano in N. ac vniverſis & ſingulis ſalutẽ in Domino. Vobis committimus & mandamus, quatenus ad inſtantiam N. agentis Moneatis & requiratis N. reum, vt intra N. dies monitionem veſtram hujuſmodi immediatè ſequentes dicto agenti centum daleros ex cauſa N. vel ipſi reo notâ debitos ſolvat & ſatisfaciat, realiter & cum effectu. Alioquin contra ipſum contrarium facientem ad vlteriora oportuna mandata noſtra & brachij ſeculáris invocationẽ arctiùs, prout de iure poterimus, procedemus & procedi faciemus, iuſtitiâ mediante, Niſi ſaltem medio tempore cauſas coràm nobis allegaverit rationabiles, & in iure fundatas, quare præmiſſa fieri non debeant, & ad ea non teneatur, parte alterâ ad hoc legitimè vocatâ. Reddite literas ſigillatas & debitè exequutas. Datũ, &c.

*De citationis exequu-*

LITERIS itaque citatorijs per iudicem decretis, & per notarium confectis, atque ſigillo communitis,

munitis, actor ſtatim eas recipiat, & apparitori ad exequendum tradat, apparitor autem literis receptis illud in primis obſervare debet, vt ſi in literis certa exequutionis forma prę ſcribatur, eam diligenter obſervet, *l. ſi diligenter ff. mand. c. cum dilecti ext. de reſcript.* Et ſi reum non ſervatâ formâ citaverit, non venientem iterùm citare debet, quod tamẽ poterit abſque nova iudicis commiſſione, *Bald. in l. qui ſalutem. ff. de iureiur.* Si verò in literis certa exequutionis forma non præſcribatur, tunc apparitor reum in propria perſona, ſi reperiri poteſt, ſin minus, ad domum habitationis citare debet, vti plenius ſuprà cap. præced. diximus. Reus autẽ citatus petat exemplum tam relationis, quam literarum citatoriarum, quod fieri debet, originalibus ſemper penes nuncium remanentibus, *c. quoniam, c. vlt. ext. de probat.* Factâ verò citatione, ſi quidèm vivâ voce, tunc & vivâ etiam voce, inſtante actore, referet nuncius in iudicio, qualiter, vbi, quando, & ad quid reum citaverit, vel etiam referre poterit apud acta ſive Notarium cauſæ. *Bart. in l. ſi finita §. Iulianus verſ. iuxta prædicta quæro ff. de dam. infect. Bald. in l. præcipimus num. 1. C. de appel.* etiam vtraque parte abſente. *Bart. in l. Theopompus ff. de dote præleg.* (Adde, *Mynſ. cent. 6. obſ. 10. num. 10.*) Si autem per literas citatio facta ſit, tunc in tergo literarum citatoriarum, vel alia membrana ipſis literis affixa relationẽ ſuam conſcribere ſolet, formam à ſe factæ exequutionis declarando, prout ipſarum literarum forma exegerit, vnde factâ exequutione literarum citatoriarum iudicis delegati per nos ſuprà deſcriptarum, non ſufficiet ita referre. Ego N. anno, & menſe,

*tione & nuncij relatione.*

11.

12.

13.

14.

15.

Digitized by Google

menſe, & die tali exequutus ſum præſens retro-
16. ſcriptum mãdatum, ſecundum formam & teno-
rem eiuſdem, vel prout continetur in eodem. Nã
in literis triplex exequutionis forma præſcribi-
tur, nempè in propriâ perſonâ, vel ad domum,
17. vel ad eccleſiam; Quare dicta nuncij relatio tan-
quam incerta & obſcura nullius eſſet momenti,
& parti defenſionem adimeret. *Egid. de Bellemere concluſ. Rotæ 200.* ADDE. *Vant de nullitat. ex defect. citat. num. 139* quod verum, quando Iudex ſimpliciter
mandavit citari perſonaliter, vel in domo, ſecus ſi
18. mandavit citari perſonaliter, & ſi perſonaliter re-
periri non poſsit, ad domum habitationis, quia tunc
ſufficit referre citationem factam modo & formâ ſi-
bi commiſsis, & præſumitur citaſſe ad domum, & nõ
in perſonam, accipiẽdo ſuam relationem in partem
mitiorem, vt nõ dicatur citatus verus contumax, ſed
fictus. *Marant. in ſuo Specul. part. 6. princ. memb. 1. num. 127. refert & ſequitur Menoch. lib. 2. præſumpt. 26. num. 1. vbi plures*
19. *in hanc partem pro more ſuo cumulat*, quod ſi verò nulla for-
ma præſcripta eſſet, exequutionis forma in ſpecie re-
ferenda, & vix excuſatur prava conſuetudo ex Pa-
rochorum quorundam imperitiâ vel inadvertentiâ
in his partibus introductâ, quâ recipitur nimis in-
certa & generalis eorundem relatio, ſub hac formâ
(Executum Dominica N. per me Paſtorẽ ibidẽ)
in cuius vim meritò ad vlteriora procedi non debe-
ret, iuxta ea quę hic ab authore noſtro notãtur C. W.
Porrò quãdo & quomodo relationi nuncij cre-
20. dendũ ſit brevitatis cauſa, *vide gl. viatorem in l. magis puto §. nec tamen. ff. de reb. eor. Bart. in d. extravag. ad reprimendum. verb. per nuncium. Quom. in crim. læſ. maieſt. proced. Salyc. in l tres denunciationes C. quom. & quand. iud. Io. And. & alios in c. quoniã. ext. de probat. gl. & Dd. in c. cũ parati. ext. de app.* ADDE. *Gail. d. obſ. 54. nu. 4. & 5. Peck. de iure ſiſt. ca. 26. per tot. Menoch. lib. præſum. quæſt. 4. & 25. pulchrè lib. 2. de arbit. Iud. cap. 112. vide cap. ſeq. nu. 24.* C. W.

De citatio-

# De citationis in iudicio exhibitione ſive reproductione.

## TITVLVS XIIII.

1. *Citatio debet in termino reproduci, & quare.*
2. *Quando citatio facta ad totam cauſam, non comparendo edictum non circumducitur in totum.*
3. *Citatus ad duo tenetur.*
4. *Reo non comparente nihilominus terminus circumducitur.*
5. *Circumduci quid ſignificet.*
6. *Actore non comparente, non interrumpitur præſcriptio, neque inducitur litispendentia.*
7. *Forma reproductionis mandati.*
8. *Reus ad primam citationem non comparens condemnatur in expenſis.*
9. *Non apparente actoris comparitione, reus non condemnatur in expenſas, & ſententia retractatur.*
10. *Vtile eſt horam comparitionis adſcribere.*
11. *Alterius nomine comparens docebit de ſuo mandato.*
12. *Cuius mandatum incertum, admittitur cum cautione rati.*
13. *Producens inſtrumenta ad cauſam facientia cavebit de rato.*
14. *Dominus ex præſumpto mandato non obligatur.*
15. *Procurator in rem ſuam non auditur, niſi de mandato ſuo apertiſſimè conſtet.*
16. *Cautela, per quã rati habitio domini impediri poſſit.*
17. *Contra procuratorem ſine mandato admiſſum, ſententia lata exequutioni demandatur.*
18. *An poſt ſententiam pro aliquo latam ratificatio eius admittatur.*

19. *Secun-*

19. *Secundum communem admittitur ratificatio post sententiam pro vel contra latam.*
20. *Mandatum constitutionis sive procurationis debebit actis inseri.*
21. *Iurisdictio delegati fundari debet.*
22. *Quare citatio actis inseri debeat.*
23. *Quare relatio exequutoris actis inserenda.*
24. *Processus sinè exequutoris relatione est ipso iure nullus.*
25. *Comparens absentis contumaciam accusabit.*
26. *Quomodo iudex absentem pronunciabit cõtumacem.*
27. *Quis dicatur contumax.*
28. *Ad expensas & mandata minimè præiudicialia sufficit vnica monitio, remissivè.*
29. *Contumacia triplex.*
30. *Quæ sit vera, evidens, & præsumpta contumacia.*
31. *Contra contumacem variè pro natura actionis proceditur.*
32. *In actione reali, fit missio in bona ex primo decreto.*
33. *Neglectâ cautione intra annum, actor verus constituitur possessor.*
34. *An in actione reali ex primo decreto missus efficiatur verus possessor, inter Legistas & Canonistas controvertitur.*
35. *Contra cõtumacem post litẽ contestatam, si de causa liqueat, potest procedi ad definitivam.*
36. *Si de causa non liqueat, actor efficietur verus possessor.*
37. *Tenens rem immobilem alieno nomine, dominum in iudicio nominare debet.*
38. *Si dominus in iudicio nominatº, intra terminum præscriptum litem non susceperit, lis habetur pro quasi contestatâ.*

39. Lite

39. *Lite quaſi conteſtatâ, interrumpitur præſcriptio, & actor verus conſtituitur poſſeſſor.*
40. *Idem de re mobili alieno nomine detentâ.*
41. *In actione perſonali, actor mittitur in poſſeſſionem bonorum pro quantitate debiti.*
42. *Miſſus in perſonali ante ſecundum decretum, non efficitur verus poſſeſſor.*
43. *Veniens ante ſecundum decretum, præſtitâ cautione & refectis expenſis, poſſeſſionem recuperat.*
44. *Quando ſecundum decretum interponatur arbitrio iudicis relinquitur.*
45. *Non tantum in cauſa damni infecti, ſed etiam omnibus alijs cauſis interponitur ſecundum decretum.*
46. *Effectus ſecundi decreti in cauſa damni infecti.*
47. *In alijs cauſis, quid operetur ſecundum decretum.*
48. *Secundum decretum non interponetur, niſi de debito plenus conſtet.*
49. *Veniens ante interpoſitionem ſecundi decreti, purgãdo contumaciam quandocunque auditur.*
50. *In actione perſonali per lapſum plurium annorum abſque decreto nemo efficitur poſſeſſor.*
51. *Tantum operatur cautio in illiquido, quantum ſolutio in liquido.*
52. *Abſente Reo poſt litis conteſtationem proceditur ad diffinitivam, aut miſſionem in bona ex ſecundo decreto.*
53. *Quod ſi cauſa nõ patiatur miſſionem in bona, excommunicatur reus.*
54. *Iudex Eccleſiaſticus poteſt qualicunque actione procedere ad excommunicationem, omiſſâ bonorum poſſeſſione.*
55. *Excommunicandus prius literis monendus.*
56. *Excommunicato manente in excommunicatione,*



Digitized by Google

*proceditur ad aggravationem & interdictum.*

57. *Post annum incidit excommunicatus ſuſpicionem hæreſis, iterumque excommunicatur.*

58. *Manens in iteratâ excommunicatione cenſetur hæreticus.*

59. *Epiſcopus contumax, quomodò puniendus.*

60. *Excommunicatus ob contumaciam non abſoluitur, niſi præſtitâ cautione & ſolutis expenſis.*

61. *Qui nequit ſolvere, abſoluitur cum reincidentia.*

62. *Taliter abſolutus, elapſo termino, iterũ citari debet.*

63. *Conſultum eſt abſoluto, obtinere ſemper literas abſolutionis.*

64. *Qualiter in cauſa matrimoniali contra cõtumacem procedendum, remiſſivè.*

65. *Quid debeat petere actor contra contumacem.*

CONSCRIPTA itaque relatione, nuncius literas citatorias reſtituet actori, qui deinde curare debet, vt die citationis ſuperveniente per ſe vel procuratorem in iudicio adſit, & literas cũ
1. nuncij relatione exhibeat, primò nè ſi die cognitionis abſit, circumducatur edictum citatorium *c. conſulunt ext. de offic. deleg. l. & poſt edictum. §. quod ſi is. ff. de iudic.* Quod ſi is, inquit Vlp. qui edictum
" peremptorium impetravit, abſit die cognitionis,
" is verò adverſus quem impetratum eſt, adſit, tunc
" circumducendum erit edictum peremptorium,
" neque de cauſa cognoſcetur, neque ſecundum
" præſentem pronunciabitur. Veruntamen ſi Reus non ad certum actum agnoſcẽdum, ſed ad to-
2. tam cauſam vſque ad diffinitivam ſententiam incluſivè vocatus fuerit, licet neutra pars in termino compareat, non tamen circumducetur edictũ in totum.

in totum; Nam actore vel reo postea veniente, poterit per audientiam in contumaciam absentis vsque ad diffinitivam sentẽtiam inclusivè pro qualitate causæ procedi, nisi iudex absentem pro sua benignitate de novo citari velit. Citatus namque ad duo tenetur, primum vt compareat, secundum, vt in termino compareat, quare licet edictum circumductum sit quoad secundum, nõ tamen quoad primum, *Dom. de Rota decis. 345. in not.* 3.

ADDE. *Octavia. Vest. in sua prax. Romana lib. 4. cap. 4. nu. 1. & ibi Nicol. Antho. Gravat. num. 14. & lib. 7. cap. vlt. nu. 15.* ex quo notatur, terminum circumduci etiam, reo, sive vtrâque parte non comparante. *Marãt. part. 1. 6. part. princip. memb. 2. num. 1. Gravat. d. num. 14. per d. l. & post edictum §. 1. ff. de iudic. novissimè Pet. Frider. Mynda. lib. 2. de manda. iud. cap. 20. num. 6.* quem vide plenius per tot. quãdo & qualiter omni iure, putà ff C. auth. & ordinat. Cam. terminus dicatur circumduci, de quo postremo *vide & Gail. lib. 1. obs. 59. Mynsi. cent. 2. obs. 63. cent. 5. obs. 86. & seq.* Est autem circumduci, (quo verbo Notarij vim & significationem illius ignorantes semper vti consueverunt, *teste Zas. in l. acta 45. in princi. ff. de re iud.*) dictio legalis, quam difficilè est apud alios scriptores reperire, idem significans, quod de strui, annullari, cancellari, deleri, revocari, sive pro nullo haberi, *per text. in d. l. acta, & in l. Divi 27. §. rectè, ff. de liberal. caus. fac. l. 1. de his quæ his testa. del. & l. inductum 22. C. de solut. vide Zas. d. l. acta,* quare terminum circumduci nihil aliud est, quàm pro nullo haberi, ac reum quasi non citatum reputari, ita quod de novo citari debeat, quasi antea nunquàm citatus fuisset. Christ. Wingler. 4. 5.

Quandò ob id etiam curandum est actori, vt die citationis adveniente in iudicio adsit, vt prescriptio, si quæ per adversariũ inchoata sit, interrumpatur, ea enim si actor in termino non compareat, non interrumpetur, adde quod nec alterius iudicis iurisdictio præventa censebitur, *Alex. &* 6.

*Laſ. in Rub. ff. de in ius voc. Bald. in d. c. conſuluit. num. 7. ext. de offic. iud. deleg.* ADDE. *Bald. de præſcript. 3. part. 6. princ. quæſt. 4. num. 22. Henning. Goed. Rub. 28. num. 11. Nicol. Antho. Gravat. ad Veſt. lib. 7. cap. vlt. nu. 36. & ſeq.* C. 23. Actor itaque citationis die ſuperveniente literas citatorias vnà cum relatione exequutoris per ſe vel procuratorem in iudicio exhibere ſolet, hac vel ſimili verborum formâ.

7.
I. II. III. IIII. V. VI. VII.

PROCVRATOR compareo, & do mãdatum procuratorium impetrantis in actis, petens illud actis præſentis cauſæ inſeri. Et ad fundandum iuriſdictionem domini iudicis, repeto literas apoſtolicas, aliàs domino iudici præſentatas. Inſuper do literas citatorias cum relatione exequutoris factâ, & accuſo contumaciam citati non comparentis, petens illum contumacem reputari & in illius contumaciam decerni vlteriorem proceſſum ad valuas, ac etiam citationem ad dicendum contra literas & iuriſdictionem domini per edictum ad valuas Eccleſiæ N. exequendam, ad primam diem iuridicam poſt exequutionem.

*Forma exhibitionis ſine reproductionis mandati.*

*Forma Colonienſium corã Commiſſarijs Apoſtolicis.*

ADDE Formam Colonienſem, quæ ſub his verbis ferè concipi ſolet, In cauſa N. contra N. fundãdo iudicium & Iuriſdictionem Domini, &c. repeto literas commiſſoriales apud acta, &c. & cum hoc reproduco citationis & inhibitionis pœnale mandatum legitimè exequutum, in contumaciam petens vlteriora decerni. Quæ tunc, citato non comparente, ex ſtylo currunt, Et ſi etiam mãdatum conſtitutionis ad manus habeat, illud ſimul exhibet dicẽdo, &c. Et docendo de meo mandato, exhibeo illud ſub manu principalis vel in formâ inſtrumenti vel documenti, petens exadverſo reſponderi, qui præſens ſolet hoc plerumque bonâ fide quo ad effectum conſtitutionis

tutionis duntaxat agnoſcere, & deinde petere copiã iurium & ſecundam contradicendi. Chri. Wingler.

*Formæ explicatio.*

Compareo, intereſt actoris vt ſua comparitio ſcribatur in actis, nam eſto, quod reus in terminis non compareat, & ob id in expenſis condemnetur *iuxta l. ſancimus* C. *de iud.* ADDE. *c. querelam & ibi gl. ext. de procur. Auth. Qui ſemel* C. *quom. & quand. iud.* etiam poſt lapſum primæ Citationis terminum, vt hic, *gl. & ibi Panor. num. 5. in c. ex parte ext. de verb. ſignific.* & hæc eſt communis Dd. ſententia, Authore Sichard. *in d. l. ſancimus num.* 12. vſque adeò, vt etiam Iudex ex officio non venientẽ in expenſas condemnare poſsit. *Sichard. d. l. ſancimus num.* 11. *vbi & laſ. num.* 7. licet aliàs in negotio principali non niſi imploratus in expenſas condemnet. *Dd. in l. properandum §. & ſi quidem* C. *de Iudic.* Qui verò docuerit de legitimo impedimento excuſatur ab expenſis, vt cap. ſeq. num. 7. Chriſt. Wingler. Si tamen poſtea veniens alleget ſe iniuſtè condemnatum, eò, quod nec actor in termino comparuerit, *gl. venienti. in. c. 1. de dol. & cont. lib. 6*, ſi actoris comparitio in actis non appareat, retractabitur ſententia, nam iudici non creditur, niſi quatenus legitimis conſtiterit documentis. *c. quoniam contra. ext. de probat.* vtile fuerit, & horam comparitionis adſcribere, vt ſciatur, quâ horâ, & quo tempore cœperit adverſarium expectare, *arg. c. cum dilecti, in fine. ext. de dol. & cont. & in c. 1. in fine ext. eod. in 6. & c. 1. in fine ext. de ſequeſt. poſſ. & fruct. c. auditis ext. de procur.* & an horâ præfinitâ venerit. *Spec. titu. de comparit. in termino verſ. ſit autem.*

1.

8.

9.

10.

Do mandatum procuratorium, &c. vel ſi Procurator apud acta conſtitutus ſit, repetet

11.

mandatum in actis, *arg. §. sin autem, Instit. de satisdat.* Is enim, qui alterius nomine comparet, priusquam audiatur, ostendere debet se ad agendum negotium mandatum à Domino litis habere, *l. licet, & ibi Castrens. C. de procur. c. sapè in princ. ext. de appel.* Si enim constet, illum non habere mandatum, repelletur, etiamsi de rato cavere velit, *gl. 1. in c. cum M. Ferrariensis ext. de constit. c. 1. cum gl. ext. de procur. d. §. sin autem cum gl. habiturum Instit. de satisdat l. non solum. §. qui alieno cum gl. debet ff. de procur.* nisi procurator esset conjuncta persona, de quo supra tit. 4. num. 40. & seqq. Si verò incertum sit de mandato, admittitur procurator, si caveat de rato constitutis fidejussoribus, *l. 1. C. de procur.* vt quia habet instrumenta ad causam facientia, *c. coram ext. de offic. iud. deleg. & ibi Panor. num. 9.* ADDE. Hoc igitur casu præstabit etiam cautionem, *Antho. Gravat. ad Vest. lib. 4. cap. 5. num. 30.* quia mandatum ejus certum non est, sed præsumptum *d. c. coram de iud. deleg. Menoch. lib. 2. præsumpt. 34. num. 5. & seqq. Mynsing. Cent. 5. obs. 80. Gravat. d. num. 30. Vant. de nullit. Quib. mod. sent. null. defend. num. 96.* & de cujus mandato pro certo non constat, cautionem rati præstat *l. 1. & ibi Dd. C. de procura.* per quam & ipso casu collitiganti consulitur, cum Dominus principalis ex hujusmodi præsumpto non obligetur. *Vant. d. loc. num. 97. & seq.* quare si constaret ab ipso Domino hujusmodi instrumenta fuisse porrecta, eadem producens, nè quidem cautionem de rato præstare tenetur, *Castren. in l. maritus num. 2. C. de procur.* Christo. Winzler. Aut quia in comprobationem mãdati vnicum duntaxat testem profert, aut literas parum cognitas, Siquidem tum quod mandato diminutum est, compensare debet cautio de rato, idque si is procurator simplex sit, nã procurator in rem suam nihil agit, nisi apertissimè doce-

11. 12. 13. 14. 15.

Digitized by Google

mè doceat se mandatum habere. *Angel. Aret. in d. §. fin autem Inst it. de satisdat.* Et nota quod regulariter licet gesta per procuratorem, qui nullum vel non sufficiens mandatum habet, rata per Dominum haberi possint, *l. licet ff. de iud.* adversariũ tamen hanc ratihabitionẽ ejusmodi cautelâ posse impedire, si scilicet ab initio protestetur, se nõ 16.
intendere cum illo litigare, nisi in quantum habeat legitimũ & sufficiens mandatum. Nam tunc si nullum vel non sufficiens mandatum habeat, ratihabitio Domini superveniens nihil operabitur, est casus iuxta vnum intellectum *in l. inter quos §. alieno ff. de dam. infect. & ibi Angel. & Bald. in apostil. Ludo. Rom. in singulari suo 679. incip. Tu audisti in fine.* Sed quid si procurator sit admissus sine man- 17.
dato, & contra eum lata sit sententia, cõtra quem fiet exequutio? certè contra ipsum, & non contra dominum, vt not. *l. 4. in princ. ff. de re iud. & in l. Plautius ff. de procur.* Quid autem si aliquis non 18.
habens mandatum, egit pro aliquo in iudicio, & obtinuit putà, quia pro eo lata sententia, quâ latâ, ille, cujus nomine processum, omnia habeat rata, nunquid reus illam sententiam poterit impugnare, vel dicere ratihabitionem illam non prodesse? & videtur primò quod non, quia tantum operatur ratihabitio sequens, quantum mandatum præcedens. *l. vlt. C. ad Macedon. l. licet ff. de iudic. c. ratihabitionem ext. de reg. Iud. libr. 6. & ibi per Dyn.* In contrarium videtur, scilicet, quod reus poterit hanc sententiam impugnare, quia ratihabitio tunc demum operatur, si debito tempore interveniat *l. bonorum & ibi not. ff. rem. rat. haberi.* Ergò si ratihabitio nõ intervenit debito tempo-

re, putà poſt latam ſententiam, & ſic inſtantiâ iam peremptâ, videtur hujuſmodi ratihabitionem nihil operari poſſe, quum debuerit intervenire tempore congruo, cauſâ ſcilicet nondum deciſâ & finitâ. *Io. Pet. Ferrariens. practicus Papienſ. in forma reſponſ. rei. in gl. Symoninus ſpelta. Bart. in l. ſi Tutor C. in quib. cauſ. reſt. in integ. non eſt neceſ.* ADDITIO, Imò indiſtinctè ſive ſententia pro, ſive contra lata fuerit, ratificatio admittitur, ſecundum Gail. *lib. 1. d. obſ. 47.* vbi hãc vt benigniorem in Camera receptam
19. teſtatur, communem dicunt & Iaſ. *in d. l. licet, num. 10. C. de procur. Nicol. Autho. Gravat. ad Veſt. lib. 4. cap. 5. num. 30. Guido Pap. queſt. 321. num. 3. Angel. in §. item ſi. num. 30. Iuſt. de except. Ant. de Trom. in Add. ad Hug. & Bona. ceſſo. tit. de Excep. & benef. que poſt defin. & in verb. Ratificavit. num. 33.* communem quoque dicit *Vant. de nullit. Quib mod. ſent. nul. defend. num. 102.* qui ita ſemper obſervarunt, vide Reinerum Budel. *in ſuo Tract. de re numer. lib. 2. cap 26. nu. 33. & ſeq.* qui limitat hoc ex communi Doctorum opinione procedere, quando de falſitate & nullitate inde cauſatâ fuit exceptum, (plures limitationes vide apud Iaſ. d. l. licet) cujus contrarium putà quod etiamſi exceptum ſit per adverſarium, qui ad inſtantiam hujuſmodi falſi procuratoris cõtrariam ſibi ſententiam reportavit, nihilominus Dominum principalem ratificare poſſe ſimpliciter tenet, Vant. *de nullit. Quib. mod, ſent. null. def. poßit num. 105.* Veram igitur intelligo eam opinionem, quam Budel. & Dd. per eum allegati communem dicunt, quando oppoſitum eſſet de defectu mandati ante ſententiam, ſecus ſi poſt, quia tunc ſibi partes imputare poſſunt, quare admoniti defectum maturius non ſuppleverint, aut reſpectivè eundem videntes ſerius poſt vulneratam cauſam oppoſuerint, atque hoc ita ex allegatis Dd. obiter colligo. Chriſtophor. Winzler.

III. Actis cauſæ præſentis inſeri. Mandatum
20. ſiquidem procuratorium, nedum in iudicio oſtendi, ſed & actis inſeri debet, *§. ſin autem Iuſt. de ſatisdat.*

*ſatisdat*. vt de eo apud acta conſtare poſsit, quemadmodum hoc generale eſt, vt omnia quæ in judicijs aguntur, vel dicuntur, & de quibus iudicialiter conſtare debet, actis judicis authoritate inferētur, *c. quoniam contra, ext. de probat.* Scribit autem Notarius in actis totum tenorem mandati exhibiti.

Ad fundandum iuriſdictionem. Hoc obtinet, quādo iudex delegatus eſt, nam cum ille de iure communi Iuriſdictione careat, niſi oſtēdatur, quâ de cauſa iuriſdictio illi competat, iuriſdictionem vſurpare nequibit. ADDITIO. Nihilominus corā Officiali Colonienſi eiſdem verbis vtuntur, quamvis ordinarius ſit, & idem tribunal cum Epiſcopo habeat *c. 2. ext. de conſuet. lib. 6. c. Romana in princ. de appel. eod.* Chriſtophor. Wintzler. IIII. 21.

Literas citatorias cum relatione. Rectè, nam citatio apud acta conſcribi debet, primò, vt conſtare poſsit jurisdictionem judicis perpetuatam & præventam eſſe, *gl. citationes. in c. quoniam. ext. de probat.* Secundò ob id maximè, quod citatio ſit de ſubſtantia ordinis judiciarij, quâ omiſsâ quicquid contra abſentem fit, nullum eſt. *c. omnia 3. q. 9. diximus ſup. tit. de citat. in princ.* Ideoque nè ob citationē omiſſam arguatur proceſſus nullitatis, conſultum eſt citationem apud acta conſcribere, vt de eâ conſtare poſsit, Et ſimiliter de exequutionis relatione etiam apud acta conſtare debet, vt iudex contra non comparentem tanquā citatum procedere poſsit, iuxta not. *per Bart. & Bald. in l. multum intereſt. ff. de condit. & demonſt.* ADDITIO. Etſi ſine relatione ad vlteriora proceſſus eſſet ipſo jure nullus, *Mynſ. centuria. 6. obſ. 10. Gail. lib. 1. obſ. 54. num. 6. & ſeq. Marant. part. 4. princ. diſt. 16. num. 9. &* V. 22. 23. 24.

*part.1.6.part. principali memb.1. num.54. & seq.* vsquè adeò, vt nè quidem litispendentia introducatur, aut præscriptio interrumpatur, *Bald. in tract. de præscript. 3. part. 6. princ quæst. 4. num. 25.* aut per eandem subsequutam actus invalidi convalidentur, *Octavia. Vest. lib. 4. prax. Roma. cap 4. nu.5. Vant. de nullit. ex def. citatio.nr.173.* C.W.

VI. Accuso contumaciam citati non comparentis petens illum contumacem reputari,&c. Nimirum actor cõparens, rei citati cõtumaciam accusare debet,& petere ipsum contumacem reputari, *l. properandum.§. & siquidem C.de iudic.* Sed & iudex illum contumacem reputare debet,sive illius contumaciam suâ pronunciatione manifestam reddere, nè si antè contumacem condemnet, quàm illius cõtumaciam manifestaverit, condemnatio dicatur injusta, *l.eius qui delatorem & ibi Bart. ff. de iure Fisc. Bart. in l.2. C.de iureiur. pp. cal. dand. Angel. & Io. de Imol. in l. quamdiu ff. de acquir. hæred. fac. c. cum secundũ leges, de hæret. lib. 6. Panorm. in c. cum dilecti num. 8. ext. de dol. & cont.*

52.

26. Pronunciabit autem judex citatum cõtumacem esse, his vel similibus verbis: Titium per nos,& de mandato nostro ad hanc diem super rè & causa tali citatum,& sufficientèr expectatum,nec per se nec per procuratorem comparentem, aut comparere curantem,ad instantiam Sempronij actoris vel illius Procuratoris comparentis, & ejusdẽ absentis contumaciam accusantis,ac petẽtis illum per nos contumacem reputari: reputamus, prout est, meritò contumacem & in illius contumaciam, &c. ADDE. Ab officiali in Curia Coloniensi hujusmodi verba non recitantur, sed simpliciter in contumaciam decernuntur decernenda, quæ extunc Notarij extendere noverunt. Christ. Wintzler.

Novisse

Noviſſe præterea hoc loco conuenit, contumacẽ
eum dici, qui evocatus tribus edictis, vel vno pe- 27.
remptorio pro omnibus, comparere cõtemnit,
vel ſi venit, non obedit, vel ſine licentia judicis
recedit, *c. certum. 11. q. 3. l. tres denunciationes C. quo. & quand. iud. l. contumacia ff. de re iud. c. cauſam. ext. de dol. & cont.* Additio, Ad cauſandas expenſas 28.
ſufficit vnica citatio, *vt ſup. eod. tit. num.* 8. & ad vlteriora mandata, non verò ad excommunicationem vel alia præjudicialia, ad quæ requiritur trina monitio, aut vnum peremptorium, vt videre eſt ſupr. In forma Citationis, ad verb. peremptoriè. C. M.
Eſt autem contumacia in non veniendo triplex, 29.
ſcilicet, vera, evidens, & præſumpta. Vera contumacia eſt, cum reus in faciem citatus non comparet. Evidens, quam & manifeſtam nominare poſſumus, ſi reus in faciem citatus conteſtetur ſe nolle comparere, vel ſe nũquàm compariturum, vel 30.
mox à citatione apellet iam facto ſe non compariturum teſtatur. Præſumpta contumacia, quam & dubiam aliqui vocant, eſt cum citatur reus ad domum, non in faciem, vel etiam in albo prætoris in valuis curiæ, certè ſi reus non comparet, nõ eſt verus cõtumax, ſed præſumptus, vide plenius gl. vlt. in clem. vnica de dol. & cont.

Et in illius contumaciam decerni vlte- VII.
riorem proceſſum ad valuas, &c. Petito per actorem comparentem, vt reus abſens contumax reputetur, ſimul etiam petit contra eum tanquàm contumacem procedi, Quocircà pro
hujus articuli pleniori cognitione ſciendum eſt, 31.
variè pro natura cauſæ inſtitutæ contra reum cõtumacem procedi poſſe, nam ſi cauſa civilis ſit,

refert,

refert, vtrùm reus ante litem conteſtatam contu-
32. max, reali, an perſonali cóveniatur, Si reali, actor comparens reique peremptoriè citati & non cõparentis contumaciam accuſans, mittitur ex primo decreto in poſſeſsionem rei petitæ cauſâ cuſtodię, vt tædio affectus reus, veniat intra annum, & cautionem litis ſuſcipiẽdæ præbeat, & rem exhibitâ ſatisfactione congruâ expenſarum ſuſcipiat, & cognitionalia certamina ſubeat *c. quoniam. §. in alijs ext. vt lite non conteſt. l. ſi quis emptionis. §. pen. C. de præſcript. 30. vel 40. an. c. vlt. ext. de eo qui mitt. in poſſ. cauſ. rei ſer. l. conſentaneum. in fine C. quom. & quand. Iud.* Quod ſi intra annum à die miſsionis
33. cautionem ejuſmodi offerre neglexerit, actor quaſi ex ſecundo decreto verus conſtituetur rei poſſeſſor, & fructus faciet ſuos, ſuper proprietate duntaxat adverſę parti defenſione legitimâ reſervatâ. *d. §. in alijs & in c. 1. & 2. ext. de eo qui mitt. in poſſ. & d. l. ſi quis emptionis, in fine, & c. contingit ext. de dol.*
34. *& cont.* ADDITIO. An in actione reali miſſus ex primo decreto verus cõſtituatur poſſeſſor, inter Legiſtas & Canoniſtas ad aram & focum vſque controvertitur, aiunt Legiſtæ per *l. ſi quis emptionis §. pen. C. de præſcrip. 30. vel 40. an. vt ibi communiter, & in l. 3. §. fin. ff. de acquir. poſſ.* negant Canoniſtæ in *c. contingat per illum text. ext. de dol. & cont. & in d. c. quoniam. §. in alijs ext. vt lite non conteſt.* quos tuetur *Menoch. remed. 3. retinend. poſſ. nu. 208. & ſeqq.* Iterum inter eoſdem controvertitur, an per ſolum anni lapſum quis conſtituatur verus poſſeſſor, an verò requiratur ſecundi decreti interpoſitio, vt ibidem videre eſt, de quarũ quæſtionũ veritate alias per dei gratiam, forſan latius inveſtigabim⁹. C. M.
35. Cœterum ſi reus actione reali cõventus, lite iam conteſtata contumax ſit, ſi liquet, aut liquere poteſt de cauſa, putà, quia teſtes recepti ſunt, vel recipi poſ-

cipi possunt, vel instrumenta exhibita sunt, vel confessiones factæ, tunc procedi potest ad diffinitivam sententiam absoluendo, vel si obnoxius fuerit inventus, etiam contra absentem promendo condemnationem *l properandum. §. sin autem ex gestis §. sin autem reus, C. de iudic. c. prout. in fin. & ibi gl. vlt. ext. de dol. & cont.* Sin autē de causa non liquet, 36.
nec liquere potest, vt quia actor nullos testes, vel instrumenta nulla produxit, tum adjudicabitur sola possessio, & incontinenti efficietur verus rei possessor, saluâ quæstione proprietatis absenti *d. c. prout, & l. consentaneum C. quom. & quand. iudi.* Si autem lis est quasi contestata, saltem quoad interrumpendam præscriptionem, putà, quia convenitur quis de re immobili, quam alieno nomine tenet, si ius in re non habet, dominum in judicio nominare debet, vt litem suscipiat, Si autem ius in re habet, ad id Dominum nominabit, vt præsens adsit, nè quid fortè in ipsius præjudicium fiat. Domino itaque in judicio nominato vt litem suscipiat, certum tempus à judice diffiniendum est, intra quod Domino denunciet, vt in locis, in quibus res sita est, perveniens vel procuratorem mittens, actoris intentionem suscipiat. Quod si 38.
Dominus facere neglexerit, tanquàm lite contestata, ex eo die quo in judicium vocatus est is, qui nomine ejus tenet rem, interrumpitur præscriptio, & negotio summàtim examinato, si legitimè tribus edictis vocatus venire distulerit, adjudicabitur possessio ipsi actori, & fiet verus possessor, 39.
omni allegatione de proprietate absenti servatâ *d. c. quoniam §. in alijs & l. 2. C. vbi in rem act.* Idem dicēdum videtur secund. gl. & Dd. *in d. l. 2. Panor. d. §. in*

Digitized by Google

*d. §. in alijs num. 22.* vbi hãc communem ſi res mo-
40. bilis, ſic detineatur, vt tamen prius res deponatur, vel idonea ſatisdatio præſtetur, præſertim ſi perſona ſuſpecta ſit, quæ in judicio dominum nominat *l. ſi ſideiuſſor §. vlt. ff. qui ſatiſd. cog.* Porrò ſi de debito perſonali agatur, & reus ante litis conte-
41. ſtationem contumacitèr abſit, tunc actor rei peremptoriè citati contumaciam accuſans, examinato negotio, mittetur cuſtodiæ cauſa in poſſeſsionem rerum mobilium ipſius, vel immobilium, ſi fortè mobilia non habeat, pro modo & quantitate debiti petiti, & in libello declarati *d. c. quoniam. §. in alijs ext. vt lite non conteſt. l. cum proponas & Auth. ei qui iurat. C. de bon. auth. iud. poſſid.* Miſſus tamẽ ante interpoſitionem ſecundi decreti, ſecun-
42. dum communem omnium ſententiam, non efficitur verus poſſeſſor, ſed ſolam detentionem & cuſtodiam habet, quare non facit fructus ſuos,
43. ſed ſi reus intra annum, ſive ante ſecundi decreti interpoſitionem venerit, judicio ſiſti præſtita cautione. (ADDE. Etiamſi poſsideat immobilia, perdidit enim cõtumacia ſuâ privilegium *l. ſciendum ff qui ſatisd. cog. Marant. d. memb. 2. num* 20. *al.* 22. C. W.) Ac exhibita ſatisfactione congrua expenſarum, bona vnà cum fructib⁹ perceptis recipiet. Quod ſi intra annum cautionem offerre neglexerit, actor & ſecundo decreto cõſtituetur verus dictarum rerum poſſeſſor, *d. §. in alijs & in l. ſi finita §. Iulianus ff. de dam. infect. d. l. cum proponas cum Auth. ſeq. C. de bon. auth. iud. poſſid.* Facta verò hac miſsione ex ſecundo decreto, actore petente procedetur etiam ad prę ſcriptarum rerum venditionem, vel docto ſummariè de debito petito, adjudicabuntur actor;

tur actori in ſolutum pro modo petiti debiti, *vt not. d. §. in alijs & in d. l. cum proponas, cum Auth. ſeq. C. de bon. auth. iud. poſſ.* Additio, De æquitate quidem hoc ſecundum decretum ante lapſum anni non interponetur, ſed ex communi Doctorum concluſione, arbitrio judicis relinquitur, *Marant. d. part. 6. princ. part. 1 memb. 2. num. 12.* quod & poſt ſeptem alias relatas opiniones tandem concludit Menoch. *lib. 2. de arbit. Iud. caſ. 6.* cum non inveniatur certum aliquod tempus in jure definitum, rectè ex trita juris regula judicis arbitrio & diſcretioni committitur, *vulg. l. 1. ff. de jure delib.* neque interponitur duntaxat ſecundū decretum in cauſa damni infecti, vt eſt text. & ibi ordinarius vtriuſque decreti tractatus in *l. ſi finita §. Iuliano ff. de dam. infect.* ſed etiam in omnibus alijs cauſis, *Marant. d. num. 12. & Dd. per eum allegati*, alium tamen habet effectum in cauſa damni infecti, in quam plures miſsi efficiuntur ſtatim pro rata Domini, abſque vlteriori adjudicatione, ſecundum communem Dd. opinionem *in l. prætores §. 1. l. ſi finita §. ſi ante & §. cum autem ff. de dam infect.* vel, ſi mavis, non pro rata damni necdum exiſtentis, ſed pro virili, ſecund. Zaſ. cōtra communem *lib. 1. ſingul. reſpon. cap. 16.* Vnde vnus ſolus miſſus, habet rem integram vltra menſuram debiti, ſive damni, *Marant. d. num. 12.* In alijs verò cauſis ſecundum decretum non extendit vires ſuas vltra menſuram debiti, neque parat dominium, ſed poſſeſsionē, ita vt poſt venditio vel adjudicatio adhuc ſubſequi debeat, vt patet hic ex text. quod decretum de vendendo vim ſecundi decreti habet, aut propriè ipſum ſecundum decretum dicitur, *Bart. in l. jubere num. 2. ff. de iuriſd. om. Iud. Marant. d. nu. 12.* & quia hoc ſatis præjudiciale, ideò ſtatuit noviſsima Curiæ Colonienſis Reformatio, ſub Tit. de contumacia, hoc ſecundum decretum interponi non debere, niſi debito pleniùs probato, quod antè Panor. *in c. quoniam frequenter §. in alijs num. 39. ext. vt lite non conteſt.* mente tenendum monuit, nè aliter abſens aggravetur interpoſitione ſecundi decreti, quàm ſecundum modum probationis & qualita-

44. 45. 46. 47. 48.

& qualitatem contumaciæ; quoniam poſt ſecundum decretum, aut rerum adjudicationem contumax cõtumaciam ſuam purgare, omniaque acta aut diſtracta retractare volens, difficilius auditur, de quo tamẽ modò nihil ex propoſito, ſed antè ſecundum decretum quandocunque veniens, per ſatiſdationem
49. & expenſarum refuſionem, poſſeſsionem amiſſam recuperat, *gl. in d. c. quoniam frequenter §. in alijs ext. vt lite non conteſt. vbi Panor. num.* 36. *& ſeqq.* cum in hoc omnes conveniant, teſte Bart. *in d. l. ſi finita, §. Iulianus num.* 34.
50. *ff. de dam. infect.* quod in perſonali actione miſſus per lapſum vnius vel plurium annorum, abſque interpoſitione ſecundi decreti, nõ efficiatur vſque adeò verus poſſeſſor, quin debitor offerendo debitum liquidum, & expenſas, ſuas poſſeſsiones redimere poſsit, In illiquido ſufficiet cautio, quæ tantum operatur in
51. illiquido, quantum ſolutio in liquido, *l. ſtatuliber rationem l. ſeruus ſi hæredi. §. finali ff. de ſtatulib. Nicol. Everh. conſil.* 99. *num.* 2. *& conſil.* 240. C. ☞. Rurſus ſi poſt litem
52. conteſtatam actione perſonali conventus abſit contumaciter, poterit procedi ad diffinitivam ſententiam, ſi de cauſa vel jure partium liquet, vel liquere poteſt, ſin minus dabitur actori ex ſecũdo decreto alicujus rei ipſius debitoris vera poſſeſsio, pro modo debiti declarati, *Ant. de But. & Panor. in d. c. prout ext. de dol. & cont.* & poſtea actor rem hujuſmodi judicis authoritate diſtrahet, aut illi adjudicabitur in ſolutum. Cum autem cauſa
53. ſpiritualis, vel mixta, aut cohærens agitur, ſiquidem talis eſt cauſa, quod poſsit mitti in poſſeſsionem, fit miſsio & recuperatio ſecundum jam dictam diſtinctionem, quod ſi hæc fieri non poſsit, quęcunque ſit cauſa & quomodocunque agatur, excommunicari poteſt reus contumax, vſque ad ſatisfactionem condignam, & nihilominus condemnari in expenſis, *c. tua. ext. vt lit. non conteſt.* vel

poterit

poterit iudex Eccleſiaſticus, etiam qualicunque actione agatur, miſsione in poſſeſsionem omiſsâ, contumacem excommunicationis pœnâ afficere, modò eam magis timeri putaverit *d. c. quoniam §. vlt. ext. vt lite non conteſt.* Quocirca, ſi actore rei contumaciam accuſante, & illum excommunicari petente, iudex voluerit cõtumacem excommunicare, prius debet cum ſuis literis (quas contumaciales appellant) admonere, vt adhuc obediat comparendo intra certum terminum competentem, & ſuam contumaciam expurget, *c. ſacro. ext. de ſent. excomm.* Et ſi ejuſmodi monitione factâ, reus nihilominus in ſua contumacia perſeveret, actor accuſatâ non comparentis contumaciâ, petet literas excommunicatoriales ſibi decerni, & obtinebit, denique ſi excommunicat⁹ in excommunicatione perſeveret, iudex procedet ad aggravationem ſententiæ excommunicationis, quia creſcente contumaciâ, creſcere debet & pœna, *c. quoniam in fine ext. vt lite non conteſt.* Et ſi adhuc non curat parere juri, & petere abſolutionem, dirigatur ei aliud mandatum, quo inhibeatur, nè quiſquàm ſecum communicet, emendo, vendendo, ignem aquam vè adminiſtrando, ſi nec ſic poteſt revocari à ſua cõtumacia, ſolet interdici à divinis, quamdiu fuerit præſens excommunicatus. Et ſi per annum in ea excommunicatione perſtiterit, inducit ſuſpicionem hæreſis, & pro ea ſuſpicione tanquam talis, & hæreticus, dicitur excommunicari denuò. Si iterum in tali excommunicatione lata pro hujuſmodi ſuſpicione perſeveraverit per annum, cenſebitur hæreticus, vide *c. grauem. ext. de pœn. c. rursus & c. quicunque 11. q. 3.*

54. 55. 56. 57. 58.

ADDITIO, Pro quo tamen non punitur vt hæreticus, sed indicitur purgatio, nisi ab initio fuerit citatus, & excommunicatus pro crimine hæreseos *Marant. d part. 1. membr. 2. num. 33. ad. 35* Christo. Wintzler.

Obseruandum tamen, vt si Episcopus est, primò
59. ei Ecclesiæ, vel sacerdotale ministerium interdicatur, secundò crescente contumaciâ ab officio suspendatur, & subsequenter aggravetur censurâ Ecclesiasticâ, nisi fortè aliter fieri suaserit nimia contumaciæ protervitas, sive culpa, text. in *c. 2.*
60. *ext. de offic. iud. delag. lib. 6.* Si verò ob contumaciam excommunicatus, petat se absolui, audiri nõ debet, nisi judicio sisti præstitâ cautione, expensas per actorẽ rationẽ contumacię factas exoluat, *c. qua fronte, ext. de appel. c. quoniam frequenter in fine,*
61. *ext. vt lite non contest.* Si tamen in præsenti dicat, se expensas exoluere non posse, poterit hac lege absolui, vt si intra certum tempus eas non absoluerit, eo ipso reincidat in excõmunicationem, quo tamẽ die si promissum non præstiterit, denuo ci-
62. tari debet ad videndum se in prædictam excommunicationis sententiam rursum incidisse declarari, vel dicendum causam, &c. vide not. in *c. apostolicæ ext. de except. c. solet ext. de sent. excom. libr. 6.*
63. *Dom. de Rot. decis. 490. in not.* Et nota cõsultum esse reo, quomodocunque absoluatur, vt semper literas absolutionis obtineat, vt notavit gl. *de absolutione in c. proposuit ext de cler. excom. minist.* Si autem
64. causa matrimonialis sit, in qua reus cõtumax est, qualiter procedendum sit contra contumacem, dic vt in *d. c. quoniam §. si verò, ext. vt litè non contest.*
65. In summa itaque nota, quod reo per se, vel responsalem in termino non comparente, actorem exhibendo instrumentum citationis petere debere, se

bere, se mitti in possessionē rerum petitarum, vel Reum denuò moneri, & postea excommunicari, vel si causa talis sit, in qua lite non contestata ad diffinitivam procedi potest, vt in *c. 1. de eo qui mitt. in poss. libr. 6. in clem. dispendiosam, de iudic. & in clem. sæpe, de verb. signific.* petere poterit vlteriorem processum in causa contra reum habendum, continuandum, & obseruandum, ad valuas Ecclesiæ majoris, iuxta dictam iudicis in citatione factam comminationem decerni, vt supra in forma, & obtinebit.

## De comparitione rei, & termino ad dicendum contra Commissionem.

## TITVLVS XV.

1. *Quando citatus comparere teneatur, & quādo non.*
2. *Comparens non consentiet statim in iurisdictionem.*
3. *Forma comparitionis rei.*
4. *Quare comparitio rei actis inserenda.*
5. *Recedens sine licentia reputatur contumax.*
6. *Contumax comparens non auditur, nisi purgatâ contumaciâ.*
7. *Docens se impeditum, excusatur ab expensis.*
8. *Contumax postea comparens admittitur in eo statu, in quo causam inuenit.*
9. *Absens pro præsente habetur.*
10. *Comparēs absque protestatione, nisi quatenus de iure, &c. posset statim reputari contumax.*
11. *An post huiusmodi protestationem simpliciter procedēs, censeatur à protestatione resilire? distinguitur.*

12. *Quando procedens propter metum iudicis, non fuit ausus repetere, sufficit prima, quoad omnes actus sequentes.*
13. *Verba generaliter concepta futurum respiciunt.*
14. *Procurator rei non admittitur, nisi cum mandato.*
15. *Procuratore non docente de mandato, proceditur contra reum tanquam contumacem.*
16. *Procurator petens terminum ad docendum de mãdato, non auditur.*
17. *Originale mandatum non restituitur exhibenti, nisi sit generale ad omnes causas.*
18. *Potest peti copia mandati ad effectum impugnandi.*
19. *Copia commissionis cum die & consule communicari debet.*
20. *Petenti originale ostendendum, priusquam cogatur respondere.*
21. *Terminus ad dicendum cõtra rescriptum, est de substantia iudicij iudicis delegati.*
22. *Non potest constare de iurisdictione, nisi eo termino prævio.*
23. *Iurisdictio ordinarij iure communi fundata.*
24. *Existente termino proponentur omnes exceptiones declinatoriæ.*
25. *Reo nihil opponente, Iudex pronunciat se iudicem competentem.*
26. *Coram ordinario post exhibitum libellum, & terminum deliberatorium proponuntur declinatoriæ.*
27. *Exceptiones anomolæ quæ sint.*
28. *Peremptoriæ quæ sint.*
29. *Exceptiones dilatoriæ quæ, & quotuplices sint.*
30. *Exceptio dilatoria concernens merita causæ ad processum proposita, debet ante litem contestatam probari.*

31. *Ad me-*

31. *Ad merita cauſæ propoſita poſt litisconteſtationem probatur.*
32. *Dilatoriæ, quas foris declinatorias vocamus, ante litisconteſtationem proponi debent.*
33. *Poſt litisconteſtationem orta, proponi poteſt.*
34. *Declinatoria concernens iudicem, etiam antè dilatorias proponi debet.*
35. *Vrgente termino poſſunt plures exceptiones ſimul ſub conditione proponi.*

IN jus itaque vocatus ex quacunque cauſa ad prætorem, vel alios præſides, qui juriſdictioni præſunt, venire debet, vt hoc ipſum ſciatur an juriſdictionis ejus ſit *l. 2. ff. ſi quis in ius voc. non ier.* Sed hoc tamen diſtinctionem recipit, nam ſi certum 1.
eſt, quod juriſdictionis ejus ſit, reus ſanè omninò venire debet, aut punietur, vt in *l. 1. in princip. ff. ſi quis ius dic. nõ obtemp.* & rurſum ſi certum eſt, reum juriſdictionis ejus non eſſe, venire non tenetur *l. vlt. ff. de iuriſd. om. iud.* Si verò dubium ſit, venire tenetur, allegaturus privilegium ſuum *l. ſi quis ex alienaff. de iudic. l ſi reus ff. iudic. ſolui. c. ſi duobus, c. cum parati ext. de appel. not. Doct. in c. 2. ext. de dd. at. text. & gl. in d. l. 2. ff. ſi quis in ius voc. non ier.* Quare ſi facta in termino per actorem vel ipſius procuratorem citationis exhibitione, reus per ſe vel procuratorem compareat & ſi quidem judex eſt delegatus, vel alius, nec judex ſuus proprius vel ordinarius, non ſtatim in judicem vel ipſius juriſdictionem conſentiat, ſed proteſtetur, quod in eum alitèr non cõſentiat, quam de jure teneatur, hac ſcilicet vel ſimili verborum formulâ. 2.

3. COMPAREO cum proteſtatione de non conſentiendo in juriſdictionem Domini judicis, niſi
I. quatenus de jure teneor, quam proteſtationē in
II. omnibus meis comparitionibus, & defenſionibus, pro repetita haberi volo, etiamſi per inadvertentiam fortè omiſſa foret, & eâ mediante, exhibeo mandatum procuratorium Domini mei
III. petens illud actis hujus cauſæ inſeri, & peto mihi
IIII. partique meæ copiam commiſsionis exhibitæ decerni, & terminum ad dicendum contra commiſsionem, citationem, & ejus executionem ſtatui ad primam diem juridicam.

*Formula comparitionis rei.*

ADDITIO, Eodem ferè modo fit comparitio coram judicibus Eccleſiaſticis Colonienſibus in cauſis cōmiſsionis Apoſtolicæ, ſed brevioribus verbis. Si autem fuerit cauſa ordinariæ juriſdictionis corā Officiali, non petitur jurium copia, ſed mandatum, ſi fuerit monitorium, in ſimplicem citationem reſolui, & exadverſo terminum dandi pro ſubſiſtentia mandati, vel edendi actionem ſtatui. Chri. Winzler.

4. COMPAREO. Hæc cōparitio Rei in actis redigi debet, vt de ea in poſterum conſtare poſsit, & præſertim ſi actore in termino citationis non comparente, reus compareat, ſcribi debet. Quod ſcilicet citatus in termino comparens diu vel ſufficienter expectavit, ac adverſarij non comparētis contumaciam accuſavit, & quod actore non comparente, vel nihil adverſus eum dicēte, cum licentia judicis receſſerit, nā ſi actor poſtea comparens, dicat illum ſine licentia judicis receſsiſſe, neceſſariò conſtare debet, quod recedendi licentia à judice data ſit, alioquin reputabitur contumax *c. 1. ext. de iudic. c. certum 11. q. 3. Specu. eod. titu. verſ. hoc*

*Formulæ explicatio.*

*verſ. hoc quoque. Bart. in l. conſentaneum in fine C. quom. & quand. iud. Panor. in c. conſtitutis num. 2. ext. de procuratoribus.* Hoc quoque notādum eſt, quod ſi reus nunc comparens, priùs fuerit contumax, & ob id excommunicatus ſit, illum nō antè debere abſolui, aut ei aditum judicialem revelari, quàm purgaverit contumaciam ſuam, ſoluendo ſcilicet expenſas, rationę contumacię per actorem factas, niſi tamen doceat ſe juſta de cauſa ſine dolo malo ſuo impeditum comparere non potuiſſe, quod dic. vt not. *in c. querelam ext. de procur. in l. 2. & 4. ff. ſi quis caut.* Denique ſi reus prius cōtumax fuerit, nunc autem compareat, conſiderandum erit, quo in ſtatu cauſa nunc ſit, nam ſi lis conteſtata ſit, vel talis ſit cauſa, putà appellationis, vel alia in qua contra contumacem abſentem poteſt lite non cōteſtatâ procedi, & in cauſa proceſſum ſit, reus poſtea comparens admittetur tantum in eo ſtatu, quo cauſam inveniet, vt ſi lis ſit conteſtata, vel juratum de calumnia, vel teſtes producti, vel etiam concluſum in cauſa, comparens admittetur ad ſequentia, & minimè ad præcedentia, quare non audietur volens libellum offerre, vel exceptiones dilatorias, ſeu forideclinatorias proponere, vel judicem recuſare, vel litem conteſtari, *arg. c. inter monaſterium ext. de ſent. & re iud.* Cum enim abſens iſtis caſibus, pro præſente habeatur, *vt in c. per tuas ext. de appell. in c. veritatis ext. de dol. & cont. in c. 1. ext. de eo qui mitt. in poſſ. lib. 6.* valet proceſſus contra eum habitus, ac ſi præſens fuiſſet, & certè ſi præſens fuiſſet, nō poſſet nunc prædicta proponere, ſi ea in initio non propoſuiſſet, ergò nec hoc caſu poterit. Specul. eod. titu. de comparit. rei, verſ.

6.

7.

8.

9.

rei, verſ. attendatis, & in tit. de appell. §. qualiter. verſ. ſed pone. Panorm. in c. ſi duobus num. 12. ext. de appel.

II. Niſi quatenus de jure teneor. In hac proteſtatione reum admonitum eſſe oportet, nè po-
10. ſteriorem hanc clauſulam, niſi quatenus de jure teneor, omittat. Nam ſi cum hac proteſtatione, omiſſa dicta clauſula, compareret, poſſet ſtatim per judicem ſive ordinarium, ſive delegatum, ratione contumaciæ judicialis reputari contumax, atque ita veluti contumax excommunicari, aut alia contumaciæ pœnâ affici, *arg. c. certum 11. q. 3. c. 1. ext. de iudic. c. ex parte ext. de verb ſignif. not. Innoc. & Panorm. num. 9. c. cumana. ext. de elect.* ADDE. *Iaſon. in l. ſancimus num. 4. C. de judic. & in l. ait prætor, in princ. 18. ff. de jure jur. Gail. lib. 1 obſ. 48. in fine.* C. Wingler.

11. Quæritur an nè reus, ſi poſt hujuſmodi proteſtationem factam ſimpliciter in cauſa procedat, videatur in judicem conſentire? & videtur dicendum, quod per actum incontinenti ſequentem etiam proteſtationi contrarium, non cenſeatur à proteſtatione ſua diſceſsiſſe, & ſic in judicem cõſenſiſſe, ſecus per actum ex intervallo ſequẽtem, vt in ſimili de proteſtante, ſe non dicere animo litem conteſtandi, not. Spec. & ibi Bald. *in addit. titu. de litisconteſt. §. 1. verſ. patet ex præmiſſis*, nam ſecundum Baldum ibi videtur propter temporis intervallum, & actum ſubſequentẽ à primo propoſito eſſe diſceſſum, *l. cum in plures §. locator horrei ff. locati.* Ideoque niſi repetatur in quolibet actu, tolletur proteſtatio per actum poſtea purè geſtum, *d. §. locator horrei. not. Bart. in l. nõ ſolum §. morte. verſ. his præmiſſis. ff. de novi oper. nunc. & Io. And. in*

*c. cum*

*c. cum M. Ferrarien. ext. de const.* vbi Panor. *nu. 20.* hoc intelligit verum esse, quando comparens habuit liberam protestãdi facultatem, nam si propter justum metum judicis non ausus fuerit protestationem repetere, credit priorem protestationem quoad totam causam sufficere, donec cessaverit metus, *arg. c. 1. ext. de vi met. causa, & in c. si iustus metus, finali. ext. de appel.* Secundò illud verum putaverim, nisi protestationis verba generaliter concepta etiam futurum verisimiliter prægogitatum respiciant, vt hic, *arg. l. si quis in princ. ff. de legat. 3. l. si ita stipulatus §6. ff. de fideiuss. Panor. c. d. cum M. Ferrarienſis num. 18.* Potest præterea reus comparens protestari, quod compareat saluis omnibus exceptionibus dilatorijs, & peremptorijs sibi competentibus, & competituris, *c. vlt. ext. de dilat.*

12.

13.

Exhibeo mandatum procuratorium. *III.* Istud obtinet, quando reus per procuratorem comparet, nam procurator rei ad judicia debet omninò ostendere procuratorium continens fidejusionem domini, sub hypotheca omnium bonorum, & si non ostendat mandatum, ipse nõ admittetur tanquam procurator, etiamsi dubitaretur, nisi se defensioni offerre vellet, *§. si vero. Instit. de satisd. gl. 1. in c. mandato ext. de procur.* Quare procuratore de mãdato non docẽte, petet actor in contumaciam rei nõ comparentis legitimè vlteriores literas, hoc est, contumaciales vel aliàs pro negotij qualitate contra eum tanquam contumacem procedi, vt in proximo titulo dictum est, etiamsi procurator sine mandato comparens petat sibi diem præfigi, quo de mandato docere posit, non enim debet audiri, sed dominus con-

14.

15.

16.

demnabitur vt cõtumax *l.1. in fine & ibi Bart. ff. quod cuiusq. vniuerſ. nom. Panor. in c. conſtitutus num. 3. ext. de procur. & in c. coram num. 3. ext. de reſtit. in integ.* (ADDE. Aliter tamẽ ſæpius ſervari & hunc procuratorem ſub cautione rati, ſtatuto termino ad dicẽdum de ipſo mandato, admitti videmus.)

17. Procuratorium autem originale in judicio ſemel exhibitum non debet exhibenti reſtitui, ſi ad illam cauſam ſpeciàliter fuerit conceptum, ſin autem generàliter ad hanc & alios quaſcunque cauſas, hoc exhibenti reſtitui poterit, dimiſsâ copiâ authentica in actis, ſi illo in alia cauſa ſe indigere aſſerat, cum juramento tamen quod illud malitiosè reſtitui nõ petit, & quod reproducet toties & quoties, &c. *Specul. Tit. de inſtrum. edit. §. nunc dicamus in fine.*

18. Proinde reo per Procuratorem comparẽte, inquirat actor de mandato, quod ſi exhibeatur, petere poterit illius copiam, & tempus, ad illud impugnandum, ſi videbitur, & è contrario per procuratorem comparente, petet & procurator rei copiam procuratorij actoris *l. licet C. de procur.*

IIII. Copiã commiſsionis exhibitæ decerni.

19. Si judex eſt delegatus, rectè petit reus ſibi copiam fieri commiſsionis, ſive juriſdictionis, nam ea ſibi fieri debet, cum die & Conſule, ſeu nomine Pontificis *gl. verb. datam literarum, in c. eam te ext. de reſcript. gl. 1. in c. ex literis ext. de fide inſtrumentorum*, ſi denegata fuerit, poterit appellare *vt ibi & d. gl. 1.*

20. Quinimò originale ipſum (ſi petat) ei inſpiciendum præberi debet, priuſquam adverſario reſpondere cogatur *c. cum in iure, ext. de offic. iud. deleg. l. vnica C. de mand. princip. l. prohibitum. C. de iur fiſci. lib. 10. gl. in verb. ex inſpectione in c. porrò ext. de privileg.*

*de privileg. Specul. titul. de citatione §. iam de citatione, verſ. ſed pone.*

PRINCIPIO ſciendum, hunc terminum dicendi cõtra reſcriptum delegationis adeò eſſe de ſubſtãtia judicij judicis delegati, vt eo omiſſo habitus proceſſus ſit nullius momẽti, priùs namque de juriſdictione judicis conſtare debet, quã procedatur ad ipſius juriſdictionis exercitium *c. ſuper literis in fine ext. de reſcript. c. Romana §. ſi vero vocatis & ibi gl. verbi præſumatur, ext. de appell. libr. 6.* conſtare vero non poteſt, niſi adverſario ad dicendum contra commiſsionem terminus præfigatur, vel ſi abſit, ad hoc citetur. *arg. c. 2. ext. de teſtib.* Quo fit, vt hoc termino non ſervato delegatus non poſsit neque debeat in cauſa quicquam attentare, vel innovare, *vt in d. §. ſi verò vocatis*, in judicio verò judicis ordinarij hic terminus ſibi locum non vendicat, nam ordinarij juriſdictio jure communi fundata eſt, *c. cum Epiſcopus. ext. de offic. iud. ordinar. libr. 6.* Impetrata itaque reſcripti ſive commiſsionis copia, & termino ad impugnãdum eandem, reus termini die ſuperveniente, omnes exceptiones judicij declinatorias, ſi quas habet, proponere & probare debet coram delegato, quod ſi neglexerit, lapſo termino hujuſmodi, ſuper illis minimè audietur, dicentibus Dom. de Rota. *deciſ. 53. in novis. & 503. in antiq.* exceptiones foridеclinatorias poſt terminum ad dicendũ contra commiſsionem oppoſitas, nõ eſſe admittendas, niſi excipiens jurare velit in forma c. paſtoralis, *ext. de except.* & reo nihil opponente delegatus declarabit ſe judicem cauſæ & partium compe-

21. *De termino ad dicendum cõtra commiſsionem. XV.*

22.

23.

24.

25.

competentem, vt infrà, at verò quia coram ordinario (vt diximus) terminus hic locum non obtinet, ſed ſtatim reo citato comparenti offertur
26. ab actore libellus, quo oblato, acceptiſque inducijs deliberatorijs, tum demum coram eo ſolent declinatoriæ fori proponi, idcircò quę hoc loco de exceptionibus forideclinatorijs proponendis dicturi ſumus, eo loco, quantum ad judicium ordinarij, repetita eſſe volumus. Sciendum itaque exceptionũ alias appellari perpetuas & peremptorias, alias tẽporales & dilatorias, alias verò ano-
27. molas, quia non per omnia ſequuntur naturam dilatoriarum, aut peremptoriarũ, vt ſunt illæ peremptoriæ, quæ ante litem conteſtatam, & etiam poſt ſententiã opponi poſſunt. (Adde. Gail. lib. 2. obſ. 17. nu. 8.) Itẽ dilatoriæ illæ, quæ in quacunque parte litis opponi poſſunt, vt exceptio excõmunicationis, *clem. vnica de except. c. exceptionẽ ext. eod.* & exceptio falſi procuratoris, & quævis alia, quæ judicium retrò nullum conſtituit, *c. in noſtra*
28. *ext. de procur. l licet C. eod.* perpetuæ verò & perẽptoriæ ſunt, quę ſemper agentibus obſtant, & rem, de qua agitur, perimunt, qualis eſt exceptio doli mali, & quod metus cauſa factum eſt, & pacti cõventi, cum ita convenerit, nè omninò pecunia peteretur, §. *appellantur. Inſtit. de except.* Sed de perẽp-
29. torijs dicetur infrà plenius ſuo loco. Temporales autem atque dilatoriæ ſunt, quæ ad tẽpus nocent, & temporis dilationẽ tribuunt, & ſunt duplices, quædam enim ipſum negotium principale concernunt, quædam judicium ipſum, vt perſonam judicis, partis, vel reſcriptum, dilatorię negotium principale concernentes ſunt, quæ rem ipſam, de

qua agitur

qua agitur concernunt, qualis est dilatoria solutionis, vt cum tibi petenti à me decem, oppono me intra quinquennium tibi soluere nõ teneri, quoniam ita sit conventum, nè intra quinquennium agetur, *d. §. appellantur.* Hæc autem quando proponi & probari debeat, dubiũ est, apud gl. Bart. Cyn. *in l. exceptionem C. de probat.* tu autem conclude cum Innoc. *in c. pastor alis, num. 1. ext. de except.* quod si opponatur ad processum, vt scilicet actor ab agendo desistat, tunc illam debere proponi ac probari ante litis contestationem, quemadmodum & aliæ dilatoriæ, quandoquidẽ actor intra tempus agere non potest, *l. si ita stipulatus essem & l. continuus §. cum ita ff. de verb. obligat. & d. §. appellantur.* Si verò opponatur ad merita causæ scilicet, ne cõdemnetur reus ad soluendum tempore nondum finito, tũc sufficit, illam post litem cõtestatam proponi, & probari. Nec ad rem pertinet, quod ait *d. l. exceptionẽ*, illã ante proponi debere, quia illud consilij est nõ necessitatis, *secund. Innoc. vbi supra. Panorm. in c. exceptionem num. 12.* vbi quod hæc sit communior sententia, *ext. de except.* Dilatoriæ autem, quæ ipsum judicium, vt personam judicis, partis, vel rescriptum concernunt (quas judicij declinatorias appellamus) ante litis contestationem seu in termino ad omnes dilatorias proponẽdas à judice prẽfixo proponi & probari debent, *d. c. pastor alis ext. de except. c. inter monasterium. ext. de sent. & re iudic. l. vlt. C. de except. & not. in d. l. exceptionem. C. de except* Post litem verò contestatam minimè possunt opponi, nisi fortè aliqua de novo exorta fuerit. *d. c. pastor alis, & in c. insinuante ext. de offic. iud. deleg. l. 2. C. de cõsort. eiusd. lit.*

30.

31.

32.

33.

vel nisi

vel niſi poſtmodum ad rei notitiam pervenerint *arg. c. vt circa ext. de elect. libr. 6. & in d. c. paſtoralis:* vbi vide plenius. (ADDE. *Gail. lib. 1. obſ. 33. num. 11. Mynſ. Cent. 4. obſ. 27. & 59.* quod communiter placuit. Couar pract. quæſt. cap. 26. num. 7. Chriſt. Wintzler.

34. Porrò exceptio declinatoria judicem, ſeu ejus juriſdictionem reſpiciens, nedū ante litisconteſtationem, ſed etiam priuſquam aliqua alia dilatoria proponatur, opponi debet, nam ſi quis aliam prius coram judice propoſuerit, videtur judicis perſonam, & illius juriſdictionem approbaſſe, vt amplius illius judicium declinare non poſsit, *gl. 1. in d. c. exceptionem. ext. de except. & gl. verb. ſubeundo iudicium in d. c. inter monaſterium & vtroque loco Panorm. Bart. in l. quidam conſulebat. ff. de re iudic. in l. vltima C. de exceptio. & in l. non videtur in iudicem ff. de iudiciis facit c. inſinuante ext. de officio delegati.* Quocirca ſi reus plures habeat dilatorias exceptiones,

35. eam quæ judicem & illius juriſdictionem reſpicit, primò opponat, alijs interim ad hujus exitum quieſcentibus; aut ſi terminus peremptorius vrgeat, poterit Authore Panorm. *in d. c exceptionem. num. 11.* eas ſimul ſub conditione proponere, ſub hac vel ſimili forma.

De excep-

# De exceptione declinatoria & ſuſpicionis.

## TITVLVS XVI.

1. *Forma exceptionis declinatoriæ, & ſuſpicionis.*
2. *Quomodo aliquis, an ſingulari vel plurali numerò appellandus.*
3. *Procurator non exprimens nomen, quo actum gerat, an procuratorio nomine cenſeatur egiſſe?*
4. *Tacens officij nomen, cenſetur proprio nomine egiſſe.*
5. *Quis dicatur iudex competens, vel incompetens.*
6. *Septendecim ex ordine exceptiones contra reſcriptū.*
7. *Quomodo opponatur exceptio ſub: & obreptionis.*
8. *Exceptio peremptoria reſcripto nunquam opponitur, ſed principali negotio reſervatur.*
9. *Per revocationem, ſive avocationē tollitur reſcriptū.*
10. *Lapſo tempore expirat iuriſdictio delegati.*
11. *Ante lapſum termini, poteſt huiuſmodi terminus de conſenſu vtriuſque prorogari.*
12. *Sex exceptiones, quæ inualidant reſcriptum, ratione cauſæ.*
13. *Cauſa non debet committi Apoſtolicè, niſi Prælatis.*
14. *Qui prius de cauſa cognovit, aut non eſt 20. annor. non eſt iudex competens.*
15. *De privilegijs Pontificis, non niſi ipſemet Pontifex cognoſcit.*
16. *Iudex non poteſt de maiore ſumma cognoſcere, quam ad quam eſt conſtitutus.*
17. *Cauſa feudalis regulariter tractatur coram domino.*
18. *Cauſæ ad forum Eccleſiaſticum pertinentes.*
19. *Reus non ſequitur forum actoris.*
20. *Prorogatio per errorem facta quando teneat.*

21. *Laicus*

21. *Laicus non cognoſcit inter clericos.*
22. *Iudex regulariter de exceptione incompetentiæ cognoſcere poteſt.*
23. *Iudex de exceptione reſpiciente defectum ſuæ perſonæ non poteſt cognoſcere.*
24. *Alia exceptio, de qua iudex non cognoſcit.*
25. *Ratio quare iudex de cauſa ſuſpicionis non cognoſcat.*
26. *Quando opponitur de fundamento iuriſdictionis, iudex non poteſt cognoſcere.*
27. *Delegatꝰ de fundamẽto ſuæ iuriſdictionis cognoſcit.*
28. *An iudex de proprietate ſubiectionis cognoſcere valeat?*
29. *Quando iudex vt pars pro iuriſdictione contendit, eſt ſuſpectus.*
30. *Quando locus contractus, vel delicti negatur ſubeſſe iuriſdictioni, iudex non cognoſcit.*
31. *Quis cognoſcat, quando literæ per ſecundas allegantur revocatæ.*
32. *Quando negatur delegantis iuriſdictio, delegatus nõ cognoſcit.*
33. *Cauſa ad iudicem gravantem remitti non debet.*
34. *An exceptio incompetentiæ, & recuſationis poßint ſimul purè proponi?*
35. *Differentia inter exceptionem ſuſpicionis, & incompetentiæ.*
36. *Iudex alteri partium nimis familiaris vel domeſticus rectè recuſatur.*
37. *Item iudex alteri magis favorabilis.*
38. *Petiti iudices inſpecta eorundem diſcretione delegari poſſunt.*
39. *Capitaliter inimicus iuſtè recuſatur.*
40. *Vnde oriatur capitalis inimicitia.*
41. *Diſtinctio inter capitalem, gravem, & levem inimicitiam*

citiam arbitrio iudicis relinquitur.

42. Reconciliatus an poßit eſſe iudex?
43. Propter dominum recuſatur tota familia.
44. Habens cauſam conſimilem recuſari poteſt.
45. Quæ dicatur cauſa conſimilis arbitrio iudicis relinquitur.
46. Ratio quare habens cauſam conſimilem recuſetur.
47. Conſanguinitas eſt iuſta cauſa recuſandi iudicē tam ordinarium, quàm delegatum.
48. Iudex ex levi, & leviori cauſa, quātestis, recuſatur.
49. Nemo poteſt eſſe iudex in cauſa ſua, vel ſuorum.
50. Oriundus de patria adverſarij, recuſatur iudex.
51. Civis in cauſa concivis contra extraneum licitè recuſatur.
52. An idem procedat in iudice ordinario?
53. Iudex accipiens precium vel pecuniam recuſatur.
54. Eſculenta & poculenta paucis diebus conſumenda, iudex accipere poteſt.
55. Iudex timens alteram partem recuſatur.
56. & 58. Non poteſt eſſe iudex, qui fuit in eadem cauſa Advocatus, Aſſeſſor, Procurator, vel teſtis.
57. Finito officio iudicandi, an quis poßit in cauſa appellationis eſſe Advocatus?
59. Iudex à quo appellatum, de iure canonum rectè appellatur.
60. Dominus, & ſuffraganeus impetrantis recuſantur.
61. Suffraganeus tanquam ordinarius iudicat in cauſa ſubditi.
62. Qui ſeipſum curauit impetrare, recuſatur.
63. Comes, amicus, vel familiaris adverſarij recuſatur.
64. Iure civili opus non eſt cauſas ſuſpicionis exprimere.
65. De iure canonum cauſa ſuſpicionis coram recuſato proponi, & coram arbitris probari debet.

66. *De iure canonum quilibet iudex recusari potest.*
67. *Secundum ll. ordinarius non recusatur, sed Episcopum assumere debet.*
68. *Arbitrator, & merus exequutor non recusantur, sed mixtus, & arbiter benè.*
69. *Recusato ordinario, causa recusationis coram arbitris probanda.*
70. *Recusato delegato aut principis, & coram arbitris, aut inferioris, & coram delegante causa suspicionis probanda.*
71. *Si vnus ex delegatis recusetur, coram reliquis causa suspicionis diffinienda.*
72. *Causa suspicionis adversus subdelegatum corã quo examinanda.*
73. *Suspicionis causâ propositâ, iudex supersedebit, & mandabit arbitros eligi.*
74. *Iudex præfiget terminum arbitris, infrà quem causam suspicionis determinent.*
75. *Quod sit officium arbitrorum.*
76. *Partes per sententiam arbitrorum gravatæ appellare possunt.*
77. *Quando iudex recusatus, possit alteri vices suas committere, remissivè.*
78. *Forma proponendi alias exceptiones declinatorias.*
79. *Cõsulitur excipienti, vt negativè potius, quam affirmativè exceptionem formet.*
80. *Exceptio non numeratæ pecuniæ, vel dotis, etiam sic negativè conceptæ, per excipientem probandæ.*

1. PROCVRATOR & eo nomine egregij viri Titij citati hujus causæ rei cum protestatione de non consentiendo in te Alexandrum Pium, aut tuam jurisdictionem, nisi quatenus de jure tenetur, decli-

*Forma exceptionis*

tur, declinatoriè proponēdo dicit, quod tu Domine Alexāder Pie, vigore assertarum literarum Apostolicarum, de quibus in tuis literis citatorijs fit mentio, non es iudex competens causæ, & partium hujusmodi, propter earundem literarum subreptionē, quum in eisdem expressum non sit, te illum eundem esse, coram quo causa inter easdem partes pependit originaliter, & in prima instantia, quod si summo Pontifici expressum fuisset, non dubium, quin impetrans dictas literas Apostolicas omninò non obtinuisset, aut saltē non ita faciliter. Et cessante hujusmodi surreptione (quæ tamen nō cessat, sed est notoria) es mihi nomine, quo supra, & parti meæ vehementer suspectus, causis & rationibus infrascriptis.

*declinatoria suspicionis.*

*II.*

*III.*

*IIII.*

*V.*

*VI.*

Primò, quia informationem, consilium & auxilium, pro dictis literis impetrandis dedisti, & dari procurasti.

Secundò, quia tu es intimus amicus, fautor & consiliarius Impetrantis hujus causæ, eidemque consilium & auxilium in hac causa prosequenda dedisti.

Quare cum periculosum sit coram suspecto iudice litigare, procurator nomine, quo supra, te tanquam suæ parti suspectum recusat, & tuum iudicium declinat, offerens præmissa coram arbitris desuper eligendis, quatenus sufficiet, probare, ad superfluam probationem minimè sese astringendo. Adde. Aliam formam Coloniæ sub verbis magis honorificis habēt, neq; Iudices ita sub numero singulari, sed plurali, vel reverentię sive honoris verbo in tertia persona appellant, quanquā doctiores scribētes tam hujus quam prisci seculi quoscunque & quacunque dignitate fulgentes singulari

*VII.*

*VIII.*

*2.*

numero in ſcriptis alloquantur, facit *c. quam gravi. x de crim. falſ.* aliquando tamen, & aliter humilitatis, vel honoris ergò obſervatum, vt ibi gl. per jura allegat. probat, & adhuc obſervari videmus. Chri. Winzler.

*Formulæ explicatio.* PRAESCRIPTA formula duo potiſsimum (vt diximus) complectitur, primò exceptionem incompetentiæ judicis ex defectu juriſdictionis. Secundò exceptionem ſuſpicionis ex defectu juſti favoris, inter quas exceptiones eſt differentia, vt infrà dicetur.

1. Procurator & eo nomine. Quęritur an ſi procurator in litis progeſſu, actum aliquem exer-
3. ceat ſimpliciter, non exprimendo quo nomine hoc faciat, cenſeatur hoc proprio, an verò procuratorio nomine feciſſe? Et reſpondetur ſecundũ Bart. *in l. ſi ita ſtipulatus §. Chryſogonus ff. de verb. oblig. & in l. 3. §. ſed quod de tutore ff. iud. ſol.* quod ſi actus ab illo geſtus extrajudicialis eſt, illum præſumi id egiſſe proprio nomine, & non alieno, *vt d. §. ſed quod de tutore.* Si verò actus judicialis ſit, tunc ſi in comparitione, vel in libello per ſe oblato, vel in reſponſione ad libellum data, expreſſerit nomen officij, cenſebitur officium illud in actibus ſubſequẽtibus repetitum, & quicquid geſſerit, id officij nomine geſsiſſe intelligitur. *arg. in*
4. *l. ſi ſtipulatus 76. ff. de verb. oblig.* Si verò tunc officij nomẽ tacuerit, videbitur illud nomine proprio, & non alieno egiſſe, faciunt notata *in l. vltima ff. de Inſtit. & in l. poſt mortem, & ibi Bart. ff. quando ex fact. tut. vel curat.*

11. Non eſt judex competens. Sciẽdum imprimis judicem competẽtem dici illum, qui cau-
5. ſæ juriſdictionem habet cum exercitio, etiamſi illa per

illa per exceptionem, ſive perſonam contingentem, vt quia ſuſpectus, ſive juriſdictionē, vt quia reſcriptum ſurreptitiū eſt, elidi poſsit, valet enim vtroque caſu proceſſus, ſi non excipiatur. *gl. verb. competenti. in clem. 2. vt lite pend.* (Adde. Marant. part. 4. princ. diſt. 8. num. 1.) Priuſquam igitur excipiatur dicitur judex competens, exceptione verò oppoſitâ incompetens, dicitur & is incompetens, qui nullam juriſdictionem habet, vt quia per falſas literas eſt obtentus, *c. ſuper eo. ext. de crim. falſi. Specul. de ſent. probat. §. ſequitur videre in fine.* Quocircà generaliter judex delegatus dicitur incompetēs, exceptione oppoſitâ, ratione reſcripti, temporis, cauſæ, & perſonæ propriæ.

Ratione reſcripti. Primò, quia reſcripti bulla, vel charta, vel filum falſum eſt, quod dic vt in *c. licet c. ad falſariorum ext. de crim. falſi. c. inter dilectos ext. de fide inſtrum.* Secundò, quia reſcriptum eſt cancellatum, vel raſum in loco ſuſpecto. *d. c. licet. §. quinta, & d. c. inter §. inſtrumentum quoque c. cum olim propter ext. de privileg.* putà in data, vel annis Domini. *c. cum venerabilis, ext. de religio. domib.* Secus ſi in facti narratione, *arg. c. vlt. ext. de fide inſtrum. l. 1. §. ſi roſa ff. de bonor. poſſ. ſecund. tab.* Tertiò, quia bulla cerea, vel plumbea eſt diſſoluta, vel deſtructos habet characteres. *arg. l. vlt. C. de edict. D. Adrian. tol. l. pen. C. de teſtam. l. Paulus reſpondit l. 1. §. qui rationibus. ff. ad l. Cornel. de falſ. l. 1. in prin. & l. cancellaverat ff. de his quæ in teſt. delent.* Quartò, quia litera non eſt vniformis, ſed reſcriptum diverſis manibus ſcriptum eſt. *d. c. inter dilectos §. inſtrumentum quoque. & d. c. cum olim §. diſtinguentes. ext. de privileg.* Quintò, quia nō eſt forma & mo- 6.

dus dictaminis ſecundum curiam ſervatus, vtpote, ſi Papa vocet Epiſcopos vel ſupremos, dilectos filios, vel ſi ſcribat vni, quicunque ille ſit, in plurali, *c. quamgravi. ext. de crim. falſi.* Sextò, quia reſcriptum generale eſt, cui derogatur per ſpeciale *c. 1. c. paſtoralis. in fine ext. de reſcript.* Septimò, quia non continet locum, in quo datum eſt, *arg. l. optimam C. de contrab. & com. ſtipu, & ibi gl. verb. in eo die*, vel quia non eſt inſcripta indictio, neque data, neque anni domini. *c. inter dilectos ext. de fide inſtrum.* Octavò, quia falſa latinitas eſt in reſcripto. *c. ad audientiam. ext. de reſcript.* vel repugnantia, *l. vbi repugnantia ff. de reg. iur. c. ſollicitudinem. in fine ext. de appel.* Nonò, quia impetratum eſt ſine ſpeciali mandato domini, exceptâ conjunctâ perſonâ. *c. nonnulli §. vlt. c. ext. parte 3. ext. de reſcript.* (De quo vide ſupra Tit. 4. num. 32.) vel quia is, cujus nomine impetratum eſt, mortuus erat tempore impetrationis. *l. Neratius ff. de reg. Iur.* Decimò, quia impetratum eſt à monacho, vel canonico regulari, qui non poteſt impetrare ſine conſenſu abbatis, *arg. c. monachi 16. q. 1. c. ex parte ext. de poſtul.* Vndecimò, quia impetratum fuit ab excommunicato, extra cauſam excommunicationis, vel appellationis, *vt in c. 1. ext. de reſcript. lib. 6.* vel ab hęretico *l. 2. C. de ſum. trin. ac fide cathol.* Duodecimò, quia eſt impetratum cõtra privilegiatum, nec facit de privilegio mentionem. *c. cum ordinem ext. de reſcript.* Decimo tertiò, quia eſt ſecundum non faciens mentionem de primo. *c. cæterum ext. de reſcript. c. 2. ext. de offic. iud. deleg. arg. auth. hoc inter C. de teſtamen. l. ſi quis in principio teſtamenti ff. de leg. 3.* Decimo quartò, quia articulus, ſuper quo reus conveni-

convenitur, vel persona, quę conveniri debet, nõ exprimittur in rescripto, vnde nõ dat jurisdictionem. *c. cum olim 1. c. p. & g. ext. de offic. iud. deleg.* Decimo quintò, quia non facit mentionem processus negotij. *c. inter monasterium. ext. de sent. & re iud.* Decimo sextò, quia non continet seriem facti *c. super eo ext. de cohab. cler. & mulier. c. dilectus filius ext. de rescript.* nec transactionem. *c. ex multiplici ext. de decim.* aut exceptionem propositam. *c. in nostra §. nos verò. ext. de procur.* Decimo septimò, quia impetratum tacitâ veritate, vel suggestâ falsitate, qua expressa vel tacita, non fuisset obtẽtum. *c. ex parte c. super literis. ext. de rescript. l. præscriptione C. si cont. ius vel vtil. pub.* Sciendum autem est, ejusmodi exceptionem contra literas opponi posse, tanquam dilatoriam duntaxat, vt quando excipitur, tale quid tacitum esse, quo expresso non fuissent literæ obtentæ, de quo si constaret, differret non autẽ perimeret, aut elideret negocium principale, sive actionem ipsam, non autem potest rescripto opponi, tanquam peremptoria, quia illa rescripto non opponitur, quum semper concernat negocium principale, nempè illud decidens & elidens. Quare si quis impetraverit rescriptum super quibusdam rebus, quas impetrator dixerat ad se pertinere, vel super debitis, in quibus asserit sibi aliquem obligatum esse, non poterit reus opponere contra literas, dicens res ipsas ad adversarium non pertinere, vel se minimè obligatum esse, & ita rescriptum suggesta falsitate, vel tacita veritate obtentum esse, vt scilicet per ejusmodi objectionem, judicis jurisdictionem eludat, & in causa debitus impediatur processus, sed debebit

7.

8.

ſimpliciter litem conteſtari, & hæc poſtea in diſcuſsione negotij principalis deducere. *c. exceptionis, ext. de litisconteſt. lib. 6. vide latius Spec. titu. de reſcript. præſent. §. ratione formæ verſ. obijcitur ergò, & in tit. de except. §. nunc videndum verſ. hoc quoque.* Deci-
9. mo octavò, quia Pontifex revocavit reſcriptum. *c. vt noſtrum ext. de appell.* vbi Panor. *in 1. notab.* dicit, quod per revocationem negotij à Sede Apoſtolica factam, ligãtur manus judicis delegati, ita vt nihil validè in eadem cauſa poſsit attentare. Idem eſt in alio quocunque revocãte, modo habuerit revocandi poteſtatem *l. iudicium ſoluntur ff. de iud. c. ſuper quæſtionum ext. de offic. iud. deleg.*

10. Ratione temporis, delegatus dicitur incõpetens, ſi juriſdictio, quæ data eſt ei ad tempus, expiraverit, nam tunc vlterius in negotio procedere non poteſt, *c. de cauſis ext. de offic. iud. deleg.* & hoc niſi partes communi conſenſu juriſdictionẽ ipſius prorogaverint. Et nota quod talis prorogatio partium debet fieri ante lapſum termini
11. à delegante præfixi, quia ſi fieret poſt terminum elapſum, non poſſet fieri prorogatio juriſdictionis, quia quod non eſt, prorogari non poteſt, *arg. c. ad diſſoluendum, ext. de deſponſ. impub. text. in l. ſed etſi manente. ff. de precar. arg. l. bonorum ff. rem rat. hab.* Ergò cum poſt lapſum termini nulla ſit juriſdictio ipſius delegati, meritò prorogari nõ poteſt.

12. Ratione cauſæ, arguitur incompetẽtia delegati. Primò, quia datus eſt ſuper negotio legitimè finito. *c. audita ext. de reſtit. ſpoliat.* Secundò, quia ad futuras cauſas datus eſt, *c. vlt. ext. de reſcript.* Tertiò, quia datus eſt ſuper re, de qua coram alio delegato vel ordinario judice agitur. *c. vt ẽdebitus,*

*ext. de*

*ext. de appel. c. ex literis ext. de dol. & cont.* Quartò, quia datus ſuper rebus ad forum ſeculare ſpectãtibus, *c. licet. c. ex tenore, c. ex tranſmiſſa. c. ex parte B. quondam reginæ. ext. de for. compet.* Quintò, quia cũ ad certam rem datus eſt, de alia judicare non poteſt. *c. cum olim 1. & c. venerabili. ext. de offic. iud. deleg. l. 1. C. ſi à non compet. iud.* (Adde. Niſi fuerit cõnexa & acceſſoria. *Gail. lib. 1. obſ. 35. num. 8. 9. & 10.*) Sextò, quia cauſa talis eſt, quæ delegari nõ poteſt, vel quia talis ſit cauſa, quæ non pertineat ad juriſdictionem delegantis, *vt l. 1. C. qui pro ſua iuriſd.*

Ratione propriæ perſonæ, delegatus dicitur incompetens, primò, quia non eſt in dignitate conſtitutus, nam cauſæ debent à Sede Apoſtolica delegari Canonicis Cathedralis Eccleſiæ, vel aliàs in dignitate conſtitutis, *c. ſtatutum. de reſcript. lib. 6.* Secundò, quia ipſe prius de cauſa cognovit. *c. ad hæc ſi in vna. ext. de appell.* Tertiò, quod nõ habeat viginti annos, quia aliquis demum viceſimo ætatis anno peracto, dari poteſt delegat⁹. *c. cum viceſimum. ext. de offic. iud. deleg.* cætera vide ſup. *tit. qui iudican. offic. fungi poſſ.* 13. 14.

Ordinarius autem incompetẽs dicitur, vel ratione cauſæ, vel ratione actoris, vel rei. Ratione cauſæ, ordinarius dicitur incompetens. Primò, quia agitur de privilegijs Pontificis, de quibus ſolus Papa, & non inferior cognoſcit. *c. cum veniſſet. ext. de iud.* Secundò, quia de majore ſumma agitur, quam de qua judex cognoſcere poſsit, *l. ſi idem cum eodem ff. de iuriſdict. om. iud.* (Adde. In quo reſpicitur quantũ petatur, non quantum debeatur, *l. cum quædam §. fin. ff. eod. titu. Gail. lib. 1. obſ. 31. num. 2.*) Tertiò, quia cauſa eſt feudalis, quæ regularitèr 15. 16. 17.

gularitèr coram Domino feudi agitanda eſt, *c. 1. §. vlt. de prohibit. feud. per Fred. col. 10. c. cæterum. de iudic.* vbi de hoc copioſiùs Dd. Quartò, quia cau-
18. ſa eſt decimarum, matrimonij, vſurarum, vel hæreſeos, & iudex ſecularis, quia hujus cognitio ad ſolum judicem Eccleſiaſticum ſpectat, & generaliter, quia cauſa talis ſit, quæ naturâ ſuâ ſpectat ad cognitionem judicis Eccleſiaſtici tantùm, in qua judex ſecularis eſt incompetens. Et è contrario, quæ ad judicis ſecularis examinationem tantùm pertinet, judex Eccleſiaſticus eſt incompetens, *c. novit. ext. de iudic. c. ſi clericus laicum, ext. de foro comp.* Sed de his copioſius diximus ſup. de judice domicilij. *tit. 9. num. 6. & ſeqq.*

19. Ratione actoris vel rei, Ordinarius dicitur incompetens. Primò, quia licet ipſe actoris ſit judex ordinarius, tamen reus illius juriſdictioni non ſubeſt. *l. iuris ordinem. l. in criminali. C. de iuriſd. om. iud.* Secundò, quia partes errore, vel metu cõſentiunt in eum, *l. ſi per errorem. ff. de iuriſd. om. iud. l. ſi qui C. de epiſc. audien.* (ADDE. Quod verum in judice planè incompetenti, ſecus ſi erat competens
20. de jure communi, & aliquo exemptionis privilegio declinari poterat, quia tunc prorogatio per errorẽ facta tenet, *Marant. part. 4. prin. diſt. 12. nu. 15. aliàs 21.* C. 22. Tertiò, quia actor & reus, qui in eum conſenſerant priuſquam adiretur, conſenſum revocant, *l. ſi convenerit ff. de Iuriſd. om. iud.* (De hujus l. intellectum vide ſup. *d. Tit. 9. num. 42. & ſeqq.*) Quar-
21. to, quia cum actor & reus clerici ſint, ipſe autem laicus ſit, de eorum cauſa civili vel criminali cognoſcere non poteſt, *c. at ſi clerici, ext. de iud.* Vide *eod. Tit. 9. num. 82. & ſeq.* Porrò oppoſitâ ejuſmodi incompetentiæ exceptione, quæritur, vtrum

judex

judex cognoscere possit, an sua sit jurisdictio? & dicendum breviter posse, regulariter, per *c. super literis. ext. de rescript. & ibi Doct. præsertim. Felin. l. 2. in princ. ff. si quis in ius voca. non ier. l. præscriptione. C. si contra ius vel vtil. pub.* Hæc tamē regula habet multas exceptiones, quarum nos præcipuas ex Felino brevitatis causa referemus. Primò itaque non procedit regula, quando exceptio opposita arguit judicem infamiæ, defectus, vel criminis, vtpotè, quia opponitur illum esse excommunicatum, seruum, infamem, vel simile quippiam, tunc enim ipse de hoc non cognoscet, quia suspectus est. *Bart. in l. quidam consulebat. ff. de re iud. Io. And. in c. piæ. ext. de except. libr. 6. Ant. de But. Panor. num. 10. & communiter Doct. in d.c. super literis*, quod videtur ex sententia Felini *ibidem num. 22. in prima sua fallentia*, maximè procedere, si his verbis exceptio proponatur. Excipiendo propono te esse excōmunicatum, vel infamem, de quo tu Domine judex cognoscere non potes, quia ratione proprij interesse es mihi suspectus, vnde quātum ad hunc articulum te recuso. Secundò non habet locum regula, quando exceptio incompetentiæ jurisdictionis æquè concludit in illo incidenti atque in principali, vt ecce si oppono, quod judex sit minor, vel furiosus, vel mulier, vel alium naturæ defectum patiatur, ejusmodi certè exceptiones, adeò à cognitione causæ principalis judicem excludunt, vt etiam cognoscere nō possit, an sua sit jurisdictio, & hæc quoq; potissima ratio est, quare judex allegatus suspectus de causa suspicionis cognoscere nō possit, sed arbitri, nam quemadmodum in principali suspectus est, ita & in incidenti.

22.

23.

24.

25.

denti. *Innoc. in c. prudentiam, nu. 3. de offic. iud. deleg. & Bart. in l. quidam consulebat.* Tertiò non obtinet
26. regula, quando opponitur de totali fundamento iurisdictionis, & ipsius proprietate, putà, negatur quod sit Episcopus, vel Magistratus, non enim idoneus est, vt de hoc cognoscat, quum præsumatur ad hunc articulum nonnihil affectus, quinimò causa propria est secundum Bart. *in l. ex sententia. ff. de testa. tut. Ant. de But. & Panor. in d. c. super literis. ext. de rescript.* Quod Felinus *ibidem num. 23.* putat duntaxat verum in judice ordinario, non in delegato, nam secund. Imol. *in c. cæterum ad finem*
27. *ext. de iud.* quando dubium est, an quis sit delegatus, & negetur delegatus, tunc est quæstio de totali fundamẽto jurisdictionis, & tamen cognoscet, an sua sit jurisdictio, vt in *d. c. super literis*, vide latiùs Panor. & Felin. Quartò non vendicat sibi locum regula, quando non solum de nudo exercitio Iurisdictionis, sed etiam de proprietate subjectionis agitur, vt quia citatus se asserit exemptũ
28. esse; Iudex vero negat. Quum enim multa sunt subjectionis commoda, Iudex quo ad hanc cognitionem suspectus est, *Innoc. in c. venerabili. ext. de censib.* Verius tamen videtur, quod cognoscere possit, sed an recusari possit, considerandam esse quãtitatem vtilitatis, quam judex ex illa subjectione sit consequuturus, *Panorm. in c. ad audientiam num. 9. & ibi etiam Philip. Franc. de Perus. ext. de appel.*
29. Quinto non procedit regula, quando judex non secùs, quàm pars contra negantem pro jurisdictione contendit, nam hoc ipso suspectus est, qui se ingerit, *arg. l. quæ omnia. §. 1. ff. de procur. gl. verbi, copia in c. statutum. in prin. ext. de rescript. libr. 6. Doct. in d. c. super*

*d. c. super literis.* Sexto non habet locum regula, quando excipitur, quod locus contractus, vel delicti, non subest jurisdictioni citantis, nam quum ex hac pronunciatione judex cõsequeretur commodum, cognoscere non poterit, authore Antho. de But. *in d. c. super literis, & ibi Panor.* ADDE. Felinus autem ibidem *num. 27.* intelligit ex sententia aliorum hoc verum, quãdo judex prætendit cognoscere locum sibi esse subjectum ratione proprietatis, non ratione nudæ jurisdictionis, nam hoc posteriori casu benè cognoscere posset. Si autem constet locum esse subjectum, negetur autem contractum ibi celebratum, absque dubio judex est competens perea, quæ tradit Bart. *in l. 2. Vers. quæro aliquis Florentinus. ff. Si quis in ius voc. non ier.* C. 23. Septimo non obtinet regula, quãdo objicitur primas literas esse revocatas, per secundas alteri destinatas. Quia tunc solus nõ cognoscit an sua sit jurisdictio, sed simul vtrique. Et si fortè nequiverint simul in vnam sẽtentiam concordare, quamuis plures sint ex vnâ parte, quàm ex alterâ, per arbitros communitèr electos à partibus hujusmodi concertatio sopiatur, *tex. in c. pastoralis, ext. de rescript.* Octavo non procedit regula, quando opponitur delegantem jurisdictionem non habere, quia de hoc delegatus non cognoscit. *Bald. in l. 2. num. 2. C. si à non cõp. Iud.* Sed hoc quo ad præsentẽ locum attinet, dixisse sufficiat, pleniùs autem vide Felin. & Doct. *in d. c. super literis. ext. de rescript. Bart. & alios in l. 2. ff. si quis in ius voc. non. ier. in l. quidam consulebat. ff. de re iudicanda.* 30. 31. 32.

Coram quo causa inter easdem partes. Rectè, nam vnâ eademque causa judici prioris instantiæ, à quo ritè appellatum est, remitti non debet, III. 33.

debet. *c. ad hæc 1. c. directa. c. accepta. & c. interposita. ext. de appell. c. Romana. eod. tit. lib. 6. c. suspiciones. ext. de offic. iud. delegat. l. si vt proponis 1. C. quom. & quand. iud. l. eos C. de appell.* ADDE. Ad cognoscēdum super grauamine, sed tāquam minus devoluta cum expensarum condemnatione pro vlteriori justiciæ cōplemento remitti potest, & debet, *d. c. Romana §. fine. de appell. in 6. c. vt debitus. eod. tit. Gail. lib. 1 obs* 131. eoque jure indies vtimur. Christophor. Wintzler.

IIII. Et cessante hujusmodi suspicione. Hic igitur recusatio cōditionàliter proponitur. Nam

34. tametsi judex competens, recusari tamen potest, an autem vtraque exceptio possit opponi purè, putà, dico te esse judicem incompetentem, & suspectum, videtur quod non, quasi contraria sint, *arg. l. 1. C. de furt.* verius tamen videtur, quod sic, quia quantum ad finem attinet conveniunt, nam per vtramque exceptionē declinatur judicium, & examen ipsius judicis, ideoque cōcurrere possunt. *l. eum qui. l. contra maioris. C. de in offic. testa. & nota. per Dyn. in c. nullus pluribus. ext. de reg. Iur. lib. 6. Io. Pet. de Ferrar. in tract. de declinat. iurisdi. in gl. verb. & in quantum appareat.*

V. Vehementèr suspectus. Exceptio hęc suspicionis in hoc maximè differt ab exceptione in-

35. competētiæ, quod de hac regularitèr judex cognoscit, & pronunciat, vt suprà dictum est, de illa verò nunquam, sed arbitri, *l. apertissimi. C. de iudic. c. suspicionis. ext. de offic. iud. deleg.* vt pleniùs dicetur infrà, porrò licet causa recusationis vnica sit, scilicet suspicio, hæc tamen surgit ex multis & varijs

36. causis. Primò, quod judex alteri partium sit nimis familiaris, vel domesticam habeat cum ea vitæ consuetudinem. *c. insinuante. ext. de offic. iud. deleg. c. 1. c.*

*leg. c.1. c. accusatores 3. 3. q. 5.* quia propinquitatis, & familiaritatis, ac dominationis affectio veritatem impedire solet, vt ibi. Largè autem dicuntur familiares, qui cum aliquo eisdem ædibus commorantur. *gl. 2. in c. in literis. ext. de testib.* Secundò, quod magis favorabilis sit vni partium, quàm alteri, *c. ad hæc ext. de rescript.* vbi summus Pontifex reprobat eos, qui judices delegatos sibi proprios, & parti adversę suspectos consueverunt impetrare, & mandat hujusmodi literas, per quas tales judices impetrantur, viribus esse vacuandas, *c. accedens 2. & ibi gl. ext. vt lite non contest.* Additio. Solent tamen hodiè impetrantes duos vel tres judices nominatim petere, quos etiam Pōtifex vel ipsius Legatus, respectâ verecundiâ & discretione eorundem, rectè deputat, per text. *l. observandum ff. de iudic.* jure recusationis semper saluo. *gl. verb. elegerint, in fine. d. c. ad hæc. de rescript.* C. 23. Tertiò, quod est inimicus alterius partis, *d. c. accedens. ext. vt lite non cōtest.* & hoc ipsa ratio dictat, & plurimis probatur exemplis, *text. in princ. c. quod suspecti. 3. q. 5.* Sed requiritur secundū Doctores *in d. c. accedens.* quod inimicitia sit capitalis, alioqui si levis esset, fortè non sufficeret ad judicem recusandum, secund. Dd. in *c. bonæ 1. ext. de elect.* oritur autem capitalis injuria multis ex causis, quandoque enim oritur ex spoliatione & ablatione rerum, de quo per gl. *in c. cum oporteat, super verb. inimicos. circa medium, ext. de accusat*, aliquando oritur ex vehementibus & atrocib⁹ minis, quia fuit illi mortem vel sæva minatus, item si eum accusavit de crimine capitali, *gl. verb. de crimine in auth. de testib. col. 7. §. si verò dicatur.* Et distinctionem levis & capitalis inimicitię suprà factā probat text. *in l. 3. §. vlt. ff. de adim leg.* vbi ponit

37.

38.

39.

40.

41. vbi ponit Bart. differentiam inter capitales & graves inimicitias. ADDIT. Specul. verò de offic. jud. deleg. §. supereſt. verſ. Item ſi eſt inimicus, vult judicem recuſari poſſe ex qualibet inimicitiâ, etiam non capitali ſequitur Panor. *d. c. accedens num. 3. Marant. part. vlt. 6. part princip. act. 2. num. 35.* C. Vnde hoc potius judicis arbitrio fuerit reſervãdum, (*Menoch. de arbit. iud. caſ. 110. per tot.*) Quartò, quod quondam fuerit inimicus, licet nunc reconciliatus. *c. accuſatores. 1. 3. q. 5. c. propoſuit. ext. de appel.* ADDE. *Iaſ. in d. l. apertiſſimi num. 7.* C. *de Iudic. Marant. d. act. 2. nu.* 64. quia præſumuntur adhuc remanere veſtigia antiquarum inimicitiarum, quando non ita pridèm reconciliatio facta, ſecus ſi jam amicitia longo tempore reparata & confirmata fuerit. *Maſcard. de probat. concluſ. 952. num. 18. arg. eorum quæ ſecundum communem Doctorum opinionem tradit. Covar. pract. quæſt. cap. 18. num. 3. noviſſimè Nicolaus Ruckerus in ſuo tract. de offic. Commiſſar. ad exam. teſtes ſub verb.* Aliquos ex commiſſarijs propoſitis. C. Wintzler. Quintò, quod eſt inimicus Domini mei, nam propter dominum recuſat aliquem tota familia, & contrà omnes de familia recuſantur propter eum, *l. vnica C. ſi qua præd. pot. c. inſinuante & ibi gl. 1. & Panorm. num. 6. ext. de offic. iud. delega. Iaſon. in d. l. apertiſſimi. num. 7.* C. *de iudic.*

42.

43.

44. Sextò, quod habeat conſimilem cauſam. *c. cauſam quæ 2. ext. de iudic. c. perſonas. ext. de teſtib.* non tamẽ hoc ita intelligas, vt omninò neceſſariũ ſit, quod judex habeat omninò in ſpecie ſimilem cauſam, quia ſufficit, vt habeat ferè conſimilem, & ideò

45. text. dicit penè ſimilis cauſa. Quæ autem dicatur cauſa conſimilis, relinquitur arbitrio judicis, ſive ſuperioris, ſecundum Innoc. *d. c. cauſam quæ.* & eſt ratio, quare judex habens conſimilem cauſam vt privatus poſsit recuſari, quia præſumitur eum

propter

propter similitudinem causæ nimis favorabilem fore alteri parti. Sed vbi judex est nimis favorabilis alteri parti, licitè potest recusari. Ergo,&c. Et dicit Panor. referens Abbatem antiquũ,quod tunc judex possit recusari propter consimilitudinem causæ, quando ex hac similitudine, causa quam habet vt privatus,redderetur potior ex tali similitudine. Idem dicit in effectu tenere Ant.de But. *in d. c. causam quæ.* Septimò, quod sit consanguineus,affinis,collactaneus, vel privignus. *c. postremò ext.de appel.* vbi asserit Panor. consanguinitatem esse causam justam recusandi judicem non solùm delegatum,sed etiam ordinarium,& idem est secundum eum de affinitate ratione similitudinis, vt not. Specul. *titul. de iudi. deleg. §. superest. verſ. sed quid si non est, facit l. aut affinitate ff. de procur.* vbi procurator potest removeri,si contraxit affinitatem cum parte adversâ. Hinc dicit secũdum eum notabiliter Tancredus, quod omnis causa sufficiens ad removẽdum procuratorem, vel arbitrum, est sufficiens causa ad recusandum judicem, sive delegatum,sive ordinarium,& pro hoc facit,quia judex potest ex facili & levi causa recusari, vt not.gl. *verb. cum sint eius socij. in c. cum R. Canonicus. ext. de offic. iud. deleg. & not. in c. cum speciali. ext. de appel.* Addition. Vnde ex leviori suspicione recusatur, quàm testis, quia facilius est alium reperire judicem, quam testem. *gl. verb. familiarem in c. insinuante. ext. de offic. Iud. deleg. Iaſ. in d. l. apertißimi num. 72. C. de iudic. Gail. lib. 1. obſ. 33. num. 10. C. 2B.* Octavò,quod sit judex in causa sua vel suorum. *l. vnica C. ne quis in sua causa. arg. c. postremò & ibi Doct. ext. de appel. l. qui iurisdictioni præst. ff. de iurisd. om. iud.* Nec obstat *c. infames. §. filius 3. q. 7. & l. in privatis. ff. de iudic.* vbi

46.

47.

48.

49.

filius in re patris judex esse potest, quia hoc secũdum Iasonem ibidem *in d. l. qui iurisdictioni*, locum habet, quando pars opponit de consanguinitate, secus si taceat, nam tũc judicium tenebit. ADDIT. Atque ita communiter Doctores antiqui resoluunt teste Ias. *d. l. num.* 6. sed recentiores aliter, vt videre est apud Corras. *lib.* 4. *miscel. cap.* 9. *Duar. lib.* 1. *disput. cap.* 51. *& cap.* 6. *de iurisd. & in d. l. qui jurisdictioni. & ibi Costal.* quorum opiniones non refero neque examino, dum non scholis sed foro ista vice seruiam. C. Wingler.

50. Nonò, quod sit oriundꝰ de terra & patriâ aduersarij. *d. c. accedens. 2. ext. vt lite non contest.* vbi licet gl. *verb. oriundus*, hoc intelligat, quãdo judex esset de terra aduersarij, id est, de terra, quæ pertineat ad jurisdictionem aduersarij, aliàs, si sit solùm de terra & patria aduersarij oriundus, ita vt ei solùm sit conterraneus, credit *ibi* gl. hanc nõ esse justam causam judicem recusandi. Sed Hostiens. ibi dicit contrarium, & vult quod si duo cõcives agant extra patriam, & alter alterum impetret judicem

51. delegatum contra extraneum, poterit justè recusari, idem etiam dicit in duobus concivibus in propria ciuitate degentibus, vt scilicet si alter eorum detur judex in causa alterius contra extraneum, quod justâ ex causa poterit recusari, quod approbat ibi Ant. de But. *num.* 23. *Panorm. num.* 7. dicens se putare, hoc benè procedere in judice delegato, per *c. statutum §. autem. ext. de rescript. lib.* 6. vbi si actor & reus sint diuersarum ciuitatum & Diocesium, non potest actor impetrare judicem in sua Diocesi vel ciuitate, in ordinario verò non

52. putat procedere, quia alioqui quilibet extraneus posset recusare ordinarios rei, & sic causam deducere ad aliud judicium, quod esset absurdum,

& contra

& contra jura dicentia, actorem sequi debere forum rei, *c. cum sit, ext. de for. compet. vulg. l. iuris ordinem. C. de iurisd. om. iud.* (Adde, Hanc Panormitani distinctionem probat Marant. *d. act. num. 39. part. vlt. 6. part. princ.*) Decimò, quod judex ab altera partiũ pretium vel pecuniam receperit, vel hæres sit institutus. *l. Iulianus ait, ff. de iudic. c. cum ab omni. ext. de vita & honest. cler.* Licitum est tamen accipere esculenta & poculenta merâ liberalitate oblata, quæ paucis possint cõsumi diebus, de quo *in c. statutum §. insuper vt gratis, ext. de rescript. lib. 6. in l. solet §. Non verò ff. de offic. proconf.* cujus pulchra verba hic inserẽda duxi. Non verò in totum Xenijs abstinere debebit proconsul; sed modũ adijcere, vt neque modò se in totũ abstineat, neque avarè modum xeniorum excedat, quã rem diuus Severus & imperator Antoninus elegantissimâ Epistolâ sunt moderati, cujus Epistolæ verba hęc sunt. Quantum ad xenia pertinet, audi quid sentimus, vetus proverbium est. Neque omninò, neque semper, neque ab omnibus accipere debere: nam valdè inhumanũ est à nemine accipere, sed passim vtilissimum, & per omnia avarissimum, & quod mandatis cõtinetur, nè donum vel munus ipse proconsul, vel qui in aliquo officio est, accipiat ematvè quid, nisi victus quotidiani causa, ad xenia non pertinet: sed ad ea, quæ eduliũm excedant vsum, sed nec xenia producẽda sunt ad munerum qualitatem. (Adde. *Gail. lib. 1. obs. 151. num. 8. 9. & 10.*) An autẽ de jure Canonico judex possit accipere expẽsas à partibus extra domicilium litis occasione factas, vide text. *in d. §. insuper, & per gl. & Dd. in d. c. cum ab omni.* Vndecimò, quod timet

53.

54.

55.

timet alteram partium, *arg. c. cum æterni. ext. de sent. & re iud. lib. 6. c. quatuor 11. q. 3.* vtpotè, quod metu, odio, vel favore, gratiâ, prece, precio, promissione aut jussu alicujus potentis sit depravatus. Duo-
56. decimò, quod fuerit Advocat⁹, Assessor, vel Procurator, in eadem causâ. *c. postremo cum ibi not. ext. de appell. l. prætor ff. de iurisd. om. iudi. l. quisquis. C. de postul.* quia affectionis suæ advocationis memor incorrupti judicis non potest nomen præferre. *l. nemo. in fine. C. de assess. c. statum diem. ibi gl. verb. vel cognitor. 2. q. 6.* ADDE. Idem si fuisset consultus saltem in eadem causâ, & propalasset votum suum. *Marant. d. act. 2. num. 52.* secus, si in diversâ causa fuisset ad-
57. vocatus, *Marant. d. loc. num. 42.* finito autem officio judicandi, & sententiâ jam per ipsum latâ, in causa appellationis pro defensione sentētiæ suæ, nemo advocare & patrocinari prohibetur, per ea quæ tradit Panor. *in c. dilectus filius. 1. de rescript. & ibi Felin. num. 4. & 7.* honestius tamen facit si abstineat, nè videatur vni plus faviſſe quam alteri. *Castr. in l. quisquis vult. C. de po-*
58. *stul.* C. ☞. Decimo tertiò, quod fuerit testis in eadem causâ *arg. l. vlt. ff. de testib. l. vlt. C. de assess.* Decimo quartò, quod ab eo fuerit ritè appellatū
59. in illa vel aliâ causâ. *c. ad hæc 1. c. directæ. c. accepta. ext. de appell. c. Romana. eod. tit. lib. 6. c. suspicionis. ext. de offic. iud. deleg.* ADDE. *Marant. d. act. 2. num. 61.* quod verum de jure Canonum, sed de jure civili non potest illum judicem quasi offensum in alia causa recusare, cum possit denuò provocare. *Vlp. in l. vnica ff. apud eum à quo ap. al. caus. ag. compet.* Tutius igitur erit relinqui arbitrio indicis, qui pro qualitate negotij & personarum consideret, an sit aliquod odium vel suspicio. *Menoch. lib. 2. de arbit. Iud. cas. 121. num. 7.* C. ☞.
60. Decimo quintò, quòd sit dominus impetrantis. *c. causam 2. cum gl. 1. ext. de offic. iud. deleg.* Decimo sextò, quod sit suffraganeus impetrantis, *c. acce-*

*dens 1. ver.*

*dens 1. verſ. cum igitur. ext. vt lite non conteſt.* quod ſecundum Ioannem And. vt refert & ſequitur Panor. *ibid. num. 21.* intelligitur, quando ſuffraganeus cognoſceret, vt judex delegatus, ſecus ſi vt ordinarius, nam Metropolitanus habēs cauſam cōtra ſubditum ſuffraganei, poſſet illum coram ſuffraganeo tanquam ſuo judice ordinario convenire, & ſic poſſet eſſe judex in cauſa Metropolitani tanquam ordinarius, allegat Specul. *in tit. 1. §. ſubeſt. verſ. ſed ſi conqueror, vide Panor. in d. c. accedēs num. 21.* Decimo ſeptimò, quod ſeipſum impetravit, vel impetrari curavit, *arg. l. quæ omnia §. 1. ff. de procur. l. vnica. C. ne quis in ſua cauſ. l. vlt. C. de aſſeſſ. l. vxori §. quiſe. ff. ad l. Cornel de falſ.* & hæc eſt vna cauſa ſuſpicionis hoc loco contra judicem propoſita. Decimo octavò, quod ſit comes, & amicꝰ adverſarij, vel quod adverſarius ſit de ejus familiâ, vel libertus, vel filius ejus. *l. ſenatus conſulto ff. de offic. præſid. l. 1. C. ſi quacunque præd. pot. c. cum 2 ext. de offic. ind. deleg.* Et hæc altera eſt ſuſpicionis cauſa hoc loco contra judicem adducta. Adde. Haſce & plures recuſandi cauſas. *Marant. d. act. 2. part. vlt. 6. part. princ. à num 27. vſque ad 76. inclusivè.* C. W.

61.

62.

63.

Cauſis & rationibus infraſcriptis. Iure civili nō tenetur accuſator cauſas ſuſpicionis coram judice recuſato nominatim proponere, ſed ſufficit, ſi dicat ſe judicem habere ſuſpectum, *l. apertiſſimi. C. de iudic.* præſtare tamen debet juramētum quod ſuſpicionem habeat, *vt not. gl. & alij Dd. in d. l. apertiſſimi.* Adde. An & quando ſolo recuſantis juramento cauſa ſuſpicionis probetur, *Maſcard. concluſ. 952.* C. W. Iure verò canonum ſufficiens ſuſpicionis cauſa, quæ probata deberet ſufficiens

*VI.*

64.

65.

reputari, & judicem à judicando repelleret, nominatim proponi debet coram judice recusato. *c. 2. cum speciali c. secundò requiris, in fine ext. de appel. c. legitima. eod. tit. lib. 6. c. suspicionis ext. de offic. iud. deleg. gl. in c. 2. ext. vt lite non contest.* & quidē in scriptis. *c. quoniam. ext. de probat.* sed probanda est coram arbitris. (ADDE. *Gail. d. obs. 33. num. 14. Mynsi. cent. 2. obs. 52. cent. 3. obs. 63.* vt dicitur paulò infra. C. 288.)

*VII.* Te tanquā parti meæ meritò suspectum recuso, recusatio est jurisdictionis vel audientiæ, causa suspicionis proposita, declinatio. *d. l. apertissimi. C. de iud. c. quod suspecti 3. q. 5. c. suspicionis ext. de offic. iud. deleg.* recusari autem potest quilibet judex vtpotè, vel ordinarius, vel delegat⁹, vel subdelegatus, secundum canones. *c. si quis contra c. licet ext. de for. comp. c. pervenit 11. q. 1. d. c. suspicionis, de offici. iud. deleg. c. cum speciali. c. ad hæc si in vna. & c. 2. postremò ext. de appel.* Secundum leges verò delegatus quidem recusari potest, *d. l. apertissimi.* Ordinarius autem minimè, sed si suspectus appareat, Episcopus illi adjungitur, *auth. si verò contigerit C. de iudic. vbi de hoc plenius Dd.* (Adde. Gail. *d. obs. 33. num. 1. Marant. part. 4. dist. 5. num. 42.*) Arbitrator autem tanquam suspectus recusari non potest, arbiter verò potest, *Guilh. de Cun. in l. si quis ex consensu C. de Episc. audien.* Item merus exequutor non recusatur, mixtus verò sic, *c. novit. & ibi gl. ext. de appellan.*

*VIII.* Corā arbitris desupèr eligendis. Quod dictum est, suspicionis causam coram arbitris debere probari, distinctionem recipit, nam si quidem recusatur ordinarius, tūc omninò causa recusationis coram arbitris probari debet, *c. cum*

*speciali.*

*speciali. ext. de appell.* Fallit tamen in officiali, quia causa suspicionis probanda est Episcopo, & eo, cujus est officialis, *c. si contra vnum. ext. de offici. iud. deleg. lib. 6.* Si verò recusatur delegatus, sic distingue, aut delegatus est solus, vel cum alijs, si quidem solus, aut est à principe datus, & tunc causa suspicionis probabitur coram arbitris, *c. suspicionis. ext. de offic. iud. delegat. l. apertissimi l. fin. C. de iudic.* aut ab alio, vt Episcopo, & tunc probatur coram Episcopo, *d. c. si contra vnum. ext. de offic. iudi. delegat.* Si autem delegatus sit cum alijs, tunc aut solus ille vn⁹, vel omnes alij recusantur, dati cum clausulâ, quod si ambo, vel quod si non oës, &c. Si quidem solus ille vnus, tunc probabitur causa suspicionis coram conjudice, id est, non recusato, vel non recusatis, *d. c. si contra vnum.* Si verò omnes recusentur, causa suspicionis coram arbitris probabitur. Si denique subdelegatus recusetur, rursus distingue, aut subdelegatus est in totũ, aut pro parte. Si in totum, tunc coram arbitris est suspicionis causa probanda, *facit c. iudex. de offici. iud. delegat. libr. 6.* Si pro parte tunc coram delegato, *c. super quæstionum §. eius ergò cum seqq. ext. de offici. iudi. delegat.* Propositâ itaque coram judice recusato suspicionis causa, si quidem non fuerit manifestè frivola (frivolæ enim recusationi deferendũ non est *c. pastoralis. c. vt debitus, iuncto c. super eo 2. §. in causis ext. de appel. c. cũ olim ext. de caus. poss. & propriet.*) judex statim supersedere debet, & præcipere partib⁹, vt arbitros eligãt, juxta superius dicta, arbitris verò electis judex suis literis significabit, illos super tali recusationis causâ à talib⁹ partibus electos esse. Quare illis prefiget terminũ, intra quem

70. 71. 72. 73. 74.

quem cauſam dictæ recuſationis per ſe, vel cum tertio aliquo per eos aſſumendo diffinire ſtudeant, alioqui ſe extunc in negotio principali, recuſatione propoſitâ non obſtante, proceſſurum. *c. legitima. de appel. lib. 6. c. ſuſpicionis. ext. de offic. iud. deleg. d.c. cum ſpeciali.* Et ſi neceſſe ſit, cogere poterit, vt arbitrium ſuſcipiant. *arg. c. præterea. c. prudentiam §. penult. & vlt. ext. de offic. iud. delega.* quo ad hoc enim durat ſua juriſdictio, licet recuſatione propoſitâ ſtatim juriſdictio ſuſpendatur, vt de cauſa judicare nequeat, *gl. verb. exequutore in l. apertiſ. C. de iud. vide Bart. in l. quia poterat ff. de Trebel.* Porrò arbitri vocatis & præſentibus partibus ipſum recu-
75. ſationis libellum per ſe vel notarium ſuum legãt, & deinde terminum ad probandum præfigant, talem ſcilicet, poſt quem poſsint recuſationis articulum intra terminum ſibi à judice præfixum decidere. Denique receptis probationibus, & concluſione factâ, ſuper recuſatione pronunciabunt. Et ſi quidem pronunciaverint, recuſationis cauſam nõ eſſe probatam, cauſam ad judicem recuſatum remittent, qui tunc in negotio principali procedet, *c. ſecundò requiris, in fine, ext. de appel. c. legitima. eod. titu. libr. 6.* Si autem pronunciaverint cauſam ſuſpicionis eſſe probatam, judex recuſatus cauſæ cognitione ſuperſedere tenetur, *d.*
76. *c. ſecundò requiris.* Si tamen partes ſe hac pronunciatione gravari putaverint, ad Sedem Apoſtolicam appellare poſſunt. *c. ab arbitris. de offic. iud. delegat. libr. 6.* An autem & quando judex à Sede Apoſtolica datus, ſi recuſetur, poſsit vices ſuas alteri committere, vide in *c. iudex. de offic. iud. deleg. libr. 6.* Et an ordinario judici hoc conceſſum ſit,

*not. in c.*

*not. in c. si quis contra clericum. ext. de for. compet.* (Adde. *Marant. distinct. 5. num. 43. & seqq. part. 4. princ.*)

Consimili formâ & aliæ exceptiones judicij declinatorię proponi possunt, quę vel ratione actoris, vel rei, vel procuratoris, vel citationis, aut aliâ quacunq; ratione competunt, videlicet hoc modo. Procurator & eo nomine Titij hujus causæ rei excipiendo proponit & dicit, quod Sẽpronius actor hujus causæ, in pupillari ætate cõstitut⁹ legitimam personam standi in judicio non habeat, &c. Quare cum prẽmissa sint vera, notoria, & manifesta, petit dictus quo suprà nomine, procurator, per vos pronunciari, decerni, & declarari, dictum Sempronium legitimã personam standi in judicio non habere, nec per se ad agẽdum esse admittendum, & per vos non admitti, condẽnando eundẽ dicto Titio in expẽsis factis, de faciendis protestando. Vestrũ benignum officium, &c. vel si fori consuetudo id postulat, possunt quoq; hæ exceptiones in forma positionũ & articulorũ proponi, hoc tamẽ interim cavendũ est excipiẽti, vt negativè potiùs si causa ferat, quam affirmativè suã exceptionẽ formet, nam si affirmativè excipe-ret, putà quod actor, vel judex est excõmunicat⁹, quod rescriptũ ab excõmunicato est impetratũ, certè ad probationẽ cõpelletur, quũ & agere videatur, *l. 1. ff. de except. l. in exceptionibus ff. de probat.* nisi opponat exceptionem non numeratæ pecuniæ, vel dotis, tunc enim si excipiat intra tempus legale, non incumbit probatio opponenti. *l. 1. l. si ex cautione. C. de non nu. pec. l. 1. & vlt. cum auth. quod locum. C. de dote cauta.* Si verò negativè excipiat, putà quod

*Annotatio.*

78.

79.

80.

putà quod non eſt illi mandatum, non eſt judex competens, nõ habet legitimam perſonam ſtandi in judicio, probationis moleſtia in agẽtem dirigitur, *c. bonæ. 1. ext. de elect.*

## De replicationibus cõtra exceptiones declinatorias, & Interloquutoria ſuper competentiâ judicis.

## TITVLVS XVII.

1. *Quando & qualiter exceptiones declinatoriæ ſunt exhibendæ.*
2. *Quomodo actor cõtra huiuſmodi exceptiones replicare poterit.*
3. *Quando iudex eſt vtriuſque partis conſanguineus, non poteſt recuſari.*
4. *Impertinens replicatio non admittitur.*
5. *Actor frequentiùs nõ replicat contra huiuſmodi exceptiones, ſed eis non obſtantibus, ſubmittit.*
6. *Iudex ſuper competentiâ tacitè vel expreſsè interloquitur.*
7. *Tacita pronunciatio quomodò fiat.*
8. *An ſuper cõpetẽtiâ requiratur expreſſa pronũciatio.*
9. *Forma interloquutoriæ ſuper competentia iudicis.*
10. *Virtus clauſulæ, allegatis non obſtantibus.*
11. *Interloquutoria ſuper competentiâ iudicis habet vim diffinitivæ.*
12. *Quando ab interloquutoria de iure civili poßit appellari.*
13. *Gravatus per interloquutoriam poteſt petere copiã, & proteſtari de gravamine & appellando.*
14. *Quid iuvet proteſtatio de gravamine & appellãdo.*

EXCEP-

EXCEPTIONES autem hac formâ conscriptæ per reum, die termini ad dicendum contra commissionem superveniẽte, in judicio sunt exhibendæ, cum protestatione de non consentiendo in jurisdictionem Domini judicis, nisi in quantum de jure teneatur. Et deinde actori exemplum, & terminus ad replicandum conceditur, cujus termini die adveniente, potest actor contra exceptiones replicare, vt ecce contra præscriptam recusationis exceptionem replicare poterit. Quod tametsi actor amicus sit judicis, tamẽ ea amicitia, si quæ sit, admodùm exigua est, & talis propter quam non debeat judex vt suspectus recusari, quùm non quævis amicitia causa sit sufficiens recusandi judicẽ, vel, quod tametsi actor sit consanguineus judicis, tamẽ quia & reus quoque consanguineus judicis sit, par affectionis causa tollit suspicionem, iuxta not. *in c. accedens 2. ext. vt lite non contest. in c. postremò ext. de appellation.* Et similiter ad eundem modum replicare poterit, contra reliquas exceptiones fori declinatorias, si quo pacto potest, modò replicatio, quam opponit, talis sit, quæ ius exceptionis omninò resoluat, *§. 1. in princ. Inst. de replicat. l. 2. §. 1. ff. de except.* Impertinens enim replicatio nõ admittetur, *c. dilecti. ext. de except. Io. And. in c. à nobis eod. tit. & in c. vlt. ext. de ord. cognit.* Exhibitis verò replicationib⁹, datur alius terminus reo ad duplicãdum, & deinde actori ad triplicandũ si voluerit, *vt in d. §. 1. Inst. de replicat.* Cæterũ frequẽtiùs est, quod actor exhibitis exceptionib⁹, ac super illis deliberatione habitâ, nullam opponat replicationẽ, sed litis protelationẽ præscindẽs, vivâ voce dicat: Per reũ propositis

1.

2.

3.

4.

5.

positis & allegatis non obstantibus, per judicem declarandum, se esse iudicem causæ & partium competentem. Cujus contrarium sustinente reo, vel etiam nihil nominatim, sed repetendo exhibita, tãtum generalia contra commissionem opponente. Iudex super competentiâ, vel incompetentiâ interloqui debet expresse vel saltem tacitè, priusquàm in negotio principali procedere possit, *vt not. in l. exceptionem C. de probat. & in l. vlt. C. de except. l. vlt. C. si à non compet. iud. vt in c. inter monasterium, ext. de sent. & re iud. in c. cum speciali. ext. de appel. in c. suspicionis ext. de offic. iud. deleg.* Tacitè quidem, putà pronunciando ad vlteriora esse procedendum in contrarium allegatis non obstantibus, *c. ex parte 2. ext. de appel. c. suberta. & ibi gl. verbi. reprobasse. ext. de sent. & re iudicata.* ADDE. *Ibi Felin. num. 6.* qui refert controversas opiniones, an super exceptione defectum jurisdictionis respiciente requiratur expresse pronunciatio, cum suit limitationibus huc pertinentibus, quare vide eum latius, & Dd. *in l. 1. C. de ordin. Iudic.* vbi Cast. Sichard. & alij super competentiâ jurisdictionis requirunt expressam pronunciationem judicis, cum alias non cõstet de sua jurisdictione, & horum opinionem magis receptam, & omnimodò amplectendam dicit Menoch *lib. 2. præsumpt. 64. num. 2.* nisi judex adiecerit, oppositis, & in contrarium allegatis non obstantibus, vt hic in text. quia hæc pronunciatio exceptiones oppositas satis reijcit, & judicis competentem jurisdictionem declarat, *Menoch. d. præsumpt. 64. decla. 3. & Felin. d. num. 60. vers. Tertius casus, quos vide ibi per tot. ampliſſimè*, quando judex procedendo ad vlteriora censetur reijcere exceptionem. Christo. Winzler. Expresse autem interloquetur judex sub hac vel simili formula.

6. 7. 8.

IN causa

In causa corã nobis vertente per & inter egregium virum Sempronium actorem ex parte vnâ, & Titium reum ex alterâ, interloquẽdo, dicimus, pronunciamus, & declaramus nos fuisse, & esse judicem causæ & partium competentem, in contrarium allegatis non obstantibus. 9. *Sententia interloquutoria super iudicis cõpetentia.*

Nota hanc posteriorem clausulam, putà in cõtrarium allegatis non obstantibus: nam per eam intelliguntur reiectæ omnes exceptiones, & ita super eis vlterius non audietur reus, si non appellet, obstante sibi exceptione rei judicatæ, *arg. l. fin autem, §. quocunque modo cum similibus ibi per gl. not. ff. de neg. gest. & in l. quod in diem §. si rationem. ff. de compensat.* & idem not. *in l. vlt. C. de compens. vide Felin. d. c. suborta & Dd. d. l. 1. C. de ordin. Iud.* Prætereà nota, quod ejusmodi sententia, qua pronunciat quis se judicem competentem, est interloquutoria, habens tamẽ vim diffinitivæ, ideoque potest ab ea appellari, etiam de jure civili, probat *gl. vlt. in auth. habita. C. ne fil. pro. pat. vide infra. Tit. 41. num. 9. & Tit. 44. num. 30. cui assentit Panor. in c. ex parte decani, sexto notabili. ext. de rescript. Io. And. in addit. ad Specul. titu. de sent. exequut. §. nunc dicendum. vers. sed nunquid ab illa, & expressius Bald. in addit. ad Specul. tit. de appel. §. restat videre, vers. sed pone lata est, in addit. incip. casus in quibus, &c.* vbi inter cætera dicit, de jure civili ab interloquutoria ante litẽ cõtestatam datâ, si pertineat ad legitimationẽ personarũ, posse appellari, vt si judex pronunciat se judicẽ, *vt per dict. gl. vltimã in d. auth. habita.* (Adde. *Gail. obs. 130. nu. 9. Mynsing. Cent. 5. obs. 35.*) vel si pronunciat aliquem legitimum procuratorem, vel legitimum principalem, *l. ait prætor. §. permittitur. ff. de minorib.* 10. 11. 12.

*c. ex parte*

*c. ex parte. M. ext. de appellat.* (Adde. *Menoch de arbipisc. poss. remed. 4. num. 824.*) Et hoc per talem regulam, quæ dicit, quod ab interloquutoria appellatur si gravamen ejus non potest tolli per appellationem à diffinitiva, sed istud est hujusmodi. *l. ita demum C. de procur.* Ergo, &c. *Idem Bart. & Bald. in l. à procedente C. de dilatio.* Quocircà si reus per
13. præscriptam interloquutoriam putaverit se gravari, poterit statim post interloquutoriam latam petere sibi illius copiam fieri, & si appellationem in eventum scriptam non habeat, etiam protestari de gravamine & appellando, licet ejusmodi protestatione non obstante, judex statim in causa procedere possit. *vide gl. off. verbi. appellatum. in c.*
14. *vlt. ext. de appellat. libr. 6.* proderit tamen eatenus dicta protestatio, ne si ipso tacente vlterius in causa procedatur, videatur consensisse processui, aut gravaminibus sibi per sententiam illatis, *c. gratum. ext. de offici. iudic. delegat. c. quod ad consultationem ext. de sent. & re iudic. l. ad solutionem C. de re iudic. l. ab eo, C. quom. & quand. iud.* & mox currente tempore decendij procurabit per Advocatum concipi libellum appellatorium sub hac vel simili formâ.

De appel-

# De appellatione ab interloquutoria.

## TITVLVS XVIII.

1. *Forma appellationis ab interloquutoria.*
2. *Submissio protectionis superioris, habet vim appellationis.*
3. *Decem requisita appellationis ab interloquutoria.*
4. *Quomodo libellus appellationis concipiendus.*
5. *Appellatio coram iudice interponi debet.*
6. *Ex vsu, & ordinatione Camerae recipitur appellatio coram Notario interposita.*
7. *Quomodò interponatur appellatio, absente iudice.*
8. *Quando, & quare parti, & iudici appellatio intimanda.*
9. *Ratio, ob quam consultum, appellationem interponere coram Notario.*
10. *Appellatio per privatam scripturā interposita valet.*
11. *Procurator non appellans, tenetur mandati.*
12. *Olim biduum & triduum dabatur ad appellandum.*
13. *Hodiè datur tempus decem dierum, quod est continuum.*
14. *Absenti currit hoc tempus, à tempore scientiae.*
15. *Agravamine continuo quandocunq; appellari potest.*
16. *Tempus interponendae appellationis per statuta locorum potest abbreviari, vel prorogari.*
17. *A sententia Rectoris Louanienſis in causa excedente tres griffones infra triduum appellari debet.*
18. *De consuetudine Flandriae intra septem dies appellari debet.*
19. *Appellans ab interloquutoria causam gravaminis exprimet.*
20. *In appellatione à diffinitiva, non est opus exprimere causam.*

21. *Causa*

21. *Causa rationabilis quæ dicatur.*
22. *A tacita repulsione exceptionis, tam benè appellari potest, quam ab expressa.*
23. *Præstat super exceptione vrgere expressam reiectionem, sive interloquutoriam.*
24. *Ab interloquutoria debet appellari in scriptis.*
25. *In appellatione ab interloquutoria, inferi debent verba, provoco & appello.*
26. *Infrà decem dies appellatio emendari potest.*
27. *Temerè appellantes quomodò puniantur.*
28. *In Cancellaria Brabantiæ quomodo mulctetur temerarius appellans.*
29. *Quare præstetur cautio* fur die ſtedicheit *alto seculari iudicio Colonienſi.*
30. *Quibus verbis appelletur coram iudice.*
31. *Non est opus legere appellationem coram iudice.*
32. *Iudex non potest apostolos denegare.*
33. *Notarius potest dare apostolos testimoniales.*
34. *Pendente termino respondendi de apostolis, quid iudex dispiciet.*
35. *Appellationi frivolæ iudex non deferet.*
36. *Iudex appellationē ex probabili & rationabili causa interpositam admittet.*
37. *In dubio semper appellationi deferendum.*
38. *Iudex nō deferens appellationi rationabili punietur.*
39. *Index potest id, quod malè fecit, revocare.*
40. *Apostoli refutatorij.*
41. *A refutatione appellationis ab interloquutoria interpositæ iterùm appellari debet.*
42. *Refutatio appellationis habet vim interloquutoriæ.*
43. *Forma appellationis à non delatione, sive refutatione.*

CORAM

CORAM vobis venerabili Viro, Domino, ac Magiſtro Alexandro Pio, Decano Eccleſiæ, &c. teque Notario publico & teſtibus hic aſtantibus, comparet procurator, & eo nomine probi viri Titij, animo & intentione provocandi & appellandi, apoſtoloſque petendi, & cœtera, quæ ſequuntur, faciendi, omnibus modo & formâ melioribus, quibus poteſt, valet & debet, dicit, & in his ſcriptis proponit, quod licet in quadam prætenſa, quam quidem Sempronius vigore quarundam aſſertarum literarum Apoſtolicarum movet contra & adverſus dictum Titium, declinatoriè excipiendo pro parte ejuſdem Titij propoſitum fuerit, vos dictæ cauſæ & partium judicem eſſe minimè competentẽ, propter earumdem literarum ſurreptionem doloſam, quum in eiſdem nõ ſit expreſſum, vos illum eundem eſſe, coram quo cauſſa inter eaſdem partes pependit originaliter, & in primâ inſtantiâ: quod ſi ſummo Pontifici expoſitum fuiſſet, dictus impetrans aſſertas literas minimè obtinuiſſet, ac propterea vos dictæ cauſſæ & partium judicem incompetẽtem, & dictum Titium reum ab inſtantia judicij fuiſſe & eſſe abſoluendum, meritò pronunciaſſe & declaraſſe debuiſſetis. Nihilominus tamẽ præmiſsis non obſtantibus, decem diebus nondum effluxis per quandam veſtram ſententiam, quam interloquutoriam appellaſtis, hujuſmodi exceptionem reieciſtis, ac vos judicem cauſæ & partium competentem declaraſtis, in contrarium allegatis non obſtantibus, licet nulliter, & ceſſante nullitate perperàm, & (vt pace veſtrâ dixerim) iniquè. Quare ſentiens ſe nomine quo ſuprà, &

I.
II.
III.
*Forma appellationis ab interloquutoria.*
IIII.

dominum ſuum per dictam veſtram ſententiam interloquutoriam ſupra modum gravatum, formidetque in futurum plùs gravari poſſe, cauſis &
V. rationibus antedictis. Idcircò à dicta veſtra ſententiâ interloquutoriâ & gravaminibus ex illa illatis, vlteriuſque inferendis, illius nullitate ſalua, ad ſanctiſsimum dominum noſtrum dominum N. Papam modernum, ejuſque ſanctam Sedem Apoſtolicam, ſuæq; ſanctitatis nuncium miſsum
VI. vel mittendum, ac illum, ſive illos, ad quem, vel
VII. quos poteſt, valet & debet, in his ſcriptis, provocat, & appellat, apoſtoloſque ſibi dari & cõcedi, & de illis reſponderi petit primò, ſecundò, tertiò, inſtantèr, inſtantius & inſtantiſsimè. Subijciens ſe & dominum ſuum protectioni & defenſioni dicti domini noſtri Papæ & ejus ſanctæ Sedi Apoſtolicæ. ADDITIO. Hæc ſubmiſsio habet
2. vim appellationis. *Marant. part. vlt. 6. part. princip. act. 2. num. 123. alias num. 125.* dummodò alia requiſita appellationis concurrant. *Gail. lib 1. obſ. 2. num. 4. Philip. Franc. de Peruſ. in c. ad audientiam. ſub. princi. ext. de appel.* C. 203. Proteſtans de hac ſua appellatione, ſuis loco & tempore congruis, intimandâ & proſequendâ, ac in melius, quatenus opus fuerit, reformandâ, prout juris, moris ac ſtyli, petens deſuper à te Notario publico inſtrumentum & inſtrumenta.
(ADDE. Et hoc ſignificant illa verba. Subijciens, &c. Et proteſtans, &c. quæ ſcedulis appellationum per modũ abbreviationis ſubnecti videmus. C. 203.)

3. *Formulæ interpretatio.* PRINCIPIO ſciendum eſt, ad hoc, vt appellatio in judicio ante ſententiam facta valeat, decem intercedere debere, *autho. Specul. tit. de appel. §. 1. in princi. in tertia parte. Specul.* Primum, cauſa gravaminis

minis illati, vel comminati, *c. cum ceſſante. ext. de appel.* Secundum, quod cauſa ſit legitima, & rationabilis, *c. vt debitus. cum ſeq. ext. de appel.* Tertium, quod ſit vera. Quartum, quod fuerit expreſſa, *c. cum cauſam §. vlt. illo. tit.* Quintum, quod non fuerit admiſſa exceptio, ſeu petitio, *c. dilecto, c. interpoſita eod. titu.* Sextum, quod ideò appelletur, quia non fuerit admiſſa. *d. c. dilecto. §. vlt.* Septimum, quod fiat in ſcriptis, & coram judice. Octavum, quod petantur apoſtoli. Nonum, quod ſi appellatus hoc petierit, appellans veniat inſtructus. *c. 1. cordi de appel. lib. 6.* Decimum, quod fiat intra decem dies, vt infrà verb. decem diebus, &c. latius dicetur. Prætereà libellus hic appellatorius ita concipi debet, vt habeat nomen ſcriptum appellatoris. *l. 1. §. vlt. ff. de appel.* Item nomen judicis à quo, & judicis ad quem appellatur (De quo infrà in forma appellationis à diffinitiva ſub nu. IIII.) cauſam quare appellatur, & apoſtolorum petitionem, & an proprio, an verò alieno nomine appelletur, nomen verò ejus, contra quem appellatur, neceſſario inſeri non debet. *l. 3. ff. eod.* 4.

Coram vobis. Quando appellatur à judice, ſemper appellatio coram judice, ſive in præſentia judicis à quo, ſi locò congruo haberi poteſt, interponi debet. *l. 1. §. dies. & §. ſi quis. ff. quando appella. c. vt debitus. ext. eod.* niſi juſta cauſa excuſet. *c. vlt. ext. d. tit. de appel.* (Add e. Et non aliter reformatio proceſſ. Iudiciorum Senatus Colonien. ſub tit. von Appellieren/ appellationem coram extraneo Notario admittit, quam ſi Iudex, aut Scriba judicij, haberi non potuit, an hoc ita ſtrictim obſervetur, curialium practicorum, quos Platz practicanten vocamus, relationi relinquo, Interim Mynſ. *cent. 4. obſ. 44.* refert 1. 5. 6.

refert indiſtinctè, tam ex vſu, quam ordinatione Camerali recipi appellationem coram Notario interpoſitam, etiam nullâ factâ inſinuatione. C. Winsler.) Quando verò appellatur non à judice, ſed ab alio extra judicium, ſufficiet fieri intimationem parti, *iuxta clem. cauſam, de elect. ſecund. Panor. in c. ſuggeſtum. num. 4. ext. de appella. quem vide.* Intelligitur autem judicis copia haberi, quando ſe exhibet in loco publico, non in hortis, vel villa. *l. 1. §. dies autẽ. ff. quando appelland ſit & intra quæ temp.* (Adde. *Mynſ. cent. 2. obſ. 2.*) Si autem judicis præſentiam commodè habere non poteſt, tunc valet appellatio abſente judice interpoſita coram publicis & honeſtis perſonis, Notario, videlicet, & teſtibus. 7. *arg. c. paſtoralis. in fine ext. de offic. iud. ordi.* hoc modo. Nã appellatione ſub debita forma (vt ſupra) conſcriptâ, accedet ad Notarium publicum, teſtibus præſentib⁹, & leget appellationem hujuſmodi de verbo ad verbum (Quod nõ ſervatur ſaltem in hiſce partibus. C. W.) quâ lectâ, petet apoſtolos teſtimoniales inſtantèr ſibi dari, proteſtando, quod coram judice appellare voluiſſet, ſi ipſius præſentiã commodè habere potuiſſet, quodque dictam appellationem, ſi judicis præſentiam commodè habere poterit, legitimè intimabit, & ſuper hoc rogabit à Notario inſtrumentum publicum. Adde. Mynſ. *d. obſ. 2. cent. 2. & prædictam reformationem Colonienſem.* 8. Idem etiam proteſtabitur, quando appellat ab extrajudicialibus, in abſentia adverſarij, ſed appellatio poſtea intra menſem debebit intimari parti, aut ejus legitimo procuratori, juxta *d. clem. cauſam. ext. de elect.* Intimanda quidem judici, nè erroneâ innocentiã

ductus

ductus præjudicet parti appellanti; excuſaretur enim judex, ſi in cauſa procederet, & ſic teneret proceſſus, parti verò, ne judicem pro exequutione imploret, vel appellationem aliàs interpoſitã non ritè factam contendat, *vide d. clem. cauſam.*

Teque Notario publico. Conſultum eſt appellationem etiam præſente Notario interponere, vt per illius inſtrumentum ſuper eâ conficiendum conſtare poſsit, appellatum eſſe, ſi fortè negetur, *c. Romana. §. ſi verò. ext. de appella. libr. 6.* nam appellatio per ſcripturam privatam interpoſita valet quidem, ſed tamen per eam non probatur, fuiſſe appellatum, ideoque neceſſe eſt, per teſtes aut per inſtrumentum Notarij probari appellatum fuiſſe. *gl. in ſcriptis. in c. 1. & gl. verb. proponis. in c. appellatio. de appel. lib. 6.* II. 9. 10.

Procurator. Si procurator, qui alieno nomine cauſam defendit, condemnatus aut gravatus, ſciens & prudens non appellaverit, aut cum juſta cauſa illum excuſaret, domino non denunciaverit, mandati tenebitur. *l. ſi procuratorem. §. ſi ignorantes. ff. mand. l. invitus. C. de procur. l. liberto. §. vlt. ff. de negot. geſt. c. non iniuſtè. ext. de procurator.* III. 11.

Potuit quoque is (inquit Romanus Pontifex) & debuit à ſententia in eo, quod lata extitit contra ipſum, noſtram audientiam appellare, vel ſi juſta cauſa excuſabat eundem; ſaltem domino conteſtari, vt ad appellationis beneficium convolaret, licet appellationem proſequi non teneretur invitus. *vide Specu. de appellat. §. 1. in princ.*

Decem diebus nondum effluxis. Olim ei, qui cauſam agebat, dabantur in cauſis proprijs duo dies ad provocandum. *l. 1. §. biduum. ff. quand.* IIII. 12.

*appel. sit l. qui suspectum. ff. de appel.* In causis verò alienis dabantur tres dies ad appellandum à sentẽtia judicis. *l. eos §. si autem. C. de appel.* Hodie autem appellatio à sententia judicis, sive diffinitiva, sive
13. interloquutoria, admittitur intra decem dies, *c. anteriorum 2. q. 6. c. cum dilectus. in fin. ext. de elect. c. significaverunt. ext. de testib. in auth. de appella. & intra quæ temp. in princ. col. 4. auth. hodie. & ibi* Dd. *C. de appel.* (Adde. Gail. *lib. 1. obs. 139. num. 2.*) Hocque tẽpus ei, qui vel per se, vel per procuratorem defẽsus est, cõtinuò à die sentẽtiæ reputatur. (ADDE. De momento ad momẽtum, de puncto ad punctum, *Gail. d. obs. 139. nu. 5. Mynsi. cent. 3. obs. 11.* diem verò postremum, totum servire, contra reliquos existimat Pet. Freder. *de proceßib. lib. 1. cap. 8. in princ.* Chri. Wintzler.)
14. Absenti verò citra contumaciã non defenso currunt decem dies à tempore, quo resciverit sentẽtiam adversus se dictam esse. *l. ab eo. C. quom. & quand. iud. l. 4. C. de libera. cauſ. l. cum sex. ff. de ædilit. edict. c. concertationi. ext. de appell. lib. 6. l. 1. §. vlt. in fi. ff. quando appel. sit. c. biduum 2. q. 6.* (ADDE. Gail. *d. obs 139. num. 7. & seqq. obs. 45. num. 7. eod. lib. 1. Mynsi. cent. 2. obs. 2. Peck. de iure sistendi. cap. 1. num. 31 num. 9. & cap. 34. num. 2.* C. W.) Nec est prætereundum, quod pos-
15. sit à gravamine continuo quandocunque, etiam post decendium appellari, vtpotè torturâ, personæ apprehensione, loci non tuti assignatione, & similibus gravamen continuum inferentibus, secundum Bart. *in l. 2. C. de Episc. audien. & in l. 1. num. 5. C. sent. rescind. non poss. Ant. de But. & Imol. in c. ex parte. ext. de appel. Iaſ. in l. error. C. de iur. & fact. ignor. Spec. in titu. de appel. §. restat. videre, vers. & nota.* (ADDE. *Gail. d. obs. num. 13. & seq. Hẽning. Goed. Rub. 31. Octav. Vest. lib. 7. cap 3. num. 23. Wesenb. consil. 42. part. 1.* nisi judex expresè loqueretur, aliquem esse justè carceratum,

Digitized by Google

ceratum, tunc enim infra decēdium, ab illa interloquutoria, aliàs in rem judicatam tranſiturâ, appellari debet. *Mara. d. act. 2. num. 205. al. 216. quam ſeq. Nicol. Anth. Gravat. ad Veſt. libr 7. cap. 3. num. 56.* Chriſto. Wingler.)

Advertendum quoque hoc loco, tempus iſtud appellationis interponendæ plerumque per ſtatuta, vel conſuetudines locorum vel brevius, vel longius ſtatui poſſe. *gl. verb. iuriſ. in l. præſcriptione. C. ſi contra ius vel vtil. pub.* (Adde. *Octavia. Veſt. lib. 7. cap. 3. num. 20.*) Sicut in multis civitatibus ſervatur triduum antiquitùs conceſſum, quemadmodum ex ſtatuto hujus præclariſsimæ Academiæ Lovanienſis, in cauſis excedentibus valorē trium griffonum, debet gravatus per domini Rectoris ſententiam, intra triduum ad vniverſitatem in ſcriptis, in præſentia ejuſdem Rectoris appellare. Similiter de conſuetudine omnium tribunalium ſecularium Comitatus Flandriæ, appellatio intra ſeptem dies à tempore ſcientiæ interponi debet, & ſi quidem abſente judice interpoſita ſit, tum intra alios ſeptem dies debet judici à quo ſcriptū appellationis inſinuari, quod ſi factum non fuerit, hujuſmodi appellationi nō defertur. Alij verò obſervant aliter, vt ſcilicet, ſi condemnatus vel procurator prolationi ſententiæ interſit, debeat illicò appellare, ſin minùs, intra decem dies. 16. 17. 18.

Cauſis & rationibus antedictis. Appellans ab interloquutoria, vel à gravamine rationabilem cauſam gravaminis illati in appellatione ſua coram eodem judice nominatim exprimere debet, vt debitus honor deferatur judici. Nam expreſsâ fortè cauſâ rationabili, poterit ab eo juſtitiam conſequi, ſicque permitti non debet, vt cauſa rationabili non expreſsâ, poſsit ab eo recedere. 19.

dere. *c. vt debitus. ext. de appel. c.1. eod. tit. lib.6. clem.*
20. *appellanti. eod. tit.* Diversum verò est in appellante à diffinitiva, ideoque etiam causâ rationabili non expressâ recedere licet, *l.3. in fine. cum l. seq. & ibi Bart. ff. de appel. d. c. 1. & ibi gl. verb. statuit. de appel. libr. 6.* (ADDE. *Mar. part. vlt. 6. part. princ. act.1. nu. 18. act.2. num. 141. al. 153. vbi quod sic communiter Dd.* fiet tamen expressio causę in specie, non relatione ad acta. Idem Octav. Vest. *lib.7. cap.3. num.28.* Chri. Winsler.
21. Dicitur autem causa rationabilis, vbicunque judex gravat contra ius scriptum, vel denegat juris beneficium, *arg. c. de his, prope fin. 28. dist. c. pen. & vlt. ext. de secund. nupt.* puta, si neget restitutionem spoliato priusquam de proprietate cognoscat, vel si negat quartam productionē testium cum solemnitate legali, *3. q. 2. per tot. c. ex conquestione, ext. de rest. spoliat. c. significaverunt. ext. de testib.* vel si citat ad locum suspectum, *c. ex parte 1. ext. de appel.* vel si non admittat recusationem propter cōsanguinitatem, *c. postremò. ext. de appel.* & generalitèr, vbi legitimæ exceptiones non admittuntur,
22. *c. ex parte. 2. ext. de offic. iud. deleg.* Quocircà & hoc notandum est, quod tametsi à repulsione exceptionis tacitâ æquè atque repulsione expressâ appellari possit, cautiùs tamen facere excipientem, vt instet apud judicem, vt super exceptione ad-
23. mittenda, vel non admittenda interloquatur, *secund. gl. verb. repulsione. in clem. vlt. eod. titu. §. qualiter. vers. item quod faciat.* Alioquin enim non poterit ostendere coram judice appellationis, se ex hac causa gravatum esse, nisi ostenderet judicem à quo exceptionem ipsam per suam interloquutoriam admittere denegasse, *c. dilecti. c. interposita.*

*ext. de*

*ext. de appel.* vel ſaltem eâ neglectâ, in cauſa proceſsiſſe *c. ex parte. M. eod. tit.*

In his ſcriptis. Appellans ab interloquutoria, etiamſi ilicò appellet, in ſcriptis appellare debet, *c. 1. de appel. lib. 6.* Secus in appellante à diffinitiva, modò incontinenti appellet, *l. 2. ff. de appel. l. litigatoribus. C. eod.* VI. 24.

Provoco & appello. In appellatione in ſcriptis interpoſita neceſſariò hæc verba inſeri debent, ſecundum Angel. *in l. errore. C. de reſt. vide tu, not. in c. ad audientiam, & in c dilecti. filij. 52. ext. de appel.* Adde. *Gail. lib. 1. obſ. 2. num 4.* æquipollens tamen ſufficit, dummodò alia requiſita appellationis ſerventur. *Gail. d. loc. Marant. act. 2. num. 123. al. 135. part. vlt. 6. part. princ. vt ſup. eod. cap. num. 2.* Chriſto. Wingler. VII. 25.

Reformanda. Etiam cum appellatum eſt, habetur humanitatis ratio, vt intra decem dies appellandi præfixos, emendari poſsit appellatio, ſi fortè ad alium judicem appellari debuiſſet (quippe obſervandi ſunt gradus magiſtratuum in provocationibus) aut ſi totius appellationis eum pœniteat, *c. ei qui §. ſi quis libellos 2. q. 6. c. directæ. ext. de appell. l. ſi quis. C. de appell.* Si quis (inquiunt Imperatores) libellos appellatorios ingeſſerit, ſciat ſe „ habere arbitrium commutandi & ſuos libellos „ recuperandi, ne juſtæ penitudinis humanitas amputetur. Quandoquidem ſæpiſsimè contingit, vt „ provocantes majores ſumptus & expenſas impẽdãt, quam tota cauſa in æſtimatione valeat. Tum etiam quod per calumniam appellãtes quinquaginta librarum argẽti animadverſione mulctari poſſunt, *in l. ab exequutione, in fine. C. quo. appel. non recip. l. 2. C. de Epiſc. aud.* In cauſis verò criminalibus VIII. 26. 27.

litè perdita notantur infamia, & puniuntur, *l. à proconſulibus. C. de appellat.* Et nota quod per magiſtratus locorum, quandoque aliter ſtatuitur, vt
28. ecce in Cancellaria ducis Brabantiæ, ſi quis frivolè & perperam appellaſſe judicatus fuerit, condemnatur in expenſis parti & Duci in triginta libris Paris. appellanti tamen permittitur impunè renunciare ſuæ appellationi intra octo dies à die interpoſitæ appellationis, connumerata die appellationis interpoſitæ, & renunciationis ſequutæ, modò vel fiat coram judicibus, à quibus appellatum eſt, vel eiſdem per ſcriptum appellationis intra dictos octo dies inſinuetur, poſteà verò renunciatio non recipitur ſine aſſenſu Curiæ.

29. ADDITIO, Ex eodem in alto ſeculari judicio Colonienſi vigore ſtatuti ſolet præſtari cautio, quam appellant, für die ſtedigkeit ad proſequendum appellationem, & ſoluendum mulctam in eventum ſuccumbentiæ, quam tamen à multis retrò annis vix ſolutam exiſtimo, licet non rarò adhuc præfata cautio juxta formam ſtatuti Colonienſis præſtetur. Chriſtophor. Wintzler. Cætera quæ pertinent ad hanc formam pleniùs explicabuntur infrà *in tit. de appellat. à diffinitiva.*

*Interpoſitio appellationis ab interloquutoria.*

CONFECTO itaque ſub hac vel ſimili formâ libello appellatorio, reus per ſe, vel procuratorem aſſumat Notarium & teſtes, & in eorum præſentia exhibebit judici ejuſmodi ſcriptum, his vel ſimilibus verbis: Magnificè Domine judex, à decreto in cauſa inter partes N. contra N.
30. noviſsimè decem diebus nondum effluxis, lato provoco & appello, prout in ſcedula, petens mihi 1. 2. 3. inſtantèr, inſtantiùs & inſtantiſsimè de apoſto-

Digitized by Google

de apoſtolis reſpondere. Quod autem ſufficiat hoc modo appellationis copiam judici dare, & 31.
non ſit opus eam legere, probat *c. appellatio. de appella. libr. 6. Baldus. in l. litigatoribus. num. 2. C. de appella.* Interpoſitâ verò appellatione, & petitis a- 32
poſtolis, vt ſupra, judex non poteſt apoſtolos denegare, ſaltem refutatorios, hoc eſt, quibus declaret non admiſſam fuiſſe appellationem, nam ſatis eſt appellanti, quod teſtimonium habeat qualecunque videlicet provocationem interpoſitam & judici inſinuatam fuiſſe. Vnde Notarius quoque (ſi vtcunque judex temerè noluerit) poteſt apoſtolos teſtimoniales dare. Iudex 33.
ergò aut ſtatim reſpondebit de apoſtolis, aut certum terminum ad recipiẽdum eoſdem parti appellanti aſſignabit, in quo termino quid obſervare debeat appellans, vide *infrà in titulo de appellation. à ſentent. diffinit. in verb. apoſtoloſque mihi dari.* Pendente autem hoc termino ad recipiendum 34.
apoſtolos deſignato: deſpiciet judex vtrùm appellatio admittenda ſit, nec ne, idque cognoſcet ex evidentia facti, ſuper quo judicatum eſt, vt quia eo caſu prohibetur appellatio à jure, vel quia in appellatione nulla cauſa exprimitur, vel ea quæ exprimitur, legitima non eſt, etiamſi maximè vera ſit, vel licet legitima ſit, manifeſtè tamen falſa eſt, vel jam pronunciatum erat illam falſam eſſe, & non fuit appellatum, & ſanè ejuſmodi ap- 35.
pellationi tanquam manifeſtè frivolæ judex deferre non debet, *c. paſtoralis, c. vt debitus, c. cum ſpeciali. c. interpoſita, vbi Dd. ext. de appellatio.* Nam jus eam non admittit, *c. cum appellationibus. eodem titulo libr. 6. vbi Doctores.* Imò ſi Iudex ei deferat,

punien-

puniendus eſt vt ibi habetur & *c. vlt. §. ſunt etiam quorum, verſ. ſi quis. 2. q. 6.* Si autem judex appellationem ex cauſa probabili, ſed falsâ interpoſitam eſſe conſpexerit, eam admittat, donec conſtet de falſitate cauſæ. Eſt enim hæc latẽtèr fruſtratoria, à jure tamen reprobata, *arg. c. veritate. 8. diſtinct.* Si denique appellationem interpoſitam eſſe invenerit ex tali cauſa, quæ in jure ſcripta non eſt, videtur tamẽ rationabilis, vel in caſu, in quo multæ repugnãtes opiniones reperiuntur, certè huic debet judex deferre, *vt in d. c. paſtoralis. verſ. ſed ſi appellans. Innoc. in c. ſacro. in fin. ext. de ſent. excom.*

30.

37. Quinimò ſecundum gl. & Dd. *in d. c. vt debitus*, in dubio appellationi ſemper deferendum eſt per judicem à quo, *l. & in maioribus. C. de appell.* niſi vbi periculum eſt in mora, *l. vlt. ff. de appel. recip. gl. & Dd. in c. qua fronte ext. de appellat.* Ad hæc, ſi judex appellationem ex cauſſa in jure expreſſa interpoſitam eſſe conſpexerit, de quo per Specul. *tit. de appellat. §. nunc dicamus gl. 1. & Dd. in d. c. paſtoralis.*

38. tunc, niſi huic veluti manifeſtè rationabili & legitimæ detulerit, punitur, *vt in d. c. priore & ibi Dd. ext. de appell.* poterit etiam judex, ſi viderit ſe malè proceſsiſſe, vel interloquutum fuiſſe, ſentẽtiam

39. vel id quod fecerit, revocare, & facta revocatione in cauſa procedere, etiam nolente parte & appellante, *c. cum ceſſante ext. de appellat. l. quod iuſſit ff. de re iudicata.*

*Refutatio appellationis ab interloquutoria.*

APPELLANTI igitur in termino apoſtolorũ recipiendorum cauſsa ſtatuto petente ſibi apoſtolos reverentiales concedi, & adverſario cõtrà petẽte, ſcilicet, apoſtolos reſutatorios dari, judex ſi quidem

ſi quidem putat appellationi non eſſe deferendũ, dando apoſtolos refutatorios ferè vti ſolet hoc verborum tenore.

Quia per ſententiam noſtram interloquutoriam in hac cauſſa per nos latam, non credimus appellantem in aliquo gravaſſe, idcircò appellationi interpoſitæ non deferimus, hanc reſponſionem eidem pro apoſtolis refutatorijs concedentes. 40.

(Vel ſimpliciter. Non credimus gravaſſe.)

Et mox appellans denuò proteſtabitur de gravamine & appellando, nam iterùm ab hujuſmodi non delatione appellare debet in ſcriptis, intra decem dies, quia niſi appellet, non audietur poſteà appellans à diffinitiva, tanquam manifeſtus contumax, *ſentit. gl. & expreſſè. Cardinal. in clem. 1. de dol. & cont.* Adde. *Mynſ. cent. 2. obſ. 49.* & hæc appellatio diceretur deſerta, niſi iterum à non admiſsione & refutatione appellationis appellaretur, *Mynſ. d. obſ. 49. & cent. 3. obſ. 22. Marant. d. act. 2. part. vlt. 6. part. prin. nu. 410. al. num. 421. Nicol. Anton. Gravat. ad Veſt. lib. 7. cap. vlt. num. 23.* C. 23. Facit quod hujuſmodi judicis refutatio vim habeat cujuſdam interloquutorię, cum illius ſit diſpicere, vtrùm appellatio ſit admittenda, nec ne, (vt dictum eſt ſupra) quare ſi interloquatur appellationem non eſſe admittendam, talis interloquutoria infert gravamen, & præjudicat non appellanti, vti pleniùs probat Cardinal. *vbi ſupra.* Cõcipiet autem appellationem hoc vel ſimili modo. 41. 42.

Coram vobis venerabili Viro, & Domino, &c. (vt ſuprà in prima forma, &c.) dico, & in his ſcriptis 43.

*Forma appellationis à non delatione.*

ſcriptis propono, quod licet ego nomine quo ſupra, à quadam veſtra ſententia, quam appellaſtis interloquutoriam, contra dominum meum latâ, ejus nullitatè ſaluâ, ritè & legitimè appellaverim, & de apoſtolis mihi reſponderi petierim, adeò quod meritò juris diſpoſitione actiſque & actitatis in dicta cauſſa exhibitis attentis, debuiſſetis dictæ meæ appellationi detuliſſe, nihilominus tamen hoc minimè feciſtis, ſed decem diebus nondum effluxis, reſpondendo de apoſtolis dixiſtis, quod quia per ſententiam veſtram interloquutoriam in hac cauſſa, per vos latam non credebatis appellantem in aliquo gravaſſe, idcircò appellationi interpoſitæ non detuliſtis, licet nulliter, & ceſſante nullitate perperàm, & (honore ſemper ſaluo) iniquè, præmiſsis attentis. Quare ſentiens me nomine quo ſupra, & dominum meum de novo per dictum decretum, & rejectionem ſeu non delationem ſupra modum gravatum. Ideò à dicto veſtro decreto, & nō delatione ſeu rejectione, totoque veſtro proceſſu, & gravaminibus mihi ex illo illatis & inferendis, priori meæ appellationi inhærendo, & illam per iſtam, & iſtam per illam confirmando, ad ſanctiſsimum (vt ſuprà, in priori forma.) Et tali appellationē in ſcriptis interpoſitâ, petuntur & dantur apoſtoli, vt dictum eſt ſuprà.

# De proceſſu cauſſæ appellationis ab interloquutoria ſive gravamine.

## TITVLVS XIX.


1. *Quomodò, & coram quo appellans appellationem ſuam proſequi debeat.*
2. *Iudex non deferens appellationi, poteſt procedere, donec inhibeatur.*
3. *Delegatus poteſt ſtatìm inhibere, quando appellatio per delegantem fuit recepta.*
4. *Quando cauſſa expreſſo gravamine commiſſa, poteſt ſimiliter ſtatim inhiberi.*
5. *Regulariter delegatus non inhibebit, niſi priùs cognoverit appellationem recipiendam.*
6. *An de conſuetudine ſive ſtylo, ſtatim poſſit mitti inhibitio?*
7. *Inferior Pontifice non poteſt inhibere, niſi priùs de appellatione cognoverit.*
8. *Omnia poſt inhibitionem acta, poſt inhibitionem per viam attentatorum revocantur.*
9. *Attentata ante inhibitionem non revocantur, niſi ſequutâ victoriâ in appellatione.*
10. *Quid faciendum poſt partium comparitionem.*
11. *Quid fiat in termino contradicendi contra Commiſſionem.*
12. *In Curijs Colonien. nõ fertur ſtatim decretum competentiæ.*
13. *Quid fiat in termino ad iuſtificandum, & impugnandum.*
14. *Forma iuſtificandi, & impugnandi.*
15. *Appellatio à gravamine iuſtificari debet ex eiſdem actis.*


16. Ratio,

16. *Ratio, quare huiusmodi appellatio ex eisdem actis iustificari debeat.*
17. *Post terminum iustificandi statuitur terminus ad dicendum contra iustificata.*
18. *Post terminum dicendi contra iustificata fit submissio & conclusio.*
19. *Forma submissionis pro parte appellati.*
20. *Qui termini in causa appellationis à gravamine serventur, & necessarij sint, relativè.*
21. *Nisi pars petierit instantissimè iustitiam apud iudicem, currunt fatalia.*
22. *Per expressum partiũ consensum prorogãtur fatalia.*
23. *Ad sublevandum labores & expensas de consensu partium iudex causam suspendit vsque ad sentẽtiam sine præiudicio fatalium.*
24. *Si iudex invenerit appellationem legitimam, assumet & cognoscet causam principalem.*
25. *Iudex appellationis succedet in locum primi.*
26. *Iudex semel gravans, præsumitur in posterum peior futurus.*
27. *De cõsensu partium, iudex appellationis potest omisso articulo gravaminis procedere in principali.*
28. *De iure communi non potest iudex, etiam de consensu partium, articulum gravaminis omittere, & in principali procedere, nisi fuerit supremus.*
29. *Per delationem devolvitur totius causæ cognitio ad superiorem.*
30. *Quomodo pronunciabit iudex, si invenerit appellationem minus legitimam.*
31. *Forma sententiæ remissoriæ.*
32. *Quando pronunciatur malè appellatum, remittitur tota causa ad priorem iudicem.*
33. *Ex Curia Romana non remittuntur causæ.*

34. *Quando*

Digitized by Google

34. *Quando non eſt appellationi delatum, iudex inferior ante verbalem remiſſionem poteſt de principali iterùm cognoſcere, cauſa appellationis finita, ſecus ſi delatum.*
35. *Appellans rectè condemnatur in expenſis.*
36. *Iudex per ſubreptionem impetratus cognoſcit de viribus reſcripti, & condemnat in expenſis.*
37. *Iudex à quo, &c. exequitur expenſarum ſententiã.*
38. *Expenſarum cõdemnatio omiſſa poteſt per iudicem à quo, &c. in diffinitiva principali ſuppleri.*

SIVE igitur judex à quo appellationi interpoſitæ detulerit, ſive non, poterit nihilominus appellans ſuam appellationem proſequi. Et ſi quidem appellaverit ad inferiorem à Principe, introducet appellationem ac procedet juxta diſpoſitionem *c. Romana. ext. de appella. lib. 6.* Sin autem appellaverit ad principẽ, impetrare poterit cauſam appellationis alicui examinandam committi, quâ commiſsione judici dato prẽſentatâ, & per eum receptâ, obtinebit appellans adverſarium ad procedendum, procedique videndum, in cauſa appellationis citari, nec non inhiberi judici à quo, vel etiam parti appellatæ, ne quid appellatione pendente innovent, aut attentent in præjudicium appellantis & appellationis. Quocircà 1. 2. ſciendum eſt judicem, qui non detulit appellationi interpoſitæ ab interloquutoria vel gravamine, poſſe appellatione non obſtante ad vlteriora procedere, donec per judicem appellationis inhibeatur, *c. ſuper eo, c. cum cauſam. ext. de appell. l. ſi generaliter §. ipſe autẽ. C. de reb. creditis.* (Adde. *Mar. part. vlt. 6. part. princ. act. 2. num. 169. 161. 162. al. num. 172. cum*

*172. cum duobus seqq.*) Quando autem inhiberi possit, distingue, aut appellatum est ad summum
3. Pontificem, aut ad inferiorem: Si quidé ad Pontificem, tunc si ille appellationem ex certa scientia receperit, & hoc ex verbis rescripti constet, poterit delegatꝰ statim inhibere judici à quo, &c. ne vlteriùs in causa procedat, per talem namque receptionem ilicò suspensa fuit judicis primi jurisdictio, *c. pastoralis. §. præterea. ext. de offic. iud. de-*
4. *leg.* Idem juris est, si Pontifex appellationem simplicitèr quidem recepit, sed tamen eam delegavit expresso gravamine. Nam ita committendo videtur approbasse gravamen, ideòque opus nō est, vt delegatus prius de causę probabilitate cognoscat, sed solum de ipsius veritate. Si verò Ro-
5. manus Pontifex appellationem ab interloquutoria delegavit, non ex certa scientia, aut non expresso gravamine, delegatus priùs cognoscere debet, vtrùm appellatio recipienda sit, nec nè. Et si appellationem tanquam ex causa probabili interpositam recipiat, poterit postea inhibere judici primo, nè vlteriùs in causa procedat. ADDIT.
6. De stylo tamen Curiæ Romanæ Auditores ibidem solent & tali casu incontinenti mittere inhibitoriū, *Felin. in c. dilectus filius. 2. num. pen. limitat. 4. de resc.* qui stylus extra Curiam apud ordinarios judices non videtur recipiendus, sed receptus etiam reijciendus ex concil. Trident. *sess. 22. cap. 7. reform.* vbi mandatur Nuncijs Apostolicis, Patriarchis, primatibus, & Metropolitanis in concedendis inhibitionibus præcisè servari formam c. Romana. *de appell. in* 6. consuetudine etiam immemorabili, aut stylo vel privilegio non obstantibus, aliter inhibitiones & processus, & inde sequuta quæcunque sint ipso jure nulla, nisi quis ostendere posset concilium in his punctis non esse receptum,

receptum, ac proinde ſtylum, ſi quis ſit à jure diverſus, eſſe retinendum, maximè quando facultas inhibēdi adiecta, communiter adijci ſolita, quia tunc delegatus ſtatim inhibet per eā; quæ tradit Lancel. *in tract. de attent. cap. 20. in præfat. & num. 152. & duobus ſeqq. vbi & num. 167.* quod ſtatim partibus, & non judici inhibere poſsit, prout frequentiſsimè inhibitiones ſine vllo diſcrimine emitti experimur. Chr Wingler.

7. Si autem appellatum fuerit ad inferiorem Pontifice, obſervanda erit diſpoſitio c. Romana. §. ſi verò vocatis & ſeqq. *ext. de appell. lib. 6.* vt ſcilicet Archiepiſcopus vel Officialis ejus inhibere non poſsit, niſi priùs appellationem tanquam ex probabili cauſa omiſſam receperit, vt cognoſcere incipiat, an cauſa ſit vera, *d. §. ſi verò & §. §. ſeqq. Panor. in d. c. dilectus. 2. num. vlt. ext. de reſc. vbi Felin. nu. penult.* Additio. Hinc noviſsima reformatio Reverendiſsimi Archiepiſcopi Colonien. Anno 94. publicata *ſub tit. de terminis in ſecunda inſtantia, &c. in princ.* prohibet, nè in cauſis appellationum à gravamine, vel interloquutoria vim diffinitivæ non habente interpoſitarum, antequam competentia juriſdictionis certa ſit, contra priorem judicem inhibitio decernatur. Et hoc eſt, quod generaliter diffinit Mynſ. *cent. 3. obſ. 87.* inhibitionem non eſſe decernendam, niſi de cauſæ devolutione, & veritate cognitum fuerit, conſuetudo tamen hujuſmodi cognitionem remittens ſervari poteſt, teſte Lancel. *de attent cap. 20. in præfat. nu. 143.* de qua & jam dictum eſt. Chriſtopho. Wingler.

8. Inhibitione autem factâ, ſi judex à quo inhibitioni non obtemperet, ſed ea non obſtante in cauſa procedat, tunc omnia attētata poſt inhibitionem ſtatim per viam attentati revocātur, hoc eſt, quēadmodum de facto attentata fuerunt, ita etiam de facto revocantur ante omnia abſque vlla cauſæ cognitione, etiamſi appellatio poſtea reperiatur

minus juſta, *c. non ſolum, de appell. lib. 6. ff. nihil Inno.*
9. *appell. pend. per tot.* Attentata verò poſt appellationem, & antè inhibitionem non revocabuntur, niſi ſequutâ victoriâ in appellatione, *d. c. non ſolum Innoc. in c. dilectus ; ext. de except. & Bart. in l. 1. ff. nihil. inno. appell. pend.* (ADDE. Gail. *lib. 1. obſ.* 146. *quaſi per tot. Covar. pract. queſt. cap.* 24. Chriſt. Wintzler.

10. *Ordo in proceſſu tenendus. Primò.* POST exequutam citationem, & in judicio exhibitam (*vt infrà in proceſſu cauſæ appellationis à diffinitiva in tit. de termino Citationis*) ac poſt cõparitionẽ partium per ſe vel procuratores, inſtrumẽto appellationis & cœteris ad cauſæ devolutionem facientibus. (ADDE. Per quæ formalia appellationis docentur, quæ qualia ſint. vide apud Gail *lib. 1. obſ.* 119. C. W. nec non procuratorijs ſive mãdatis exhibitis, vel ex prioris inſtantiæ actis repetitis, judex parti appellatæ præfigat terminum ad dicendum contra literas & juriſdictionem, ad primam diem juridicam vel ſecundam.

11. *Secundò.* Adveniẽte termino appellato dato, appellans in contumaciam Rei nihil dicentis contra commiſsionem, obtinet per judicem declarari ſe eſſe judicem cauſæ & partium competentem. Quâ interloquutoriâ datâ, præfigitur terminus ad dicendum contra appellationem & alia producta, & deinde terminus ad juſtificandum, & impugnandum, ſecundum cõſuetudinem quorundam tribunalium, ſed juxta praxin Curiæ Eccleſiaſticæ Lovanien. mox datur terminus vtrique parti ad juſtificandum & impugnandum ad primam, vide *gl. vlt. in. clem. appellanti. de appell.* ADDITIO.
12. Non ita in Curijs Colonien. prius enim ad longum ſæpè diſ-

ſæpè diſputatur de devolutione cauſæ, antequam judex ſe judicem competentem pronunciet, quod cum plena cauſſa cognitione fieri ſolet. C. 20.

In termino ad juſtificandum & impugnãdum dato, appellãs juſtificando ſuam appellationem, & impugnando proceſſum, ſive ſententiam judicis primi, vel vivâ voce repetit acta & actitata, tã hujus quam prioris inſtantiæ, &c. vel quod frequentius eſt, exhibet hujuſmodi ſcriptum ſive ſcedulam. 13. *Tertiò.*

Coram vobis venerabili Viro ac Domino Liſimacho Eccleſiæ, &c. Præpoſito, judice cauſæ & partium hujuſmodi competente, Procurator & eo nomine egregij viri Titij appellãtis hujus cauſæ, cõtra ſeu adverſus Sempronium appellatum, aut aliam quamcunque perſonam, pro ſeu cum ipſo ad hanc cauſam legitimè intervenire volentem ſeu debentem, loco appellatorij ac juſtificationis & impugnationis reſpectivè, aliaſque ad omnes fines & effectus ſibi & parti ſuæ appellanti magis vtiles & prodeſſe valentes repetit hic ac inſerit, ac pro repetitis ac inſertis haberi petit, vult, & intendit, omnia & ſingula acta & actitata, tam prioris inſtantiæ coram Domino Alexãdro Pio Decano Eccleſiæ S. Sylveſtri Bruxellen. quã coram vobis judice cauſæ præſentis inter eaſdem partes habita, quatenus tamen pro parte appellãte facere poſsint, & non aliàs, de quo proteſtatur. Quibus ſic repetitis, dictus, quo ſuprà nomine procurator, concludendo petit per vos ac veſtrã ſententiam ſive decretum dici, decerni, pronunciari & declarari nulliter, &, ceſsãte nullitate, malè, perperam, & iniquè, per dictum Dominum 14.



Digitized by Google

Alexandrum Pium, dictum, decretum, proceſſum & pronunciatum, ac juſtè & ſanctè pro parte dicti Titij appellantis, ab ejuſdem Domini Alexandri decreto ſive ſententia, fore, fuiſſe & eſſe appellatum & provocatum, & propterea ejuſdē Domini Alexandri decretum ſive ſententiam rēvocandam, caſſandam & anullandam, ac per vos revocari, caſſari, & anullari debere, ac hujuſmodi articulo gravaminis diſcuſſo, per vos & coram vobis in negotio principali procedendum & dictum appellatum dicto appellāti in omnibus expenſis litis hujuſmodi factis condemnandum fore, fuiſſe & eſſe, ac procedi & reſpectivè condemnari debere, aliàſque ſtatui ac ordinari, prout juris fuerit, & ordo dictaverit rationis, veſtrum benignum officium humiliter implorando. Saluo jure addendi, &c.

Nota, quod ideò in præſcripta formula ſolū repetuntur acta & actitata prioris inſtātiæ, & ſtatim annectitur petitio, quia appellatio ab interloquutoria, ſeu gravamine judicis, debet juſtificari vel impugnari, non ex novis, aut de novo probandis, ſed tantum ex prioribus actis, *iuxta clem. appellanti. de appella.* ADDE. *Marant. part. vlt. 6. part. princ. act 1. nu. 10.* Ratio, quia ab interloquutoria appellari licitum non eſt, niſi injuriam judex fecerit, quæ non poteſt aliter apparere, quàm ex actis coram ipſo habitis, à diffinitiva autem etiam juſta, & ex qua nulla injuria parti infertur, rectè appellatur, quia poteſt ex novis deductis & probatis appellationem & cauſam ſuam juſtificare. *Idem Marant. d. part vlt. act. 2. num. 148. al. 161.* Chriſtoph. Wintzler.

15.

16.

Exhibitâ

Exhibitâ verò hujuſmodi ſcedulâ, appellator in contumaciam appellati non ſatisfacientis termino ad juſtificandum & impugnandum, obtinere ſolet à judice præfigi vtrique terminum ad dicendum cõtra juſtificata & impugnata ad primam, licet hic terminus in pleriſque Curijs ſtatui minimè ſoleat. 17.

Die termini ſtatuti ſuperveniente, appellator cum proteſtationibus ſolitis, dicendo contra juſtificata & impugnata partis adverſæ, ſi quæ ſint, dicere ſolet generalia, & in contumaciam adverſarij non ſatisfacientis eidem termino, repetens acta & actitata tam prioris quam præſentis inſtãtiæ petit concludi, & tunc appellatus ferè exhibet hujuſmodi ſcripturam. 18. *Quartò.*

Coram vobis, &c. vt ſuprà. Procurator & eo nomine honeſti viri Sempronij appellati hujus cauſſæ, cum proteſtatione de non conſentiendo in vos, aut veſtram juriſdictionem, niſi quatenus de jure teneatur, deque notoria deſertione appellationis, & nullitate proceſſus, ijſque proteſtationibus mediantibus, ſatisfaciendo termino ad dicendum contra juſtificata & impugnata reſpectivè partis appellantis, tam conjunctim quam diviſim, ac aliàs ad omnes fines, & effectus ſibi & parti ſuę appellatæ magis vtiles & prodeſſe valentes, hic repetit & inſerit, ac pro repetitis & inſertis haberi vult & intendit omnia & ſingula acta, &c. vt ſuprà. Quare præmiſsis ſic repetitis, dictus quo ſuprà nomine, procurator partis appellatæ, petit per vos, ac veſtram ſententiam, ſive decretum, dici, decerni, pronunciari, & declarari nulliter, & minus legitimè à decreto ſeu interloquutoria 19.



Digitized by Google

ſententia Domini Alexandri Pij fuiſſe & eſſe pro parte dicti Titij provocatum & appellatum, illiuſque prętęſæ appellationis vigore vobis nullam competijſſe aut competere juriſdictionem, & in eventum, quod legitimè pro parte dicti Titij à dicto de reto appellatum foret (quod non creditur) petit dictus quo ſuprà nomine procurator, per vos dici, decerni, & declarari, malè, perperam, & injuſtè & ſine cauſſa ab eodem decreto fuiſſe prętensè appellatum & provocatum, dictūque decretum Domini Alexandri fuiſſe & eſſe confirmandum, & approbandum, literaſque veſtras citatorias nulliter, & ceſſante nullitate, perperam, ſurreptitiè & obreptitiè fuiſſe & eſſe emanatas & impetratas, illaſque per vos fore, fuiſſe, & eſſe revocandas, prout eaſdem revocari petit, dictum Sempronium appellatum ab inſtantia judicij veſtri abſoluendum, cauſamque & partes ad Alexandrum Pium prioris inſtantiæ judicem fuiſſe & eſſe remittendas, nec non partem appellantem ipſi appellato in expenſis hujus inſtantiæ condemnandam, prout reſpectivè confirmari, abſolui, remitti, & condemnari petit, veſtrum benignum officium humiliter implorando.

20. Annotat. 3. NOTANDVM igitur præſcriptos terminos in cauſa gravaminis, ſive beneficiali, ſive prophana ſolum obſervari debere, & ſolere. Cœteri autem vel pertinent ad recognitionem ſignorum, ſive manuum Notariorum in proceſsibus prioribus nunc exhibitis contentorum, vel ad hanc petitionem, ſcilicet, vt pronuncietur & diffiniatur, ſi judex fuerit deliberatus, & mirum eſt, in quot terminos

inos ſoleat hujuſmodi petitio interdũ per procuratores protrahi. Quocircà ſciẽdum, quod li- 21.
et poſt concluſionem in cauſa appellationis adhuc debeat pars interpellare judicem eadem diligentia, qua petit apoſtolos, *vt in l. vlt. §. illud. ibi, ſe quidem ſumma ope. &c. C. de tempor. & repar. appella.* ut dignetur cauſam finire, & ſi hoc nõ faciat, currant fatalia, *ſecundum Bald. in auth. ſi appellatione. num. 2. C. de tempor. & repar. appell.* Adde. *Inf. Tit. 45. num. 11. & ſeq.* Tamen per expreſſum appellantis 22.
& appellati conſenſum, etiam ſine aliquo cõpromiſſo, poteſt curſus temporis ſuſpendi, *vt in clem. quamdiu, de appel.* Adde. *Gail. lib. 1. obſ. 141. nu. 4. Marant. in ſuo Specul. part. 6. princ. act. 2. nu. 236. & ſeqq.* & hoc manifeſtè probat text. *in d. clem.* miror igitur illos (quos recitat Marant. *d. loc.* & quorum opinio cõmunis eſt, *teſte Nicol. Amth. Gravat. ad Veſt. lib. 7. cap. vlt. num. 42.*) qui volunt expreſſo partium conſenſu fatalia non poſſe prorogari, cum hoc ex diametro pugnet cum *d. clem. quamdiu.* tranſfer hæc etiam infrà. *tit. XLV. num. 10. C. 23.* Quare quando jam concluſum eſt 23.
in cauſa appellationis, vt parcatur ſupervacaneis procuratorum laboribus, & partium expenſis, poterit judex de conſenſu ambarum partium vel procuratorum earundẽ cauſam hujuſmodi continuare, ſine præjudicio fatalium, donec ad diffiniendum fuerit ſufficientèr inſtructus, & tum tẽpore medio videntur tempora fatalium minimè currere, *per d. clem. quamdiu.*

24. *De prolatione ſententiæ in cauſa.*

Porro ad diffiniẽdum paratus judex, ſi quidem appellationem legitimã eſſe invenerit, pronunciabit ſecundum petitionem appellantis ſuprà deſcriptam, & citabit ipſe partes ad procedẽ-

*appellationis ab interloquutoria.*

dum in negotio principali,& assumet causã principalẽ in eo statu, in quo erat coram judice à quo remoto gravamine, *vt in c. significaverunt, ext. de testib. not. gl. in c. sæpe ext. de appel. & Domini de Rota decis. 11. cum sua additione in no.* Et ita succedit in locum

25. judicis primi, *l. generaliter §. sin autem non. C. de reb. credit. c. vt debitus. ext. de appel. c. 1. c. cum appellationibus ext. de appel. lib. 6. Cyn. in l. per hanc. C. de temp. & repar. appel. Bart. in l. eius qui ff. de appel. recip.* Et hujus potest esse ratio, quod judicis prioris jam detecta sit iniquitas, cum semel injustè gravaverit,

26. præsumitur in posterum pejor futurus, *arg. l. Cassius ff. de senat. l. si cui §. ijsdem criminibus ff. de accusat.* & ita per hãc pronunciationem devoluitur cognitio causæ principalis ad judicem ad quem, per suprà dicta. Devoluitur etiã, si vterque, vel saltem

27. appellatus velit omisso articulo gravaminis procedi in causa principali corã judice ad quem, &c.

ADDITIO. Hoc de stylo aliquando observari videmus, & est salutaris cautela pro appellato, etiam in Camera imperiali recepta. *Gail. lib. 1. obs. 36. per tot.* de jure tamen communi etiam vtriusque partis consensu, appellationis articulo prætermisso, judex ad quẽ

28. sive voluntate judicis à quo, cujus præjudicium & injuria in eo vertitur, in principali procedere non potest, *tex. in c. 1. in princ. de for. compet. in 6. Covar. pract. quæst. cap. 9. num. 6.* nisi fuerit summus Pontifex *c. 1. ext. de appel. eod lib.* Vnde in Curia Romana communiter servatur, vt etiam de voluntate solius appellati procedatur omisso articulo gravaminis, *Rota decis. 67. & 71. de appell. in antiq. indist. inclè Panorm. in c. vt debitus num. 4. de appel.* aut alius superior, qui in causa principali per simplicem querelam adiri potuisset, *gl. 1. in d. c. 1. de form. compet. & ibi not. Marant. part. 4. distinct. 12. nu 5. Vant. de nullit. sent. ex defect. iurisd. ord. num. 64.* quod tamen Covar. *d. cap. 9. num. 6.* in legato Apostolico non procedere putat,

Digitized by Google

putat, etiamsi is per viam querelæ de jure communi adiri posset, vt ibi per eum. Christophor. Wintzler.

Vel etiam si judex à quo appellationi minus justę sponte detulerit, nam tunc quantum in se fuit, abdicavit à se jurisdictionem, & totius causę decisio est in superioris potestate transfusa, nec causa illi de necessitate vlterius est remittenda. *d. c. cum de appellationibus, de appell. lib. 6.* Sin autem judex appellationem invenerit minus justam, pronunciabit juxta petitionem partis appellatæ, putà hac vel simili formâ. 29.

In causa corã nobis vertente, &c. dicimus, pronunciamus, decernimus, & declaramus minus legitimè pro parte dicti Titij à decreto sive sententia interloquutoria Domini Alexandri Pij primę instantiæ judicis provocatum & appellatum, & ideò dictum Sempronium appellatum ab instantia judicij nostri fuisse & esse absoluẽdum, ac partes & causam ad dictum Dominum Alexandrum remittendas, dictumque Titium in expensis legitimis coram nobis factis cõdemnantes, prout respectivè absoluimus, & cõdemnamus per præsentes, dictarum expensarum taxatione reservatâ. 30.

Hoc pacto quandò pronunciatur malè appellatum, judex ad quem, causam principalem remittere debet ad priorem judicẽ, *c. vt debitus. ext. de appel. c. 1. eod. tit. lib. 6.* Fallit, si partes consentiant, vt omisso appellationis articulo, judex ad quem de principali causa cognoscat *d. c. 1.* (hoc quomodò de jure intelligẽdum jamjam dictum est.) Fallit etiam si causa appellationis sit commissa in Curia Romana, nam ex Curia nõ fit remissio secund. Domi. de Rota. *decis. 11. in not. cum sua addit.* 31. 32.

Sed quæ-

Sed quæritur an casu, quo fieri debet remissio, judex à quo cognoscere possit de caussa principali non factâ sibi verbali remissione per judicem ad quem? Et distingue, si quidẽ judex à quo appel-
33. lationi non detulit, tunc finitâ causâ appellationis statim potest de principali cognoscere, etiã nondum factâ sibi verbali remissione, non obstante etiam eo, quod pẽdente caussa appellationis sibi per judicem ad quem sit inhibitum, nè in causa procederet. Sin autem judex à quo appellationi detulit, tunc quum per delationem abdicaverit à se jurisdictionem, necessaria erit verbalis remis-
sio, *vt in c. cum appellationibus, de appell. lib. 6. Domi. de*
34. *Rota d. decis. 11. in no.* (Adde. *Gail. obs. 131. per tot.*) Rectè etiã temerè appellãs per judicem ad quem condemnatur in expensis, *vt in d. c. vt debitus ext. de appel.* licet appellatio non legitima judici non cõferat jurisdictionẽ super negotio principali, confert tamẽ super incidenti, vt pronunciet super articulo appellationis, & condemnet in expensis. (Adde. *Gail. obs. 137. nu. 3.*) quemadmodum judex
35. per surreptionẽ impetratus pronunciat super viribus rescripti, & impetrantem in expẽsis condẽnat, *clem. 1. de rescript.* Exequetur autem hanc sen-
36. tentiam expẽsarum judex à quo, &c. quũ ad eum fiat remissio, *authore Specul. tit. de sent. exequut. §. 2. vers. quid igitur. Panor. in c. pastoralis. §. præterea in fine ext. de offic. iud. deleg.* Et si fortè judex appellatio-
37. nis hanc expensarum cõdemnationem omiserit, judex à quo, eam in finem vsque litis reservabit, & hunc succumbentem cõdemnabit in omnibus expensis, *vt not. Specul. tit. de expens. §. nunc videndum vers. sed quid si iudex.*

De resump-

# De resumptione causæ principalis & Libelli oblatione.

## TITVLVS XX.

1. *Finitâ causâ appellationis, resumitur causa principalis à iudice à quo.*
2. *Quando Libellus non est paratus, petitur terminus ad hoc statui.*
3. *Quando Libellus offeratur.*
4. *Reo fatenti debitum datur terminus ad soluendum.*
5. *Casus, in quibus libellus exhiberi potest die feriatâ, remissivè.*
6. *Novem modis accipitur libellus in iure.*
7. *Libellus quid sit.*
8. *Libellus in scriptis offerendus.*
9. *Libellus debet esse brevis, & continere ea, quæ probata iuvent intentionem.*
10. *Ordo petendi in libello non invertetur.*
11. *Libellus sustinetur, in quo petitur reus prius ad soluẽdum cogi, quàm condemnari.*
12. *Libellus accusatorius, & conventionalis quis.*
13. *An partes convenire possint, nè edatur libellus.*
14. *In causis modici momenti non requiritur libellus.*
15. *Quæ sint causæ modicæ relinquitur arbitrio iudicis.*
16. *Consuetudo permittens causas ex non scripto diffiniri, valet.*
17. *Quatuor alij casus, in quibus non requiratur libellus.*
18. *In notorijs non requiritur libellus, nec si tutor postulatur suspectus.*
19. *Quando agitur ex sententia aut transactione, libellus non est necessarius.*
20. *Causæ summariæ non desiderant libellum.*

21. *Item*

21. *Item cauſæ, & quæſtiones, quæ officio iudicis expediuntur, non requirunt Libellum.*
22. *Vbi iudicis officium loco actionis inſtituitur, Libellus eſt neceſſarius.*
23. *Alij caſus, in quibus proceditur ſine libello.*
24. *An ſequeſtrationis, duobus contendentibus de poſſeſſione, factæ revocatio ſine libello peti poſſit.*
25. *Quando quis ſe petit declarari poſſeſſorem, nō requiritur Libellus.*
26. *Libellus accuſatorius quæ continere debeat.*
27. *An in cauſſa iniuriarum dies petēti exprimi debeat.*
28. *Libellus conventionalis quid continere debeat.*
29. *Libellus habet ſe ad inſtar Syllogiſmi.*
30. *Exemplum Syllogiſtuum.*
31. *Libelli prō cuiuslibet Curiæ ſtylo, diverſimodè concipiuntur.*
32. *Forma Libelli articulati expeditior eſt.*
33. *Libellus articulatus loco poſitionum & articulorum repeti poteſt.*
34. *Exemplo fit res notior.*
35. *Actioni rei vendicatoriæ, interrogatoria præmittere conſultum eſt.*
36. *Forma & tenor interrogatoriorum.*
37. *A negante ſe poſſidere auferetur poſſeſſio.*

1. PRAESCRIPTA itaque ſententiâ per judicem appellationis promulgata, vel ſi ab ea rurſum appellatum fuerit, datâ tertiâ conformi, partes ad prioris judicis redibunt examen, & cauſſam principalem in eo ſtatu, in quo erat tempore appellationis emiſſæ, reſument, ad hoc citabitur appellans, ſi fuerit abſens, & die citationis ſuperveniente, appellatus idemque actor originalis exhibitis literis

literis citatorijs, quantum in se est, causſam principalem in dicto ſtatu reſumet, & petet terminũ incumbentem ſtatui, putà (quantum ad præſentem noſtri proceſſus ordinem attinet) ſi libellum paratum non habeat, petet terminum ad dãdum & recipiendum libellum præfigi, quemadmodũ ſi reus à præſcripta ſententia interlocuntoria ſuper judicis competentia lata non appellaſſet, ſtatim ea lata, hic terminus præfigi debuiſſet. 2.

Posteaqvam igitur delegatus ſe judicem competentem declaraverit, vel ſtatim (quantum ad judicium ordinarij attinet) poſt comparitionem Rei offerendus eſt libellus, *auth. offeratur. C. de lit. conteſt. c. inducia, §. offeratur. 3. q. 3. c. 1. ext. de Libel. oblat.* niſi reus audita ſummatim actoris petitione fateatur ſe debere, paratumque ſe dicat ſoluere, tunc enim dabitur dies ad ſoluẽdam pecuniam, *l. ſi debitori. ff. de iudic. l. ſi reus ff. de procur. gl. verb. reſponſionem, in c. dudum 2. ext. de elect.* Reo autem ſe defendere volente, (omnimodò vt diximus) libellus offerendus eſt in judicio exceptis quibuſdam caſibus, in quibus etiam die feriato, ſolum tamen judici, & non parti offeretur, *l. miles §. ſexaginta ff. de adult. gl. vlt. in c. vlt. ext. de iudi. not. in c. 1. ext. de Libell. oblat. in l. 1. ff. edend. & in l. edita. C. eod. tit. vide Lanfranc. in clem. ſæpè verb. de plano. verſ. tertia concluſio etiam in arduis, &c. de verb. ſignif.* Adde. *Marant. memb. 2. num. 11.* vbi magis communem & ab ea in judicando nõ recedendum dicit, videlicet quod libellus die feriatâ ob honorem Dei non poſsit exhiberi, niſi periculum in mora. *num. 13.* 3. *De Libelli oblatione.* 4. 5.

C. 22. De Libelli itaque oblatione dicturi, priùs quid ſit

quid sit Libellus, quot modis accipiatur, qualiter concipiatur, & id genus alia ostendemus.

6. *Quot modis accipiatur Libellus.*

ACCIPITVR autē Libellus in jure variè, primò pro tabula, in qua Testator fideicommissum scribit, *l. 1. in princ. ff. de tabul. exhib. l. & in epistola. C. de fideicom.* Secundò, pro ea sceda, quam vulgò supplicationem nominamus, *vt in tit. C. quando Libel. princ. dat, lit. contest. fac. & l. non distinguemus. §. cum quidam ff. de arbit. & in l. ne quicquam §. vbi decretum. ff. de offic. proconſ.* Tertiò, pro assertoria Epistola accipitur, quam vulgò credentiam sive certificationem appellamꝰ, cum superior magistratus fidem facit pro subdito, vel etiam pro alio, *l si publicanus. §. de rebus ff. de public. & vectigal.* Quartò, scriptum judicis recusandi caussa porrectum libellus dicitur, *l. apertissimi. C. de iudi.* Quintò, sceda appellatoria ab appellante judici porrecta, *l. 1. §. vlt. ff. de appell.* Sextò, literæ dimissoriæ sive apostoli vocantur Libelli *in titul. ff. de Libel. dimiss.* Septimò, Libellus dicitur, quem maritus vxori, aut contra, vxor marito repudij caussa dat, *l. si pœnituit. ff. de divort.* Octavò, scriptura infamiam alicujus continens, libellus famosus vocatur, *in titu. ff. & C. de famos. Libel.* Nonò, scriptura actoris petitionem cōtinens, Libellus dicitur, vt hic & *in §. tripli. Inst. de action. c. 2. & per tot. ext. de libell. oblat.*

7. *Quid sit Libellus.*

LIBELLVS, de quo nos hoc loco tractamus, est scriptura quædam actoris petitionē brevitèr & ordinatè continens. Dicitur in definitione scriptura, quia Libellus in omni caussa, sive civili, sive criminali regularitèr in scriptis offerri debet, sive

8.

bet, sive etiam personalis sit, sive realis, sive mixta. Ité & in officio judicis, quod actionis loco proponitur, *d. auth. offeratur. C. de litis contest. c. 1. ext. de libelli oblat.* Petitio autem etiam verbo fieri potest, *clem. sapè. §. verum de verb. signif.* dicitur autem (breviter) quia hoc in primis observare debet ad vocatus, nè verbosis vtatur assertionib⁹, sed pauca & non superflua ponet, *arg. l. ampliorem §. in refutatorijs. C. de appell.* melius est enim pauca vtilitèr effundere, quàm multis inutilibus hominum aures prægravare. *l. 2. §. contrarium. C. de vet. iure. enucl.* & quod ponat necessaria vtilia, quæ scilicet probata juvent suam intentionem, *c. examinata. ext. de iudic.* Et denique, quod ponat quædam generalia, vt in processu habeat plures vias, & diverticula plura ad suam intentionem fundandam, vt hoc latius Specul. *titu. de libel. concept. §. vlt. vers. tertiò autem ponat.* Dictum est etiã (ordinatè) quandoquidem & illud prospiciendum est, nè ordo petendi in libello invertatur, vt priùs petatur sententiæ satisfieri, quàm ea sit lata. *l. 1. C. de exequut. rei iudic.* aut nè libelli peroratio sive conclusio facti narrationem præcedat, *l. precibus. C. de impub. & alior. substit. l. vt responsum. C. de transact.* Si tamen quis petierit adversarium cogi & condemnari ad solvendum decem, hujusmodi libellus sustinetur, quia hic si penit⁹ introspicias, potiùs verborum, quàm intellectûs est præposteratio, priùs enim videtur petitum cõdemnari, quàm cogi, quia sic se habet ordo rationis, *Bald. in l. conventiculam, nu. 3. C. de Epis. & Cler. Bart. Angel. Alex. & Dd. in l. 2. §. prius. ff. de vulg. & pupil. Bart. in l. si cum nulla. ff. de re iud. Bart. & Bald. num. 6. in l. 1. C. de exequut. rei iudi.*

9.

10.

11.

*Panorm. in c. olim cauſam, num. 3. ext. de cenſibus. Angel. in l. Gallus §. 1. in princ. ff. de lib. & poſtlin. idem Angel. & Io. de Imol. in l. nec enim. ff. de ſolut.*

12. *Quotuplex ſit Libellus.*

LIBELLVS iſte duplex eſt, ſcilicet, accuſatorius, & conventionalis, accuſatorius ſive querimonialis eſt, qui porrigitur in cauſis criminalibus, convẽtionalis, qui in civilibus cauſis porrigitur, *c. 1. & vlt. ext. de Libell. oblat.* Hunc, neceſſarium eſt,

13. in qualibet cauſa exhiberi, adeò, vt nedũ non poſſit prætermitti, ſed nec expreſsè cõvenire poſſunt litigatores, nè edatur, ſecund Bart. *in d. auth. offeratur. C. de lit. conteſt.* quandoquidem non ob ſolam partis, ſed judicis commoditatem datur, nempe ſecundum quem ſententiam dictare debeat. *c. licet Heli. ext. de Symon.* ADDITIO. Communis tamẽ opinio admittit renunciationem partium ſuper ſolemni libello, dummodò interveniat petitio aliqua loco illius, *teſte Lanfranc. in clem. ſæpè verb. libellus de verb. ſig.* Chriſtophor. Wintzler.

14. *In quibus cauſis non offertur libellus.*

INVENIVNTVR cauſſæ, in quibus libellus nõ eſt neceſſarius. Primò, in cauſis brevibus ac modicis, & rudium viliumque perſonarum, *in auth. de mandat. Princip. §. ſit tibi quoque, col. 3. in auth. de quæſto. §. volumus autem col. 6. auth. niſi breviores. C. de ſent. ex brevic. recit.* Quæ autem dicantur modicæ cauſſæ, & viles perſonæ,

15. receptius eſt, vt diſcreti judicis arbitrio relinquatur, *arg. l. mora. ff. de vſur. l. 1. ff. de iure delib.* Secundò, ſi ſtatuto aut conſuetudi-

16. ne receptum ſit, vt ex non ſcripto cauſæ diffiniantur, cui obtemperandum foret, *arg. c. cum veniſſent ext. de eo qui mitt. in poſſ. l. 3. in fine ff. de teſtib. arg. l. de quibus. ff. de ll. l. vlt. C. de privileg. ſcholar. lib. 12.* petitione ali-

tione aliquali loco libelli factâ, *Panor. in c. 1. nu. 16. ext. de Libel. oblat.* Tertiò, cum Episcopus inter suos subditos clericos cognoscit de causis civilibus, non requiritur libellus, *in auth. vt cler. apud propri. Episcop. conven. in princ. col. 6.* Quartò is, qui absque consensu Episcopi, contra jus administraverit res Ecclesiæ, punitur nullo porrecto libello, *c. 3. ext. de instit. c. ad aures. ext. de exceff. prælat.* Quintò si agatur inter religiosos de his, quæ ad religionem spectant, non exigitur libellus, *c. vlt. ext. de statu monach.* Sextò falsitas instrumentorum sine libello puniri potest, *l. pen. C. de probat.* Idem de mendacio testis, *l. nullum. C. de testib.* Septimò in notorijs, in quibus ex officio proceditur, *c. ad nostram. ext. de iureiur. c. audientia. ext. de accusat. l. eâ quæ. C. eod. vide Specul. titu. de notor. crim. §. 1. in princ. & §. vlt. vide sup. titu. 7. num. 21.* Octavò, vbi tutor postulatur suspectus, *§. consequens Inst. de suspect. titu. l. 3. §. præterea ff. eod. titu.* Nonò, cum agitur ex sententia vel transactione, libellus non requiritur, nè sententia legitima, quæ exequutionem habet paratâ, *l. si causam. C. de exequut. rei iud.* per solemnitatem offerendi libelli differatur, sufficit enim judicatum, vel transactum esse, *l. si prætor. in princ. ff. de iud.* Decimò in causis beneficialibus, vsurarum, matrimonij, & alijs enumeratis in clem. *dispendiosam. de iudic.* & vbi causa de lege, vsu, vel statutis simpliciter, de plano, sine strepitu, & figura judicij, cognoscenda est, non opus est libello, petitio tamen qualisqualis, saltem verbo, in actis scribi debet, *clem. sæpè §. verum. de verb. signific.* Vndecimò, quando imploratur officium judicis mercenarium, quod actioni institutæ, & circa eam emergẽ-

17. 18. 19. 20. 21.

tibus quæſtionibus deſeruit, tunc neceſſariùs non eſt libellus, vt judex contumaciã litigantium captis pignoribus, vel aliter coërceat. Idem cenſendũ de officio judicis nobili, quod nullâ motâ priùs controverſiâ principaliter imploratur, quando ſcilicet ſic imploratur, vt nihil adverſus quemquam ſit faciendum, ſed nuda duntaxat authoritas poſtulatur, *gl. in rub. de interrog. action.* vt ſi cõmuni cõſenſu petatur interponi decretum ſuper alienatione rei, ſuper conſtitutione tutorum vel curatorum, ſuper emancipatione filij, vel etiam ſervi manumiſsione, vel quando ei, adverſus quẽ imploratur, non fit grave præjudicium, & favor dictet, vt ſi parentes vel patroni obſequia, vel alimenta petant, *l. nec quicquam. §. de plano. ff. de offici. proconſ.* Vbi verò judicis officium actionis loco proponitur, nè adverſario præjudicetur, plenaria adhibenda eſt cauſę cognitio, & libellus exigitur. *l. quod ſi minor. §. reſtitutio. & §. vlt. ff. de minor. d. l. nec quicquam. §. vbi decretum & ibi Bart.* Duodecimò, quando miſſus in poſſeſsionem authoritate judicis ad eam non admittitur, poteſt enim implorare auxilium judicis extraordinariè, vt manu militari in poſſeſsionem ducatur, *l. 3. 1. in princ. ff. nè vis fiat ei qui in poſſeſ.* Idem videtur, ſi confirmatus vel inveſtitus de aliqua Eccleſia prohibeatur poſſeſsionem nanciſci, *c. conſtitutis. 2. ext. de appell.* Decimo tertiò libellus generaliter non offertur in caſibus illis, in quibus lite non conteſtatâ teſtes recipi poſſunt, quos enumerat *gl. 1. in c. quoniã. ext. vt lite non conteſt.* Decimo quartò, vbi duo contendunt ſe eandem rem poſsidere, & neuter eorum vult libellum offerre, nè videatur fateri adverſarium eſſe

22.

23

24.

rium esse possessorem, tunc judex, nè contendentes ad arma prosiliant, admittet probationes vtriusque sine libello, *arg. l. æquissimum, in fin. ff. de vsuf.* & is, qui melius de jure possessionis probaverit, obtinebit, interim tamen neutri concedendus, imò sub pœna interdicendus est hujusmodi rei vsus, & si hanc prohibitionem judicis alter eorum revocare petat, libellus necessarius erit, sine quo sententia non valeret, *Specul. d. titulo §. nunc videndum, vers. vicesimo secundo & ibi Baldus.*

Additio. Quem refert & sequitur Menoch. *de adipiscend. possess. remed. vlt. num. 20. Zuchard. in l. fin. 124. C. edict. D. Hadria. tol.* qui hoc declarat verum, quãdo peteretur revocatio absolutè, secus si quis allegaret & peteret se possessorem declarari, adversarioque mãdari, nè eum turbet, donec ordinario possessorio, aut petitorio actum, tunc enim libellus non requiritur, quem probat Menoch. *d. num. 20.* & hoc quando deventum esset ad hujusmodi præceptum servatis servandis, aliàs vti ex abrupto & de facto processisset, de facto revocari posset. *Zuchard. d. num. 124. & 129. Menoch. d. loc. num. 18.* nisi scandalum & periculum moræ impendisset, *Menoch. d. loc. num. 19.* Chri. Wingler. 25.

Primvm, libellus accusatorius continere debet mẽsem, annum, locum, vbi, & quando sit cõmissum crimen, vel injuria illata, *l. libellorum. ff. de accusat.* aut aliàs non valebit ipso jure etiam parte non opponente, *vt per Dd. in l. edita. C. de edend.* (Adde. *Mynsi. cent. 2. obs. 32.*) quod verum est, in criminalibus criminalitèr, vel etiam civilitèr intentatis, *vt per Dd. vbi sup. & per Bart. in l. prætor edixit. ff. de iniur.* Additio. Communem & veriorem dicit Menoch. *de recup. possess. remed. 1. q. 40. extens. 1. & 2. Marant. 4. part. prine. dist. 1. num. 30. al. 38.* qui hoc intelligit, quando hujusmodi civilis infamat, alitèr 26. *Libellus quid continere & qualiter concipi debeat.*

non, idque ex communi Dd. concluſione. Hinc & in
27. actione injuriarum tam civiliter, quam criminaliter intentata, illud obſervari debet, *Gail. lib. 1. obſ. 64.* diē autem & horam nemo invitus exprimere cogitur *d. l. libellorum. ff. de accuſat.* niſi reus, cui auferret defenſionem, peteret exprimi, *Gail. d. obſ. 64. num. pen.* cujus contrarium, & nè quidem tunc diem ſpecificandā cum Io. de Imol. & Alex. Aret. verius putat Marant. *part. 4. princ. diſt. 16. nu. 44. al. 65. & parr. 6. part. princ. memb. 3. num. 14.* quod & Camera Imperialis amplexa eſt. *teſte Mynſ. cent. 2. obſ. 40.* Prior tamen opinio favorabilior eſt, & ad defenſionem rei magis prona, *vt patet ex Gail. d. loc. Coſtal. in l. 2. §. fin. ff. de eo quod cert. loc.* C. W.

28. Libellus autem conventionalis continere debet nomen judicis, actoris, & rei, deinde factū, quod debet narrari clarè, planè, & reſolutè ſine verborum affectatione, nè actor facile capiatur ab adverſario. Deinde cauſam petendi libellus complecti debet, non enim ſufficit narrare factum, niſi cauſſa adeſſet, & medium cōcludendi. Et po-
29. ſtremò ſubinfertur concluſio, quibus obſervatis, libellus habet ſe adjnſtàr Syllogiſmi, nā in libello concipiendo ea ſervanda eſt ratio, quam dialectici in Syllogiſmis ſervandam docent, teſte Bart. & Iaſ. *in l. 1. ff. de edend.* nimirùm, vt narratio facti, vice majoris propoſitionis fungatur, deinde adijciatur medium, quod cauſam jndicet, ob quam petitio ſive concluſio vero cōſentanea ſit, vltimo loco veluti eis præmiſsis, concluſione inferatur concluſiva actoris petitio. Vt ecce narra-
30. tur, quod Titius Sempronium de fundo ſuo dejecerit, ecce narrationē. Sed nemo de re ſua dejiciendus eſt, ecce medium, quod efficit, vt petitio probalilis ſit. Ergò petit Sempronius ſe in fundum, à quo deiectus eſt, reſtitui, & Titium de vi

temerè

temerè illata comdemnari. Concipiuntur tamen
libelli variè, pro varietate regionum, & tribuna- 31.
lium, apud quosdã enim simpliciter, sive (vt vulgari verbo vtar) prosaicè, apud alios rediguntur in positiones, & articulos, apud hos ad instar Syllogismi perfecti, apud illos ad instar enthymematis conficiuntur, apud hos denique primò loco posita conclusio, apud illos conclusivè in fine adscripta, vndè Curiæ morem in qua versaris, sequi convenit. Forma autem libelli positionalis 32.
seu articulati multis de causis, observata ratione Syllogismi perfecti, longè expeditior est, vel ob id maximè quod exhibito tali scripto loco simplicis libelli, tandem lite contestatâ rursus in termino ad articulãdum præfixo, repetatur divisim loco positionum & articulorum, repetitâque exadverso per reum sua responsione ad eundem in 33.
termino ad respondendum libello factâ, actor statim acceptat confessa, & negata obtinet ad probandum admitti, & sic proceditur ad diffinitionem litis, redimiturque multiplicatio scriptorũ. Si verò libellum simplicitèr conficias, hoc est, si casum seu factum summatim cõplectaris, fit quidem absolutus libellus, sed in termino ad dandũ articulos præfixo, articuli exhibendi, in quem finem descriptus libelli contextus in articulos dispartiri debet, quo fit vt multiplicentur scripta, quod tamen improbari non potest, modò sine calumnia procedat, videlicet, nè graventur litigatores sumptibus supervacaneis. Vt autem exem- 34.
plo fiant notiora, libelli simplicis hodierno judiciorum vsu comprobatam formulam ob oculos ponemus, & quidem ea erit in principe illa, &

ſummi juris actione, quam rei vẽdicationem appellant. Sed tamen quia ea fruſtrà intenditur, ſi adverſarius non poſsidet, nec dolo deſierit poſsi-
35. dere, idcircò actor nè fruſtrà experiatur, conſultè egerit, ſi ante oblationem libelli adverſarium conveniendum de poſſeſsione rei vindicandæ interrogari per judicem ex ſuo officio poſtulaverit, *l. qui petitorio. ff. de rei vend.* vel petat (vt noſtri ſolent) per adverſarium ante omnia declarari,
36. Primò, an poſsideat, vel teneat fundum quẽdam tali loco. Secundò, vtrùm inſolidum poſsideat, vel pro parte. Tertiò, ſi in parte, tunc pro quota parte teneat. Quartò, ſi non poſsideat, vel teneat, tum an ſciverit ſibi hanc cõtroverſiam futuram. Quintò. quomodò deſierit poſsidere, adverſarius namque de omnibus his articulis, & jurare, & reſpondere judicis officio compellitur *d. l. qui petitorio. ff. de rei vend. l. pen. l. voluit l. ſi defenſor. §. illud quæritur. ff. de interrog. action. l. 2. §. 1. C. de iuram. propt. cal.* Et ſi quidẽ negaverit ſe poſsidere, actor rem ab eo poſsidere probãs, judicis officio conſequetur rei poſſeſsionem, licet rem ſuam eſſe non probaverit *l. vlt. ff. de rei vend.* (Adde. De hiſce interrogationibus Marant. *part. 1. 6. part. princ. memb. 7. per tot.*) ſin autem ſe poſsidere reſponderit,

concipietur contra eum libellus
ſub hac vel ſimili
formâ.

# De forma libelli in actione reali, eiusque explicatione.

## TITVLVS XXI.

1. *Forma libelli non articulati.*
2. *Forma libelli articulati.*
3. *Rectè dicitur, apud iudicem, vel corã iudice agere.*
4. *Nomẽ iudicis sive magistratus in libello exprimẽdũ.*
5. *Nomen actoris in libello exprimi debet.*
6. *Exhibens alieno nomine exprimere debet, quo nomine exhibeat.*
7. *Quomodò tutor, vel pupillus concipiet libellum.*
8. *Quilibet administrator nomine administratorio libellum concipiet.*
9. *Libellus nomen Rei complectetur.*
10. *Quomodò contra plures correos agatur.*
11. *Agens contra ciuitatem, non habet necesse exprimere ciuium nomina.*
12. *Petens fundum, nomen, & locum fundi designare debet.*
13. *Sufficit talibus vti demonstrationibus, ex quibus de corpore constet.*
14. *Petitio ex caussa dominij, vel quasi, an videatur admittenda.*
15. *Rei vendicatio, & Publiciana, contraria non sunt.*
16. *Succumbens in probatione dominij ad Publicianam recurrere potest.*
17. *Causa petendi duplex, remota, & proxima.*
18. *Quæ sit causa remota, & proxima tam in actione personali, quam reali.*
19. *Causa remota in actione personali semper exprimenda.*

20. *Emptione præsuppositа, emptor præsumitur obligatus ad solutionem precij.*
21. *Petens mutuum à Prælato, non habet necesse ponere, in vtilitatem ecclesiæ versum.*
22. *Causa proxima non est negatiuè concipienda.*
23. *In actione reali causa proxima exprimi debet.*
24. *An in reliquis actionibus realibus, causa remota exprimenda sit.*
25. *Vtile est actori, in actione reali causam remotam exprimere.*
26. *Si vendicans rem ex vna causa succumbat, poterit postea ex alia causa vendicare.*
27. *Fundans se in causa proxima, si succumbat, non potest postea iterum vendicare.*
28. *Dominium non competit, nisi ex vna causa.*
29. *Cautela pro reo.*
30. *Quando actum in genere, iudex ex causa superueniente condemnare potest.*
31. *In rei vendicatione, duo consideranda.*
32. *Dolo desinens possidere condemnatur vt possidens, non si casu, vel leuissima culpa.*
33. *Aliud possidere, aliud detinere, remissiuè.*
34. *Debitorē extra iudiciàliter prię monere benignū est.*
35. *Non interpellatus, iudicialiter conuentus, confitens, non tenetur ad expensas.*
36. *An necessum in libello ponere,* coram probis recognita.
37. *Articulus, de publica voce & fama, latius remissiuè*
39. *Iudex non tam narrata, quam conclusionē respicit.*
40 *Conclusio in criminalibus non est necessaria.*
41. *Causæ criminales intētantur, ad vindictā publicam.*
42. *In quibus causis iudex non implorat us officium suū impartiri potest, non est conclusio necessaria.*

43. Causæ,

43. *Cauſæ, quæ coram Principe tractantur, non egent concluſione.*
44. *Reus in exceptionibus concluſionem omittere poteſt.*
45. *Fructuum quantitatem in libello exprimere non eſt neceſſum.*
46. *Pro intereſſe admittitur incerta petitio.*
47. *In fructus poſt litem conteſtatam perceptos, iudex ex officio condemnare poteſt.*
48. *Quatuor caſus, in quibus fructus non petiti veniunt.*
49. *Quomodo fructus in rei vendicatione petendi.*
50. *Vbi fructus officio iudicis petuntur, ſimul cum re peti poſſunt.*
51. *Qui ſint fructus naturales, induſtriales, & ciuiles.*
52. *Fructus pendentes qui ſint.*
53. *Qui ſint fructus percepti, & qui percipiendi.*
54. *Quis ſit bonæ ac malæ fidei poſſeſſor.*
55. *Quis ſit malæ fidei poſſeſſor, iuris fictione.*
56. *Bonæ fidei poſſeſſor reſtituet quoſuis fructus, pendentes & naturales extantes, & ex quibus locupletior factus.*
57. *Induſtriales collectos ſtatim facit ſuos.*
58. *Fructus per triennium vſu capiuntur.*
59. *Bonæ fidei poſſeſſor, an teneatur in quantum factus locupletior ex induſtrialibus? cõtrouerſæ opiniones.*
60. *Malæ fidei poſſeſſor, quatenus, & ad quos fructus teneatur.*
61. *Materia fructuum plenius, remiſſiuè.*
62. *Fructuum conſumptorum æſtimatio peti debet.*
63. *Quando dubitatur an fructus extent vel conſumpti ſint, alteruatiua petitio admittitur.*
64. *Expenſæ litis ex varijs cauſis debentur.*
65. *Prudenter agit, qui expenſarum condemnationem petit.*

66. *Quando*

66. *Quando iudex non imploratus, posſit ex officio in expenſas condemnare.*
67. *Ad condemnationem expenſarum, ſufficit implicita & indefinita petitio.*
68. *Clauſula,* Ius & iuſticiam miniſtrari, *ſalutaris, & ſuſtentat libellum.*
69. *Admonitio Nicolai de Middelburgo de huiuſmodi clauſula.*
70. *Virtute huius clauſulæ ſæpè ſuper non petitis pronunciatur.*
71. *Quomodo officium iudicis mercenarium deſeruiat actioni inſtituendæ.*
72. *Quomodo & in quibus deſeruiat actioni inſtitutæ exercendæ.*
73. *Quomodo deſeruiat inſtitutæ terminandæ.*
74. *Sententiæ exequutio fit officio iudicis nobili.*
75. *Quod ſit officiū iudicis mercenariū, & quod nobile.*
76. *Quæ expediantur officio iudicis nobili.*
77. *Ante litem conteſtatam libellus mutari, ac emendari poteſt.*
78. *Conſultum eſt, accepto libello litē ſtatim acceptari.*
79. *Libellus obſcurus, non autē ineptus declarari poteſt.*
80. *Libello in ſpecie acceptato, admittur emendandi facultas.*
81. *Quid operetur clauſula,* ſaluo iure addendi &c.
82. *Quid clauſula,* ſaluo mihi arbitrio addēdi &c.
83. *Arbitrium intelligitur, de eo, quod eſt ſecundum ius.*
84. *Quid ſit mutare libellum.*
85. *Poſt litem conteſtatam, non eſt licita mutatio, niſi cum nouo libello & inſtantia.*
86. *Emendari libellus, quando dicatur.*
87. *Emendatio fit, circa obſcura, rem petitam, ſubſtantialia, & qualitates.*

88. *Detrahendo quomodo dicatur libellus emendari.*
89. *Omnes emendationes regulariter permittuntur ante litem conteſtatam.*
90. *Tres fallentiæ, ad prædictam regulam.*
91. *Poſt litis conteſtationem, non poteſt fieri emendatio, niſi declarando obſcura.*
92. *Circa acceſſoria poteſt fieri emendatio poſt litem conteſtatam.*
93. *Detrahendo rei petitæ, & circa qualitates fit emendatio poſt litem conteſtatam.*
94. *Quando per qualitates mutatur facti ſpecies, non eſt eorum emendatio poſt litis conteſtationem licita.*
95. *Actor emendans tenetur reo ad expenſas indebita fatigationis.*
96. *Poſt emendationē datur non inſtructo noua dilatio.*
97. *Quid operetur proteſtatio* non aſtringens ad probandum niſi &c.
98. *Aſſerens negatiuam, non aſtringitur onere probādi.*
99. *In eis, quæ neceſſariam probationem requirunt, non prodeſt proteſtatio.*
100. *Annotatio ad prædicta omnia.*

I.

CORAM vobis venerabili Domino Officiali Leodienſi proponit in jure Sempronius civis Lovanienſis, omnib⁹ modo, via, jure, & formâ melioribus quibus poteſt & debet, agens contra Titium, acalium quemcunque pro ſe & cum ipſo ad hanc cauſam legitimè intervenire volentem, aut debentem, tam conjunctim, quam diviſim, atque dicit. Quod tametſi fundus quidam vulgò dictus Tuſculanus jugerum viginti, conſtitutus in oppido Leodienſi in parte auſtrali, cui adiacet fundus Seianus ab vna, fundus Mevianus ab altera, fundus Cornelianus à tertia, fundus Sabinianus

I. II. III. IIII. *Formalitas belli mactione reali.* V. VI.

binianus à quarta partibus, jure dominij vel quasi dominij pertineat ad actorem ex legitimis titu-
VII. lis atque causis, attamen dictus Titius adversarius dictum fundum annis quatuor injustè jam detinuit & possedit, prout injustè tenet, & posidet, fructus, qui ex eo per tempus provenerunt, percepit, & sibi retinuit, ac provenientes percipit & retinet. Et quum sæpius requisitus sit ab actore, vt hunc fundum cum fructibus vacuum dimitte-
VIII. ret & restitueret, temerè in periculum animę suę, & prędicti Sempronij præjudicium & detrimentum id hactens recusavit, atque recusat. Quare cũ præmissa omnia & singula sint vera, publica, notoria, & manifesta, atque per eundem Titium reIX. um sæpius coram probis pro veris recognita, estX. que desuper publica vox, & fama communis, peXI. tit dictus Sempronius agens, constito de præmissis quatenus sufficiat, per vos vestramque sententiam diffinitivam dici, decerni, pronunciari & declarari designatum fundum pertinuisse & pertinere ad eundem Sẽpronium jure dominij vel quasi dominij, ac prædictum Titium reum eundem injustè occupasse & occupare, illiusque recusationem fuisse & esse injustam, iniquam & temerariam, ac de facto præsumptam, illamque sibi facere minimè licuisse & licere, & ob id eundẽ reum condemnari, condemnatumque vijs & remedijs juris cogi, & compelli ad restituendum Sempronio prædictum fundum cum accessorijs
XII. suis & instrumẽtis, nec non cum omnibus & singulis fructibus & emolumentis perceptis, & qui
XIII. percipi potuerunt, si extãt, alioqui vt eorundem veram soluat æstimationem, atque de damnis & interesse

intereſſe per eundem actorẽ pro dictis annis vſque in diem hodiernum paſsis, & quæ hac lite pẽdente patietur, vnà cum expẽſis litis factis, & poſt hac faciendis reipſa & cum effectu ſatisfaciat, aliàſque fieri, ſtatui & ordinari, quod juris fuerit & rationis, ac in & ſuper præmiſsis omnibus & ſingulis jus ſibi dici & juſticiciam miniſtrari. Veſtrũ benignum officium in ſingulis oportunis humiliter implorando. Saluo ſibi jure addendi, minuendi, mutandi, corrigendi & quolibet alio juris beneficio, non aſtringens ſe ad probandum niſi ea, quæ ad obtinendum victoriam cauſæ ſuæ ſufficiunt, proteſtans, prout eſt juris moris & ſtyli. XIIII. XV. XVI. XVII. XVIII.

Hæc eſt libelli ſimplicis hodierno vſu cõprobata formula, quam ſi libelli poſitionalis ſive articulati formam vis accipere, hoc ita efficies.

2. *Forma per modũ articulorum.*

Coram vobis venerabili Viro Domino Officiali Leodienſi, procurator & eo nomine probi viri Sempronij civis Lovanienſis agentis, contra Titium reum, ac alium quemcunque pro ſe & cum ipſo ad hanc cauſam legitimè intervenire volentem & debentem, tam conjunctim quam diviſim loco libelli, vel ſummariæ petitionis aliàſque ad omnes fines & effectus ſibi, & parti ſuæ magis vtiles, & prodeſſe valentes, dat, facit, & exhibet ſubſequentes articulos, cum petitionibus, oblationibus, & proteſtationibus neceſſarijs & conſuetis.

In primis ponit & articulat verum, quod fundus quidam vulgò dictus Tuſculanus jugerum viginti, conſtitutus ſit in oppido Leodien. in parte auſtrali, cui adiacet fundus Seianus ab vna, fundus Mevi-

dus Mevianus ab altera, fundꝰ Cornelianus à tertia,& fundus Sabinianus à quarta partibus.

Secundò ponit & dicit verum,quod pręscriptus fundus spectavit & pertinuit, & hodie spectat & pertinet ad prædictum Sempronium procuratoris principalē jure dominij vel quasi dominij, ex veris & legitimis titulis & causis.

Tertiò verum, quod dictus Titius reus dictum fundū annis quatuor injustè jam detinuit & possedit, prout adhuc & de præsenti injustè tenet, & possidet, fructus,qui ex eo per tempus proverunt, percepit & sibi retinuit, ac proveniētes percipit, & retinet de præsenti. Et cum sæpius,&c. *vt supra* vsque ibi, *recusat*.

Vltimò ponit verum,quod præmissa omnia & singula sint vera, publica,&c. vsque ibi, *communis*.

Quare de prędmissis quantum sufficit constito, petit procurator nomine quo suprà per vos vestramque sententiam diffinitivam,&c.

*Fōrmæ explicatio.*

REPETAMVS nunc præscripti libelli verba propter commodiorem interpretationem.

*I.* Coram vobis. Quanquam non erraret,qui
3. diceret apud vos agit, sicut sępissimè Iurisconsulti dicunt, aliquid apud judicem factum, vel non factum esse, & Aulus Gellius apud se petitam pecuniam esse ait, *lib.14. cap.2.* attamen vsus recepit, & significantissimè his verbis vtimur, quoniam coram judice agere dicimur, cum eo præsente & intelligente causam tractamus *iuxta. l. coram. ff. de verb. signifi. l. diem proferre §. coram. ff. de recept. arbit.*

*II.* Officiali Leodiensi. Iudicis nomen in li-
4. bello exprimi debet, *c. vlt. 2. q. 8.* vt sciatur scilicet, an compe-

an competens sit, vel non, & licet hoc loco proprium iudicis nomen prætermissum sit, & officium duntaxat designatum, valet tamen libellus, Quandoquidem magistratus solet hominem facere notum, etiam ijs, qui nomen eius ignorant, *arg. l. qui habebat ff. de reb. dub. quod latius tractat Bart. in l. demonstratio ff. de condit. & demonst. vide l. si in iudicis ff. de iud.*

Sempronius, &c. Ecce nomẽ actoris, quod etiam libello inseri debet, *arg. c. querelam ext. de elect. c forus de verb. signific. l. si procuratorem ff. de procur. l. in his tribus ff. de iud.* Hoc tamen necessarium non est, quando quis suo nomine libellum exhibet, *vt habent Dd. post Bald. nu. 68. in l. edita C. de edend.* Attamen ferè semper nomen exprimi solet, quoniam communis iudiciorum vsus habet, quod libellus & reliquæ scripturæ in tertia persona, quæ nomen exigit, concipiantur. Quando autem quis alieno nomine libellũ porrigit, omnimodò quo nomine & num in rem suam, an alterius agat, exprimere debet, Nã hoc, vt sciatur, interest rei conuenti, *l. Pomponius scribit §. ratihabitionis. cum §. seq. ff. de procur. l. exigendi C. eod.* Et si tutor, vel curator solus agat minore absente, vel minore septem annorum existente, iuxta ea, quæ dicta sunt suprà de pupillo vel adulto actore vel reo, sic libellum concipiet. Proponit in iure Caius tutorio nomine Pamphili pupilli sui, vel Caius curator Pamphili adulti sui, &c. Idem in furioso, & mente capto, qui nec pro se, nec pro alijs agit. Si autem maior septennio, vel minor 25 annis velit agere, sic libellum cõcipiet. Proponit in iure Pamphilus pupillus vel minor cum authori-

III. §.

6.

7.

8. tate Caij fuit tutoris vel curatoris,&c Si verò curator vel syndicus, vel actor ecclesiæ, res ecclesiæ petat, formabit libellũ nomine ecclesiæ, sicut & prælatus vel syndicꝰ, vel actor vniuersitatis. *auth. sed hodie & l. omnes C. de epis. & cler. c. 2. ext de ord. cognt.* hoc modo proponit in iure. Seius syndicus vel actor, vel prælatus talis ecclesiæ,&c. *spec. tit. de libel. concept. §. iam nunc videndum. vers. cæterum si tutor cum aliquot vers. seqq.*

IIII. Contra Titium. Ad formam libelli etiam
9. illud pertinet, vt nomẽ rei conuenti complectatur, cum agitur aduersus certam personam iuncto cognomine. & si qua opus est certiore demõstratione, vt cesset omnis incertitudo. *arg. l. de vnoquoque ff de re iud. l. in his tribus ff. de iud.* quod vt fiat, interdum interest rei conuenti, vt quando alium de euictione obligatum habet, vt sic ostendere possit secum agitatum & sententiam contra
10. se latam esse, *c. vlt. ext. de empt. & vendi.* Idem quoque iuris est, si aduersus plures agatur, quorum causa communis est ex communi contractu. vnde nascitur obligatio multorum reorum etiam insolidum, de qua tractatur, *ff & C. de duob. reis.* modò adijciat actor, se non, nisi vnam debiti solutionem exigere. *Bart. in l. si pluribus, in primo ff. de*
11. *legat 2.* Et si quis vniuersitatem, putà ciuitatis, cõuenire velit, non est necessarium omniũ ciuium nomina in libello comprehendere, sed sufficit præsidentium seu magistratuum officia exprimere, *Bart. in l. 1 C. de iur. reipub. l. b. 11.* Contra pupillum autem actoris, vtrùm pupilli an tutoris nomẽ exprimere debet, *vide in l. si ideo ff de euict. Spec. tit. de libel. concept. §. iam nunc. vers. porrò si vis.*

Dictus

Dictus Tusculanus. Rectè, fundum namque petiturus, nomen eius, & quo loci sit, dicere debet, *l. si rem, in fin. ff. de rei vend.* In qua scilicet ciuitate, & in quo pago sit, & quos duos vicinos proximos habeat, *l. forma, in princ. ff. de censib.* maximè quando aliàs de re petita clarè non constet, Quandoquidem si de ea ex nomine, vel alijs demonstrationibus in libello expressis constet, vicinos designare minimè opus est, *Panor. nu. 6. & Felin. in c. 2. ext. de libel oblat.* Sufficit enim secundum eos, in libello talibus vti demõstrationibus, ex quibus constet de corpore, & quid actor petere velit; atque ita non necessariò adijci oportere ea, quæ habet *d. l. in rem.* Et si erretur in confinium descriptione, valet tamen libellus, *l. patronus § 2. & 3. ff. de leg. 3. gl. verb. vicinos in c. d. l. forma censuali.* V. 12. 13.

Iure dominij vel quasi. Videtur hæc petitio minimè admittenda, vtpotè contraria, nam dicens iure dominij ad se rem pertinere, asserit se rei, pro qua agit, dominum esse. *l. in rem actio ff. de rei vend.* vt qui eã emptam vel traditam à vero domino habeat, *l. traditio ff. de acquir. rer. dom.* at verò iure quasi dominij rem suam esse asserens, fateri videtur se dominum non esse, nempè qui eã à non domino emptam, & traditã habeat, quem venditionis & traditionis tempore bona fide dominum esse credidit, *l. eum qui § vlt. ff. de Publicia. in rem actio.* Verum receptius est, vt huiusmodi petitionem minimè contrariam esse dicamus, nã rei vendicatio & Publiciana contraria non sunt, sed diuersa, habẽt enim eundem effectum, nempè, quod vtraque pro re vendicanda detur, *spec.* VI. 14. 15.

*tit. cauſſ. poſſeſſ. & propriet. §. ſequitur videre. verſ. ſed ad præmiſſam. vide omnino text. & gl. 2. in c. abbate ſanè, de ſent. & re iud. lib. 6.* (ADDE. *Gail. lib. obſ. 62. nu. 5.*) Vtile autem eſt ſic petere. Nam cum rei vendicatio in actore dominium rei petitæ exigat, *d. l. in*
16. *rem actio. ff. de rei vend.* Si illud non poſsit probare, vt eſt certè magnæ difficultatis, *l. cum res C. de probat.* tunc nihilominus obtinebit, modò ad publicianam rei vendicationis ſubſidiariam recurrerit, & ius ſuum per illius temperamentum oſtenderit, publiciana enim probatione quaſi dominij contenta eſt. *l. 1. ff. de publicia in rem actio.* quod permittitur iure, nè homines bonæ fidei ſuæ iacturam patiantur, *vt eſt communis Dd. ſententia, in d. c. abbate ſanè. in §. aliæ Inſt. de action. Dyn. in c. nullus pluribus, ext. de Reg. Iur in 6.* Et nè id quidem ſilentio prætereatur, ſciendum eſt, quod hoc libello actor, cauſa remota omiſſa, ſe fundet in proxi-
17. mam, peto, quia ſum dominus, vel quaſi. Quocircà, vt hic articulus plenius intelligatur, primò illud admonendum, cauſam petendi duplicem eſſe, remotam & proximam. (ADDE. *Gail. lib. 1. d. obſ.*
18. *61. per tot.*) In actione perſonali cauſa remota eſt contractus, conuentio, factum, vnde debitum oritur, *l. conſenſu, l. actionum genera §. actionum quædam ff. de action. & obligat. §. 1. Inſt. de obligat. ex conſenſu.* Proxima verò eſt, ipſa obligatio, quæ ex cõtractu naſcitur, *l. licet §. ea obligatio ff. de procur.* In actione vero reali, cauſa proxima eſt dominium vel quaſi, quia actor agit, & petit, quia eſt dominus rei, *d. l. in rem ff. de rei vend.* Cauſa remota eſt, titulus dominij, *l. 3. §. ex pluribus ff. de acquir. poſſ.* ſum dominus, quia emi, ſucceſsi, vt hæres, &c.

Quando

Quando itaque actione personali agitur, causa remota semper exprimenda est, *l. & an eandem §. actiones ff. de except. rei iud. d. c. abbate sane. de sent. & re iud. lib. 6.* vt reus certior fiat, ex quo contractu, stricti iuris, an bonæ fidei conueniatur, atq; ita, cedere an contendere velit, deliberare valeat, *l. 1. ff. de edend. Cyn. in l. edita. nu. 9. C. eod. Bart. in d.l. an eandem §. actiones.* Causa verò proxima taceri potest, nam sola causâ remota expressa, libellus præsumptiuè concludit, quod satis est, *l. omnes §. lucius titius & ibi Cart. ff. quæ in fraud. credit.* Si enim tibi vendidi & tradidi librum, iure præsumeris mihi obligatus ad solutionem pretij, etiã de præsenti, nisi contrarium doceas. *l. 1. in fin. & l. siue possidetis, cum not. C. de probat.* Quò fit etiam, vt non sit opus exprimere circumstantias concernentes actûs solemnitatẽ, vel defensiones reo aduersus causam petendi competentes, *Panor. in c. vlt. nu. 7. ext. de libel. oblat.* vt si à Prælato quopiam petiero ex causa mutui, non est necessarium adijcere pecuniam in vtilitatem ecclesiæ versam esse, aut capituli consensum interuenisse, nam huiusmodi defensio reseruatur reo post litem contestatam, *arg. l. exceptionem C. de probat. c. 1. & 2. ext de lit. cõtest. lib. 6.* Pari etiam ratione opus non est, exceptiones reo competentes in libello exprimere. Si tamen exprimãtur, rursum replicatione summoueri debent, alioqui cum ex propria allegatione petitio appareat iniusta, repelletur. *l. cum precium C. de liber. cauf. c. examinata ext. de iud. vide Panor. in d. c. vlt.* Obseruandum quoque erit, vt ita causam proximam exprimas, vt non sit obnoxia negationi, putà, peto centum, ad quæ mihi fuisti obligatus,

19.

20.

21.

22.

gatus, subindicat enim hæc petitio, rem nunc obligatum non esse, quare petitio non procedet, nisi adijciam, te nunc quoq; obligatus es. Si verò ita petiero: peto decem, quæ tibi mutuo dedi, nulla subest negatio in ipsa obligatione, *authore Cyno. in l. edita. n.n. 9. C. de edendo. et Bart. in l. certum. §.*
23. *sed etsi fundum. ff. de confess.* Porró in actione reali, necessariò semper causa proxima exprimi debet, putà, peto fundum, quia meus est, iure dominij vel quasi, per hanc enim certior fit reus, vtrùm cedere velit, vel contendere, quum res vna & eadem plurium insolidum esse non possit, *l. si vt certo §. si duobus vehiculum ff. commodati l. Pomponius §. sed & is ff. de procur.* nec vnius ex pluribus causis, *d. l. 3. §. ex pluribus ff. de acquir. possess.* Et hoc in actione reali, quæ pro vtili vel directo dominio intenditur.
24. Secus in reali, quæ pro quasi dominio instituitur, tunc enim causa remota omninò exprimenda est, vt in personali actione dictũ est, nam publiciana ex multis causis competit, *l. 1. in fin. ff. de pub. in rẽ actio.* Idem iuris erit, & in actione quasi seruiana, vel hypothecaria, quæ realis est, *§. itẽ seruiana Inst. de action.* Nam pignus ex pluribus causis constitui potest, *l. 1. C. etiam ob chyrograph. pec. pig. re. poss. cum similibus.* Idem quoque pari ratione obtinet in confessoria, & negatoria, *l. 3. ff. de vsuf. l. lucio ff. de aqua quot. & est. l. in condendo ff. de aqua pluuia. arcend.* ADDE. *Io. Pet. de Ferrar. in for. libel. in actio. reali verb. iure dominij vel quasi. vers. si vero libellus.* Cujus oppositum tradit Cynus *in d. l. edita. num. 9.* quod in omnib⁹ actionibus realibus sufficiat exprimere causam proximam, quemadmodum in ipsa rei vendicatione, quod sequitur Alexand. *in l. 1. in prine. num. 27. ff.*
25. *de edend.* C. Wimpler. Cæterum causam remotam

in actione

in actione reali potest exprimere actor, si vult vtile tamen est actori, quod causam remotam non taceat, & vnam certam exprimat, quia si succumbat in vna causa expressa, vel quia nō potest probare emptionis vel alium ritulum, nihilominus 26.
poterit postea iterum vendicare ex alia causa in qua est fundatior, & non obstabit exceptio rei judicatæ *l. si mater. § si quis autem. ff de except. rei iud.* Si saltem istam sequentem causam ignorans omiserit in judicio. Primò, quod si sciens omisisset causa fatigandi reum, tunc amplius nō audiretur, *Bart. in d. l. an eandem. § actiones. vers vnum aliud & seqq ff. de except. rei iud.* Sin verò omiserit causam remotam, & actor fundat se in proximam putà 27.
quia sum dominus, hoc loco licet prosequatur in processu vnam causam, vnum titulū, & succumbat, non potest postea prætendere aliam causam, quia habitu, & reipsa, qui dicit se dominum simpliciter, iste jam virtualiter, & ipsa vi omne jus suum, omnem titulum deduxisse intelligitur, *d. l. si mater. § denique & §. eandem. d. l. & in eandem §. actiones. ff de except. rei iud* quia dominiū, vt diximus, 28.
nō competit nisi ex vna causa, nemo enim potest nisi ex vna causa dominus esse vnde si prosequitur vnam causam & fallitur opinione, ideò nō potest redire ad alias, quia in effectu dicēdo se dominū simpliciter omnē causam complexus est. (Adde. Ita per omnia *Zas. in § omnium. nu. 18 Inst. de act.*) Quapropter cautela est, quando actor in actione 29.
reali fundat se simpliciter in jure dominij, caueat adversarius, nē petat actorē cogi ad exprimēdam causam remotam, quia si eam exprimeret, & succumberet, posset redire ad aliā, si non expresserit,

ad aliam redire non poteſt, *not. gl. & Dd. in l. 1. in princ. ff. de edend. in l. l. edita. C. eod. & in c. 2. ext. de libel. oblat.* Proindè vbi quis egit, vel petijt in genere, nullius certæ vel ſpecialis cauſæ faciens mentinē, videlicet jure dominij ad ſe rē pertinere, poſſet judex cauſa poſtmodum ſuperveniente reum condemnare, vide *in c. abbate ſane. §. cæterū cum ſeq. de ſent. & re iud. lib. 6.* Quib⁹ deniq; modis acquiratur dominiū, obviū eſt ex *tit. ff. de acquir. rer. dom. per tot. & ex §. ſingulorum cum ſeqq. Inſt. de rer. diviſ.*

30.

VII. Injuſtè tenet & poſsidet. In actione rei
31. vendicationis duo ſunt conſideranda, vnum ex parte actoris, ſcilicet, vt probet ſe dominum vel quaſi, *l. in rem ff. de rei vendicat.* aliud ex parte rei, videlicet, quod poſsideat, vel detineat, *l. officium l. is qui deſtinavit. ff. de rei vend. l. 1. C. de alien. iud. mut. cauſ. fact.* vel quod habeatur pro poſſeſſore, vt quia interrogatus vtrùm poſsideret, reſpondit ſe poſſidere, & condēnabitur, ac ſi verè teneret, vel poſſideret *l. is qui ſe obtulit. ff. de rei vend.* cum diſtinctione, de qua *ibi*, & in *l. ſin autem. ff. eod. tit.* Vel quia
32. lite pendente, dolo, vel lata culpa deſijt poſsidere *l. ſi culpa. l. is qui dolo. ff. eod.* Si verò culpa leviſsima, vel caſu poſsidere deſijt, abſolui debebit. *l ſin autem. §. 1. ff. d. tit. l. tigni. §. ſi quis. ff. ad exhibend.* Et hoc ſi bonæ fidei ſit poſſeſſor, & juſtam habuerit litigādi cauſam, alioquin tenebitur ad æſtimationem. *l. item ſi verberatū, in fin. cum l. ſeq. ff. de rei vend.*
33. Eſt autē aliud poſsidere, aliud detinere. *l. ſtipulatio. §. hæc quoque. ff. de verb. oblig. l. poſſeſſio. §. qui in aliena ff. de acquir. poſſ.* ADDE. Quò ad alia, non quò ad dandā rei vēdicationem, quæ locum habet cōtra quemlibet habentem reſtituendi facultatē, *l. officium. ff. de rei vend. Ferrar. in ſua pract. for. 1. verb. vel etiam detentator.* C. M.

Reculavit

Recusavit atque recusat. Multum ad rem est, adijcere hũc articulum, quod adversarius ante judiciũ sæpè, & sæpius sit à te, vel ab amicis, quãta fieri possit, benignitate admonitus, vt soluerer, vel faceret id, quod petis, nã præter rationem æquitatis, est quoque hujus admonitionis hic effectus, vt si extra judiciũ interpellatus non soluerit, & cõvenias ipsum, tenebitur ad expensas, etiamsi in continenti fateatur debitum. Sin verò debitor non sit constitutus in mora, saltem per interpellationem extrajudicialẽ, & vocetur ad judicium, non tenetur ad aliquas expẽsas, si recepto libello statim dicat, se velle solvere, & non contendere, *Angel. Aret. in §. sic itaque in fin. vers. & advertas. Inst. de action. vide supra titu. 8. num. 13.* VIII. 34. 35.

Coram vobis pro veris recognita. Hunc articulum, quod adversarius aliquãdo apud probos & fide dignos homines extra judicium fuerit cõfessus, aliquid ad causam, veluti superfluum, & nociuũ improbat Angel. Aretin. *in §. omnium vers. vnũ aliud additur. Inst. de action.* quia hac positione adversarius instruitur de probationibus actoris, tum quia sufficit dictam confessionem extrajudicialem postea in processu causæ probare, etiamsi hoc in libello non exprimatur, verùm Ias. *in d. §. omnium, num. 162.* hunc articulũ omninò necessariũ putat, dicente Specul. *tit. de teste §. 1. vers. sed pone egi.* quod si extra judiciũ cõfessus sis mutuum, etiam parte & testibus præsentibus, si tamẽ actor de tali cõfessione in libello mentionem nõ fecerit, nihil illi proderit confessio, licet postea confessionem probaverit, *vide Spec.* cui videtur subscribere Ant. de But. *in c. examinata ext. de iud. faciunt quæ not. Bart.* IX. 36.

*in l. si ita stipulatus. §. Chrysogonus, col. vlt. ff. de verb. oblig.* ADDITIO. Quod puto verũ in actione mutui, in qua non tantum numeratio, sed & confessio libello inserenda, quando aliter mutuum quàm per confessionem probari non potest, *vide per. d. loc. & ibi addit. Bald.* Christophor. Wurster.

X. 37. Publica vox & fama communis. Vulgatus est hic articulus, qui in omni libellorum formula, de publica voce & fama adijci solet, vt latè tractat Bart. *in l. de minore. §. plurimum ff. de quæstio. & Dd. in c. inter dilectos §. testes ext. de fide instrumen.* vbi famæ publicæ fit mentio.

XI. 38. Petit dictus Sempronius. Hoc loco subinfertur conclusio libelli, quæ nunquam est omittẽda, notat. in l. 1. ff. de edend. nam tota vis libelli in petitione vertitur, *Dd. in l. 1. ff. & l. edita. C. de edend.* quam quomodo concipiat, diligenter perpendendum est actori. Nam ex conclusione libellus æstimatur, etiamsi factum ineptè sit expositum. Sed ex diverso si ex facti serie quantumuis benè narrata colligas iniquam conclusionem, totus libellus corruit, vt videre est apud Laf. *in d. l. 1. in princ. ff. de edend.* vnde judex non tam narrata

39. quàm conclusionem respicit, *Innoc. in c. super literis ext. de rescrip.* Cõclusio namque regulat, ampliat, restringit, & determinat totam actionem, *arg. l. 2. C. de petit. hared. Bart. in l. aurelius §. stichoff. de liber. legat. Laf. in d. §. omnium nu. 129. cum aliquot seq. Inst.*

40. *de action.* (Adde. *Gail. lib. 1. obs. 61. num. 15.*) sciendum tamen, quod conclusio in criminalibus non sit necessaria, sed in his procedit libellus sine conclusione ex sola facti narratione, *Bart. in l. quid ergo §. pœna grauior. ff de his qui not. infam. in l. liberorum ff. de accusat. Laf. in d. l. 1. num. 23. Cyn. in fin. Bald. num 5. &*

*num. 5. & Salic. in l. in causis. C. de accusat.* nam causę criminales intentantur ad publicam vindictam, *l. locatio. §. quod illicitè. ff. de publica. & vectigal.* & in talibus exuperat officium judicis, vt etiam nemine petente procedere possit, *l. congruit. ff. de offici. præsid. Bart. in l. 4. §. hoc autem iudicium ff. de dam. infect.* (Adde. *Gail. d. obs. 61. num. 18. & seqq.*) Quia ratione in omnibus etiam causis, in quibus judex officium non imploratum impartiri potest, non est necesse, vt in libello concludatur, *Anth. de But. in d. c. examinata. num. 22. ext. de iudic.* Quæ autē sint causę in quibus judex officium non imploratum impartiatur, tract. Bart. & Dd. *in d. §. hoc autem iudicium.* Quare si in his casibus adijciatur cōclusio, & inepta sit, poterit nihilominꝰ judex super facti narratione sententiā suam dictare, secund. *Anth. de But. vbi sup. & in c. 1. de litis contest.* Insuper causæ, quæ coram Principe tractantur, nullâ egent conclusione. Inno. c. in d. c. 1. ext. de litis cōtest Angel. in l. omnium. C. de testam. quia Princeps procedit sola facti veritate inspectâ, securus legalium solemnitatum & ordinis judiciarij, adeò vt libellꝰ omitti possit etiam in causis arduis. Porrò reus quoq; in libello exceptionum suarum cōclusionē omittere potest, *Bart. in l. 1. ff. de except. Bald. in repetit. l. edita. num. 114. C. de edend. Angel. in l. emptor. C. de præscript. longi. tēp. 1. ſ. in d. l. 1. nu. 25. ff. de edend. Ant. de But. in d. c. 1. ext. de litis cōtest.* de quo vide plenè infrà. *in form. except. perēpt. verb. reū ab impetitione.* 41. 42. 43. 44.

Fructibus & emolumētis perceptis. Nō est necessarium in libello, in quo petitur res cum fructibus, exprimere certā fructuū quantitatem, vel æstimationem, sed in deductione processus, XII. 45.

(Adde.

(ADDE. Vel in exequutione ſententiæ, *Zaſ. in §. iurare. num* 13. *Inſt. de action* de quo infrà. *tit.* 41. *num.* 41. conſultius tamen eſt, vnà cum principali cauſa ſimultaneo proceſſu liquidare, per ea quæ tradit Gail. *lib* 1. *obſ.* 68. *num.* 2. *& ſeqq.* C. ☞.) earum quãtitas declaranda relinquitur, nam actor certam fructuum quantitatem, quam reus perceperit, probabilitèr ignorare poteſt, *Bari. in l.* 1. *in princ. ff. de edend. Cyn. in l. certum n.um. vlt. C. de rei vend. plenùs Panorm. in c. gravis. num.* 21. *ext. de reſtit. ſpol. & in c. inter dilectos. num.* 2. *ext. de fide inſtrumen.* Sic etiam pro intereſſe
46. admittitur petitio incerta, & ſufficit illud in proceſſu declarari, *vt not. in l. certi condictio in princ. ff. ſi cert. pet. & in l. vni. C. de ſent. quæ pro eo quod intereſt profer. in §. curare. Inſt. de action. Bart. in l.* 1. *de edend. & in l. ſtipulationes non dividuntur, in princ. ff de verb. oblig.* vti etiam paulò infrà talis petitio incerta pro intereſſe ponitur. Proindè fructuum quidem
47. poſt litem conteſtatam perceptorum judex ex officio ſuo, etiam parte non requirente, condemnationem facere poteſt. *l. ædiles §. item ſciendum ff. de ædilit. edict. l. partum. ff. de vſur. c. cum olim, 1. ext. de offic. iud. deleg.* ante litem verò conteſtatam perceptorum minimè, regularitèr itaque in libello peti debent, *arg. d. §. item ſciendum. l. ſi quis miſſum. §. iudex ff. de dam. infect.* Fallit (Adde. *ſecundum Io. Ferrar. in form. libello. in actione. reali. verb. ſimul cum fructibus:*) vbi de vi expulſiva agitur, putà interdicto vnde vi. *l.* 1. *§. rectiſſimè. l. idem eſt §. vlt. l. ſi plures. ff. de vi & vi arm.* (ADDITIO. Singulare dicit Lanfranc. Orian. *in Rub. de cauſ. poſſ ff. & proprie. 3. col. verſ. advertite. Menoch. de recup. poſſeſſ remed.* 1. *quæſt.* 38. *num.* 413. C. ☞.) Et ſimiliter vbi de vi compulſiva agitur, vtpotè actione quod metus cauſa *l. ſed &*

*partus*

*partus ff. quod met. cauſ. l. videamus 2. §. item ſi vi ff. de vſur.* vel atiam ex conſtitutione, l. ſi quis in tantum C. *vnde vi.* Ex natura ſiquidem harum actionum venit omnis cauſa, etiamſi non petatur, quemadmodum & in petitione hæreditatis. *l. 1. §. rectiſſimè cum ſeq. ff. de vi & vi arm.* (Adde, *Sichard. in Rub. & in l. 2. inſ. C. de petit. hared.*) Proindè vbi fructus rei vendicatione vna cum re petuntur, acceſſoriè, non autem æquè principalirer peti debent, *arg. l. fundum ff. de except.* alioquin cumulatio non admittetur, quoniam abſolutoria lata in vno iudicio parit exceptionem rei iudicatæ in altero, *arg. d. l. fundum l. & ex diuerſo §. vbi autem ff. de rei vend.* 49.

ADDITIO, Et hanc formam qua petuntur fructus acceſſoriè, et non principaliter, quotidianam eſſe teſtatur Zaſ. *in §. ſi minus nu. 12. Inſt. de actio. & fundatam in l. cum propria C. ſi quis alteri vel ſibi ſub ali. nom. vel alio pec emer.* C. W. Vbi verò iudicis officio repetuntur, tũc vnà cum re in libello licitè petũtur, quinimò, & pro fructibus qui rei vendicatione repeti poſſunt, iudicis officium implorari poteſt, *§. etſi in rem Inſt. de offic. iud arg. l. interdum §. qui furem ff. de furt. Bart. in d. l. & ex diuerſo §. vbi autem Panor. in c. grauis nu. 18. ext. de reſtit. ſpoliat. Iaſ. in d. §. omnium. nu. 175.* Vt ergò cognoſcamus vtrùm condemnatus rem reſtituere, ſimul ad reſtitutionem omnium fructuum teneatur, præmittendum eſt. 50.

Primò, fructuũ alios naturales, alios induſtriales, alios ciuiles, *vt in l. fructus ff. de vſur.* Naturales, quos natura ſua ſpõte profert, vt ceraſa, pruma, poma, Induſtriales, quæ hominum cultura & cura, vt proueniant, iuuantur, vt frumentum, vinum *l. fructus ff. de vſur.* Rurſus ex fructibus ſiue naturalibus, ſiue induſtrialibus, alij ſunt pendentes, qui 51. 52.

corpori

corpori adhuc cohærent, vnde alimentum, sumunt, ideoque pars fundi censentur, & simul cum fundo vendicantur, *l. fructus pendentes ff. de rei vend.* Alij non pendentes, & horum alij sunt
53. p[illegible]cepti, qui à naturali loco divulsi sunt, quamuis nondum in horreum collecti, alij percipiendi, qui cum colligi potuissent à possessore sunt neglecti, vel qui ab ipso petitore, si possedisset, potuissent percipi, *c gravis in fin. ext. de restit. spol. d. l. si navis §. vlt. l. domum. C. de rei vend.* Perceptorum præterea alij sunt consumpti, alij incomsumpti sive extantes, quorum item alij collecti, sive reconditi sunt, alij solùm à naturali loco divulsi. *l. bonæ fidei res. 2. ff. de acquir. rer. dom.*
54. Secundò præmittendum bonæ fidei possessorem dici, qui cum se Dominum esse credat, ignorat se alienum possidere, *c. si virgo. resp. 2. 34. q. 2. fac. l. cum apud antiquos. vers. cum igitur. C. de fur. & fer. corrupt.* Malæ fidei verò, qui scit se alienum possidere, *d. c. si virgo in fin.* Et juris fictione etiam
55. is censetur malæ fidei possessor, cui super dominio rei possessæ movetur controversia, factâ jam litis contestatione, hic enim post judicium acceptum, tametsi bonam fidem antea habuerit, aut nunc quoque se justam contendendi causam putet habere, censetur tamen malæ fidei possessor, vt fructus post litem contestatam perceptos teneatur vniversos restituere, *l. certum. in fin. C. rei vend. l. nemo ambigit. C. de acquir. poss.* Iam igitur vtràm condemnatus ad rem restituendam, simul etiam fructus restituere cogendus sit, pro
56. qualitate possessoris distinguendum erit. Si quidem bonæ fidei sit possessor, actione rei vendi-

cati[illegible]

cationis constringitur, non solum rem, sed & fructus pendentes restituere, *d. l. fructus pendentes.* Idem juris de fructibus naturalibus extantibus saltem si absque valido titulo bona fide possideantur, *d. l. fructus ff. de vsur. & l. bonæ fidei ff. de acquir. rei. dom* Sin autem justo titulo possideantur, condictione sine causa repeti poterunt, *arg. l. si eum seruum, l. si & me & Titium ff. si cert. pet.* Cõsumpti verò eatenus condictione repetuntur, quatenus factus est locupletior, *d. l. si eum seruum.* Industriales item collectos, vel à naturali etiam loco 57.
duntaxat divulsos, suos facit. *d. l. bonæ fidei,* tamen post tempus malæ fidei supervenientis, extantes judicis officio restituet. *d. l. certum, resp. 2. C. de rei vend.* ADDE. Nisi jam ante per triennium possederit, & sic bona fide vsuceperit, *vt not. in l. sequitur. §. 58.*
*fructus ff. de vsucap. Pinel. ad l. 2. C. de rescind. vend part. 2. cap 2 num. 49.* Et per hoc omnia jura, quæ bonæ fidei possessorem ad restitutionẽ fructuum constringunt, ex communi Dd. sententia notabiliter limitari testis est Balb. *de præscript. 4 part. 4 princ. quæst. 35. per tot.* etiam adversus judicis officium *Panorm. d. c. gravis. num. 11. & seq. Menoch. remed. 15. recuper. poss. num. 588.* quæ opinio procedit ex solo titulo pro suo, nec est alius necessarius & extenditur ad id, in quo ex his fructibus jam consumptis locupletior factus, *Covar. libr. 1. var. resol. cap. 3. num. 7. conclus. 4.* in quo necessario locum habet, *Bart. Cast. in l. 3. de his quæ vi metus vi caus.* quia si non est factus locupletior, non est, adversus quod præscribere posit, cum fructus irrevocabiliter sui facti *l. qui scit. §. porrò. ff de vsur.* & dominus rem suam non præscribit. *d. l. sequitur. §. lana. ff. de vsucap.* Christoph. Wagner. Consumptos verò ita lucrifacit, vt nè ad illorum quidem æstimationem teneatur, *§. si quis à non domino Iustin. de rer. divis.*
(ADDE. *gl. in l. ex diverso. ff. de rei vendicatione.* cujus 59.
opinio-

opinionem dicit communem Panor. *in c. grauis. in fin nu. 6. ext de restit. spo.* eiusque veritatem latissimè examinat Pinel. *in l. 2. C. de resc. vendit. part. 2. cap. 4. nu 46. & seqq. & nouissimè Fachin. lib. 1. controuers. iuris cap. 57. & seq.* Sed Bart. *in d. l. ex diuerso*, tenet, bonæ fidei possessorē obligatum esse ad restitutionem, in quantum factus est locupletior, quē Panor. *d. c. grauis nu 6.* aliisque Dd. magis cōmuniter, vt veriorem sequūtur, *ceste. Menoch. dict. remed. 15. de recup. poss. nu. 598. Couar. lib. 1. var. resol. cap. 3. nu. 6. conclus. 3.* & hæc sententia æquior, à qua recedere nefas putat Menoch. *d. nu. 598.* sed prior verior videtur, quam & in praxi sequendam esse existimat Pinel. *d. cap. 4. nu. 47.* qui omnium doctissimè vt amplissimè post Menoch. *de remed. 5. quæst. 40. per tot.* hanc materiā tractat, ad quos studiosum lectorem remitto, nihil enim ex ipsis huc transcribere aut de huius quæstionis veritate diffinire volui. Christ. Winzler. nisi in duobus casibus quos habet l. sumptus Emptor *ff. de rei vend.* Cœterum si malę fidei sit possessor, de consumptis condictione sine causa, de extantibus in rem actione tenetur, *l. pen. C. de condict. ex lege.* De percipiendis, in est, qui cum percipi potuissent, neglecti sunt, iudicis officio tenetur, *§. illorum, Inst. de offic. iud. & d. l. si nauis §. vlt.* nisi tit. habuerit. Quandoquidē tunc licet de perceptis omnibus teneatur, tamen à percipiendis excusatur, *l. si fundum C. de rei vēdicat.* præterquàm in quatuor casibus enumeratis per *gl. ibidem.* Verum si quis horum tractatum pleniorem desideret, adeat *Dd. in l. ex diuerso ff. de rei vend. in §. si quis à non domino Inst. de rer. diuis. in c. ext. de restit. spoliat.*

60.

61.

XIII. Alioquin vt eorundem veram soluat

62 æstimationem. Quando certum est, fructus extare, fructus omninò peti debent, & non æstimatio, siquidem re peremptâ in subsidium solū recurritur ad æstimationem, *l. item si verberatum*

*§. fin. de*

*§. fin. de verb. obliga. l. si quis ab alio. in fin. ff. de re iudic.* Quare si certum sit fructus consumptos esse, petetur ipsorum æstimatio. Sin verò dubitetur, vtrùm extent, an verò consumpti sint, petitio fiet alternativa, putà fructus restitui si extant, aut illorum veram æstimationem solui, nam ratione incertitudinis ex facto adversarij procedentis, admittitur incerta petitio, *l. 1. §. quia autem. ff. quorum legat. Bart. in l. & ex diverso. §. vbi autem. ff. de rei vendic. Panorm. in c. gravis in fin. ext. de restit. spoliat.* (Adde *Gail. d. obs. 62. num. 5. & duobus. seqq. & infrà. titu. 41. num. 40.*) 63.

Expensis litis factis & posthac faciēdis. XIIII

Expensæ litis occasione factæ debentur, vel ratione temerariæ citationis, *l. eum quem temerè ff. de iud. c. 1. de dol. & cont. libr. 6.* vel ratione contumaciæ, *l. sancimus. C. de iudic. c. cum dilecti, ext. de dol. & contum.* vel ratione retardati processus, *l. non ignorat. C. de fruct. & lit. expens. c. finem litibus. c. ex literis ext. de dol. & cont. c. vlt. ext. de rescript.* vel denique ratione victoriæ causæ, *l. properandum §. sive autem. C. de iudic. c. vlt. ext. de maior. & obed. Auth. generaliter. C. de episc. & cler. c. vlt. ext. de pœn.* Et hæ omnes sub hac clausula cōprehenduntur. 64. Prudentèr verò & vtilitèr agit, sive actor, sive reus, qui semper expēlarū condemnationē petit, *iuxta d. §. sive autē, & c. vlt. ext. de rescript.* Nam si non petantur, licet judex ex officio possit victum cōdemnare in expensis post litem contestatā factis, *iuxta l. ædiles §. item sciendum l. illud & l. item si servi. ff. de ædilit. edict.* 65. 66.

Addition, Idque communi Dd. calculo probatum, licet aliqui velint, quod & necessariò condemnare teneatur, *vide Nival. Ambo. Gravat. ad Vasq. lib. 8 cap. 3. num. 17. Gail. lib. 1. obs. 151. num 21.* Christop. Winsler.

vel etiam ante litem cõteſtatam factis, ſecundum opinionem Antho. de But. & Panor. *in c. finem litibus. nu. 34.* (ADDITIO. Quare hoc arbitrio iudicis relinquit deciſio Capellæ Tholoſanæ III. & Cameræ Imperialis *ſecund. Mynſing. cent. 4. obſ. 55.* C. W.) Tamen ſi iudex condemnationem earum omiſerit, nihil illi imputandum venit, nec eo nomine tenetur victori ad intereſſe, vt probat Bart. ſecũd. Dyn. *in l. 4. §. hoc autem iudicium ff. de dam. infect. in l. properandum §. ſin autem alterutra, ad fin. C. de iud. gl. vlt. ext. de reſc. Iaſ. in §. omnium num. 145. & 146. Inſt. de action. Panor. in c. finem litibus d. num. 34. ext. de dol & cont. in c. auditis, in fin. ext. de procur.* ADDITIO. Quamuis requiritur petitio à parte facta, ad
67. hoc, vt iudex teneatur condemnare in expenſis, tamen ſufficit implicita & tacita petitio, videlicet, ſi petat actor, vel reus pro ſe ſententiam ferri, ius & iuſticiã miniſtrari, ſub qua indefinita petitione includentur ſimul expenſæ, *Nicol. Antho. Granat. ad Veſt. lib. 8. cap. 2. num. 17.* Et hoc tanquam notabile ex ſententia Bald. refert Iaſ. *d num. 146. & Zaſ. in l. vinum in fine ff. ſi cert. pet. Stephan. Auffrer. ad dict. deciſ. Tholoſan. III. Veſ-ri & Mynſ. Cent. 2 obſ. 22. cent. 4. obſ. 55. Gail. d. obſ. 15. num. 21* Chriſtophorus Winzler.

XV. Ius ſibi dici & iuſticiam miniſtrari. Hæc
68. clauſula eſt ſalutaris, tanquam herba Bethonica; ſuſtentat enim libellum etiamſi tota actio fluctuaret, *Angel. Ariet. in § omnium & ibi Iaſ. num 144. cum aliquot ſeqq Inſt. de actio. Panor. num. 52. & alij Dd. in c. cum dilectus ext. de ord. cognit. in l. incerti. circa fin. C. de iud. Panor. in c. vnico num. 22. ext. de lite conteſt.* (Adde, *Mar. part. 1. 6. part. princ memb. 3. nu. 15.*)
69. De qua admonet Nicolaus de Middelburgo pre ſes Mechlinen. *in libro de locis legalibus, in loco ab effectu eorum quæ ſimul requirantur ad eſſe*, nè vnquam in li-

in libello ista clausula omittatur, quod viderit ipse multos in causa succumbere, propter istam clausulam omissam, cum ineptam concepissent conclusionem, qui si istam clausulam adiecissent, non succubuissent in causa, & eò magis adjiciendam esse putat, quod in benè aprèque formanda conclusione facillimè errat. qui naturam actionis ignorat, qua de causa multi in causis succumbunt, *l. 1. & ibi gl. ff. si mens. falsi. mod. dix. c. examinata. ext. de iud.* ADDE, *Gail. obs. 151. num. 11. & 12.* qui me- 70.
minit virtute huius clausulæ sæpè super non expresse petitis pronunciatum fuisse, sed in extraiudicialibus & supplicibus libellis nihil operatur, *vt ibi not.* Christophorus Winsler.

Benignum officium in singulis, &c. XVI.
Officium, quod hoc loco imploratur, mercenarium dicitur deseruiens actioni, aut instituendæ, reum, scilicet instante actore, citando, *c. accedens 1. c. quoniam §. si vero ext. vt lite non contest.* Item 71.
interrogando conueniendum de possessione, vtrùm possideat rem, vel an sit hæres defuncti, &c. iubendo item libellum offerri. *auth. offeratur. C. de litis contest. c. 1. ext. de libel. oblat.* & ineptum reiciendo, *l. edita C. de edend. l. 1 ff. de offic. assess.* Item aduocatum dando non habenti, *l. §. aut prætor l. quos prohibet ff. postul. l. ita demum & l. alienam C. de procur. c. 1. ext. de offic. iud.* Item terminum ad omnes dilatorias proponendum statuendo, *c pastoralis ext. de except.* aliquidùe simile perficiendo, quod ante litis contestationem fieri debet, aut institutæ exercendæ, dilationes concedendo. Item
reum ad respondèdum libello, vel positionibus 72.
compellendo, *c. 1. & vlt. ext. de libel. oblat. c. 2. de*

*confeſſ. libr. 6.* Item juramentum præſtari jubendo, item teſtes vel probationes recipiendo, item teſtium depoſitiones publicando, & cœtera poſt litem conteſtatam ad ſententiam diffinitivam vſque occurrentia exercendo: Aut inſtitutæ terminandæ, & hoc triplicitèr, aut ex natura actionis, veluti in bonæ fidei actionibus, reum in vſuris, fructibus, & intereſſe condemnando, *l. mora. §. 1. l. videamus. ff. de vſur. l. 2. & alijs pluribus. C. de vſur. l. certum. C. de rei vend. §. in bonæ fidei. & ibi Dd. Inſt. de action.* Aut contra naturam actionis, propter aliquod extrinſecus accidens, vt in arbitrarijs, de quibus in *§. præterea. Inſtit. de action.* Aut propter naturam judicij vel inſtantiæ, nullo habito actionis diſcrimine, veluti, reum in expenſas condemnando, C. *de fruct. & lit. expen. per. tot.* Quod verò ad ſententiæ exequutionem attinet, ſciendum eſt, non officio judicis mercenario, ſed nobili fieri, authore Bart. *in l. iubere cavere. in fin. ff. de iuriſdict. omni. iud. & l. à divo Pio. §. 1. ff. de re iudic.* Nam vt ait Imol. *in l. ſi finita. §. ſi plures, col. 18. ff. de dam. infect.* officium judicis mercenarium propriè illud eſt, quod deſeruit actioni ad hoc, vt cauſa terminetur per ſententiam diffinitivam, vndè eâ latâ officium illud expirat, ſicq; pro exequutione competere non poteſt. Eſt autem officium judicis nobile, quod nullâ motâ prius controverſiâ principalitèr imploratur, *Bald. l. in incerti. num. 21. C. de interd.* Per hoc petuntur tutores, in integrum reſtitutiones, advocatorum honoraria, medicorum ſoteria, Præceptorum Minerualia, & hiſce ſimilia, de quibus *in l. quod ſi minor. §. vlt. ff. de minor. 25 annorum. in l. Quintus. Matius. ff. de*

73.

74.

75.

76.

*Mutius ff. de annuis legat. in l. qui per collationem. §. 1. ff. de action. empt. in l. cum postulassem in princ. ff. de dam. infect. & in l. 1. §. in honorarijs & ibi Bart. ff. de var. & extraord. cognit.* ADDE. *Io. Pet. de Ferrar. in sua pract. in form. libel. in act. reali. verb. quatenus ex officio vestro, vers. enim gratia faciendum.* Christophor. Winsler.

Saluo jure addendi. Hæc clausula nullius est efficaciæ, sive enim adijciatur, sive non, liberum erit actori libellum ante litem contestatam mutare, vel emendare, postea verò minimè, *l. edita. & ibi Bart. & Dd. C. de edend. c. examinata. ext. de iudic. cum not. gl. verb. addendi in c. inter dilectos & ibi Panorm. num. 10. ext. de fide instrumen. gl. in l. qui familiæ. ff. famil. herciscund. Specul. titul. de libel. concept. §. nunc ostendamus. per tot. in fin. & Bart. in l. Nesennius. ff. de negot. gest. in l. non solum §. morte. ff. de novi. op. nunc.* Quinimò reus duplici cautela actori hanc emendandi potestatam ante litem contestatam adimere poterit. Primò, si accepto libello statim litem contestetur, negando narrata, prout narrantur, &c. *arg. not. per Bart. in l. si dubitetur. §. 1. ff. de fideiuss.* saluo jure producendi in scriptis, &c. & deinde poterit exceptiones suas deducere. Nec obstat, quod Specu. *titul. libel. concept. §. vltimo. vers. cautus etiam sis, &c.* dicat hoc sibi non placere, eò quod poterit res vel causa in processu judicij declarari, *arg. c. Abbate sanè, de sent. & re iudic. libr. 6.* Quia jam dictam cautelam tum demum intelligimus obtinere, quando libellus adeò ineptus est, vt per declarationem aptus fieri nequeat, de quo *in d.l. edita. C. de edend. & d. c. examinata. ext. de iudic.* Secus quando est obscurus, & non benè declaratus, putà

XVII. 77. 78. 79.

tus, putà quia rem non clarè exprimit, *iuxt. l. si in rem ff. de rei vend.* tunc enim consultius est contra libellum excipere, dicendo se non teneri respõdere, *vt per spec. in d. verſ. cautus etiam ſis.* Secundò,
80. hanc potestatem emendandi ante litem contestatam adimere poterit reus actori, si statim dicat se hujusmodi libellum actoris acceptum habere, modò in specie acceptetur, non enim sufficeret in genere acceptare, vel ita, accepto libellum in parte, vel partibus pro me facientibus, &c. *Angel. Aret. in §. 1. verſ. ſextò eſt videndum Inſt de except.* vnde consulunt Imol. & Cumanus *in l. Gallus §. quidã rectè ff. de liber & poſthum.* quod eo modo mox recipiatur libell⁹ ab adversario, nè actor vtatur his technis & ambagibus emẽdandi. Verum hæc ita
81. intelligenda sunt, si actor in fine libelli ita dixerit. Saluo jure addẽdi, &c. quia cum per talem reservationẽ referat se ad jus, & ipsum jus velit, quod lite contestatâ libellus non posſit emendari, meritò talis clausula ei non proderit, nihil operabitur, vt dictum est. Si verò ita dixerit; Saluo mihi
82. arbitrio addẽdi, &c. poterit additio seu diminutio, & emendatio, si adversarius non contradicat tali protestationi, etiam post litis contestationem fieri, cum isto casu referat se ad arbitrium suum, quod importat absolutam potestatem, *secund. Bald. in repetit. l. edita num. 100. C. de edend.* verùm hoc improbat Angel. Aret. *in § omnium Inſt it. de actio per l. codicillis. §. vlt. cum binot. ff. de legat. 2. l.*
83. *non oportet ff. de legat. 1.* Tum quod verbum, arbitrium, de eo arbitrio accipiendum est, quod secundum jus est, *iuxt. not. in l. ſi ſic ff. de legat. 1. & in l. 1. ff. de legat. 2. & in extrauag. ad reprimendum.*

Quem. in

*Quom. in crim. læſ. maieſt. proced. videbitur.* Proindè videndum reſtat, quomodo libellus mutari poſſit, & quo modo vel addendo vel detrahendo emendari. Et quidem libellus mutari dicitur, vbi actio propoſita deſeritur, ac alia proponitur, vel cauſa petẽdi expreſſa deletur, & alia ſubſtituitur, vel quando manente eadem actione & causâ petendi, receditur à re petita, & alia res petitur. Et hæc mutatio etiam hodiè recepta eſt ante litis cõteſtationem, *d. l. edita. C. de eden.* Poſt litem verò conteſtatam minimè, niſi velit vti novo libello & nova inſtantia, à priore inſtantia deſiſtendo, cum refuſione expenſarum, *iuxta c. examinata. ext. de iudic. ſecund. Paul. de Caſt. & alios in d. l. edita.* Emendatio verò libelli tunc fieri dicitur, cum actor reformat libellum, vel actionem, hoc eſt, extra mendam & vitium ponit, ſalua libelli ſubſtantia, & fit varijs modis. Nam aliquando dicimus emendare libellum, cum obſcura declaramus, ſi libellus ſit obſcurus, & confusè poſitus, aliquando emendatio fieri dicitur addendo, vt cum aliquid additur ad libellum, & hoc, vel in re petita, vt cum actor petit decem, & addit viginti, vel cum petijſſet partem fundi, nunc totum petit, vel fit circa ſubſtantialia libelli, vt cum petierim rem ex cauſa dominij, nunc addo vel quaſi dominij, vel circa qualitates, per quas mutatur actio vel facti ſubſtantia. Detrahendo quoque emendatio fieri poteſt, cum detrahitur aliquid à re petita, à cauſſa petendi, vel ab actione, vt cum petijſſem rem ratione directi dominij, nunc autem ob difficultatem probandi illud, detraho dictionem, directi, vel ſi in eodem libello

84. 85. 86. 87. 88.

intentavi petitorium & poſſeſſorium, alterum eorum detrahere poſſum, *arg. l. naturaliter §. nihil commune. ff. de acquir. poſſ. l. cum fundum §. fin. ff. de vi & vi arm.* Reſecando denique ſuperflua, fit emendatio libelli, nempè. quæ ſine cujuſque injuria omitti poterant. Et regulariter omnes hujuſmodi emendationes fieri poſſunt ante litem conteſtatam, *vt per text. gl. & Dd. & præſertim Felin. ext. de libell. oblati.* Fallit regula *ſecundum Alex. & Felin. vbi ſup.* quando ex ſtatuto vel conſuetudine libelli oblatio haberet vim litis conteſtationis. Nam tunc non admitteretur emendatio, quemadmodum poſt litem conteſtatam non admittitur, vt paulò infrà dicetur. Fallit ſecundò, vbi ex oblatione libelli eſſet reo vel Fiſco jus quæſitum, *arg. c. ab eo ext. de edict. libr. 6. Alex. d. l. edita. num. 8.* Fallit tertiò, vbi juris æquitas emendationem fieri non admittit, vt ſi emendatio ad aliud nihil tendat, quam vt reum lædat.

89.

90.

Poſt litem autem conteſtatam, dictæ emendationes fieri non poſſunt regularitèr, *l. non poteſt, ff. de iudic. Dd. in d. l. edita. & in d. c. 2. ext. de libell. oblatio.* Non obſtante etiam d. clauſula *ſecundum Alexan. & Felin. vbi ſuprà.* Fallit regula, primò, quando verba libelli obſcura declarantur, iſtam ſiquidem obſcuritatem poteſt actor declarare emendando in toto judicio, tam ante litem conteſtatam quàm poſt, vſque ad ſententiam. *l. vltim. C. de annal. exceptione.* Fallit ſecundò, quando emendatio fit addendo non ad rem principaliter petitam, ſed ad acceſſoria, vel fructus poſt litem conteſtatam provenientes, cum iſta etiam non declarata veniunt judicis

91.

92.

officio

officio post litem contestatam, *l adiles §. item sciendum ff. de adilit. edicto.* Fallit tertiò, & fieri 93.
potest emendatio ante litem contestatam & post, cum detrahitur aliqua summa à re petita, *arg. l. quidam existimauerunt ff. si cert pet.* quia non poterit reprehendi actor, qui emendat in partem mitiorem & temperatius petit, & hæc est laudabilis emendatio, detrahere à re petita, & minus petere. Fallit quartò, vbi detrahitur vel additur in qualitatibus minus principalibus, quæ aliquando adduntur in libellis, per quas nec actio nec factum mutaretur, sed solum augetur, vel minuitur condemnatio ex virtute tamen prioris actionis propositæ, casus est *in l. in delictis §. si detracta ff. de noxalibus.* Vbi autem 94.
per qualitatum emendationem mutaretur actio, vel facti substantia, non posset tolli vel mutari ista qualitas post litem contestatam. Postremò 95.
notandum, quod vbi emendatio recepta est, actor qui emendat, tenetur reo ad expensas indebitæ fatigationis, non autem ad expensas litis, vel causæ, *gl. in d. c. 2. ext. de libell. oblat. & ibi Anthonius de But. Io. de Imol. & Panormitan. Bald. Paul. de Cast. num. 5. cum alijs in d. l. edita.* Et si post e- 96.
mendationem reus non esset instructus, quid respondeat, dabitur ei noua dilatio. Sin verò de causa posit esse instructus, etiam post emendationem, tunc non debet ei dari noua dilatio, *c. litera. ext. de dilat. per gl. & Dd. in d. c. 2. ext. de libel. oblat.*

Non astringens se ad probandum nisi XVIII.
&c. Hæc protestatio non caret effectu. Nam 97.
cum multa proponens succumbat, nisi singula

probet, *l. habeat. vbi Bart. ff. de Instit. action.* Hæc clausula facit, vt actor vnum duntaxat ad intentionem suam necessarium probet, ac obtineat, *teste eod. Bart. in l. Divus Hadrianus ff. de re iud. in l. actor. C. de probat. Specul. in tit. de libel. concept. §. vlt. vers. item consueverunt, Panorm. in c. dilecti, num. 16. ext. de iudi. & in c. ex parte. num. 8. ext. de resc.* quam opinionem communē esse testatur Ias. *in §. omnium num. 161. Instit. de action.* (Adde. *Marant. d. memb. 3. part.*

98. *1. 6. part. princ. num. 12. al. 17.*) Addit autem prædictam clausulam locum non habere, quotiescunque aliquid negādo proponitur, etiamsi factum in se est affirmatiuum, etenim hoc casu asserens nunquam videtur se ad onus probandi astringere, *vt dicit Bald. in l. cum te. in fin. C. de probat.* Et hāc protestationem sive in fine sive in principio libelli adijcias parum refert. Cœterum in his, quæ

99. juris necessitate ad probationem requiruntur, nihil prodest hæc protestatio, sed solum in adventitijs, quæ si non probentur, actio nihilominus locum habere possit, *arg. not. Bart. in l. denunciasse. §. quid tamen. ff. ad l. Iul. de adult. & in l. non solum §. sed vt probari. ff. de novi oper. nunc.*

100. HAE igitur sunt libellorum hodierno vsu cō-
*Annot. 10.* probatæ formulæ, quas per omnium actionum species variare non est difficile, modò diligenti animo expenderis actionem, quam institues, præsertim qualis sit, cui, & adversus quem detur, & ex quo proficiscatur, quod vt fiat facilius (neque enim singulas libellorum formulas hic nostet judiciarius processus caperet,) paucis tractabimus sex in actione summoperè inspicienda.

Ex qua,

Ex qua, scilicet, causa actio nascatur: ex quo jure, proficiscatur, cui competat: adversus quem, quid in ea veniat: officium iudicis in ea nasci.

## Ex qua causa & jure proficiscatur Actio.

# TITVLVS XXII.

1. *Obligatio personalis qua, & vnde nascatur.*
2. *Obligatio ex contractu descendit in hæredem.*
3. *Actio exercetur ad ipsam rem etiam peremptam.*
4. *Quæ vocantur actiones reales.*
5. *Res corporales aut singulariter aut vniuersaliter vendicantur.*
6. *Quando dicamur rem specialiter ponere.*
7. *Quando detur rei vendicatio.*
8. *Rei vendicatio possessorem semper sequitur.*
9. *Item reliquæ actiones reales sequũtur possessorem.*
10. *Pro seruitutibus datur actio cõfessoria, & negatoria.*
11. *Distinctio & subdistinctio seruitutum.*
12. *Actio ciuilis dicitur, quæ ex quinque istis iuris speciebus proficiscitur.*
13. *Mixtæ actiones quæ sint.*
14. *Actiones in rem scriptæ quæ sint.*
15. *Actio ex iure prætorio proficiscens duplex.*
16. *Actionis prætoriæ in rem aliquot species.*
17. *Actiones prætoriæ personales quæ, & quales.*
18. *Actiones ciuiles perpetuæ sunt.*
19. *Actiones prætoriæ tẽporales, nisi rei persequutoriæ.*
20. *Prætoriæ etiam censentur extraordinariæ.*
21. *Actionem à prætore dari, quomodo accipiendum.*
22. *Quilibet iudex cognoscit, an actio danda, vel deneganda.*

ACTIO aut naſcitur ex obligatione, & dicitur
1. perſonalis. Eſt autem actio perſonalis, ſeu in perſonam, quæ & condictio appellatur §. *appellamus, Inſt. de action.* per quam cum eo agimus, qui obligatus eſt nobis ad aliquid dandum, vel reſtituendum, vel faciendum, §. *ſic itaque. Inſt. de action.* tanquam obligato ex cõtractu, vel quaſi, ex maleficio, vel quaſi, vel etiam ex varijs figuris cauſarum, §. *omnium Inſt. d. tit. de action. l. 1. in princ. ff. de*
2. *actio. & obligat.* quæ quidem deſcendens ex contractu & quaſi, & in eius hęredem competit, nam obligatio ſemel obſtringens hominem ſecũdum formam iuris, tenet eum cum ſucceſſoribus bonorum ſuorum, donec det, vel faciat, quod debet, nimirum cum ea ſit obligationis ſubſtantia, atque poteſtas, quam exequitur actio, *l. obligationum ſubſtantia ff. d. tit. de action. & obligat. l. vnic. vt act.*
3. *ab hæred. & con. hæred. incip.* Hæc tamen actio non exercetur ad æſtimationem rei debitę peremptę, ſed ad ipſum, quod ex obligatione dandum fuit, etſi ad æſtimationem perueniendum ſit iudicis officio, *l. ſi ſeruum §. vlt. ff. de verb. obligat.* vbi vide pleniſsimè Dd. qui inter obligationes rem dari, rem reſtitui, rem tradi, ſiue fieri diſtinguũt. Aut
4. naſcitur actio ex rei detẽtione, cum perſona quidem nullo iure obligata eſt, mouetur tamen ei propter rem aliquam controuerſia, quam poſsidet, pro qua agitur, *vt in l. actionum genera ff. de actio-*
5. *on. & obligat.* Et hæ in rẽ actiones vocantur, & ſunt duplices, corporalium ſcilicet rerum, & incorporalium, corporalium rerum, quando tales res, quæ tangi poſſunt, petuntur, quarum longè maxima varietas eſt, aliàs enim ſingularis res petitur,

aliàs multiplex rerum collectio per vniuersitatẽ iuris, vt petitionẽ hæreditatis, de peculio, de quibus *suprà in prælud.* Rem singularẽ autem speciali 6.
actione petimus, qualis est, qua id persequimur, quod natura sua, & quantum ad iuris interpretationẽ attinet, speciale est, etiamsi accessoria quædam habeat, vt equus, vestis, domus, fundus, & id genus alia. Et hæ res iterum tam in rem quàm in personam actione peti possunt, *vt per Dd. in d. l. 1 ff. de edend.* iuxta quod huiusmodi res nostræ sunt, 7.
aut nobis debitæ. In rem quidem actio, quam vendicationem dicimus, competit, quando res nostra ab alio possidetur, aduersus quem semper datur. Nam actio in rem nullam requirit obligationẽ, scilicet propriè in persona aduersarij, hoc est, quæ ex facto vel dicto eius prodierit, tantum hoc respiciens, quod rem nostram possidet, ac
restituere potest, quò fit, vt semper sequatur pos- 8.
sessorem rei litigiosæ, vel quasi possessorem, hoc est, eum, qui per fraudem desierit possidere, vt iudicium eluderet, *l. qui restituere. & l. is qui dolo ff. de rei vend. l. 1. C. de alien. iudic. mut. cauſ. fact.* Verum de huius actionis natura abundè satis dictum est
suprà. Idem de Publiciana, quæ in rem actio, & 9
possessorem sequitur, *§. sed iſta. Inſt. de action.* Item de Seruiana vel quasi Seruiana, quam hypothecariam dicimus, *§. item Seruiana. eod. tit. & de ſimilib.* Incorporalium rerum sunt, quibus agimus
ad iura, seruitutes. Et pro huiusmodi seruitutibus dantur hæ duæ actiones, confessoria, & negatoria, Cõfessoria illi competit, qui dicit se habere ius, vel seruitutem eundi, vel altiùs ædes tollendi, aut similem. Negatoria illi, qui dicit aliquem

non

non habere ius vel seruitutem ad aliquid, quod facere vult, negat, & ipsum per hanc actionem prohibet, scilicet non eundi per fundum meum, non altius tollendi ædes, non officiendi hominibus. 11. Sunt autem seruitutes, de quibus dantur hæ duę actiones duplices, scilicet, personales, & prædiales, Personales sunt, vsus fructus, vsus, & habitatio. Prædiales, quæ iterum duplices sunt, rusticæ scilicet, & vrbanæ. Rusticæ, vt iter, actus, aquæductus. Vrbanæ, vt altius tollendi, tignum immittendi, proijciendi, protegendi, prospectus, de quibus vide *Instit ff. & C. de seruitut.*

*Ex quo iure actio proficiscatur.*

OMNIS actio proficiscitur, aut ex iure ciuili, aut prætorio, ex ciuili, quæ & ciuiles vocantur, vt potè quæ ex quinque iuris illis speciebus, legibus, scilicet, duodecim tabularum, plebiscitis, senatusc̃osultis, principum placitis, responsis prudentũ specialiter introductæ sunt ac formam acceperũt, & sunt duplices, in personam, & in rem, In personam, vt personales, quæ suprà & passim obuiæ, In rem vt reales, scilicet, rei vendicatio, confessoria, negatoria. 12. Sunt & mixtæ quoq; actiones, hoc est, quæ mixtam causam materialem complectuntur, tam in rem, quam in personam, vt familiæ herciscundæ, communi diuidundo, finium regundorum. In his enim si eius rei, ob quam controuertitur, respiciamus partem nostrã in rem actio est, Si verò spectamus partẽ aduersarij ex qua nobis aliquid adiudicari potest, in personam dicimur experiri, §. *quadam actiones Inst. de action.* Addunt his quidam petitionem hereditatis, *arg. l. sed etsi lege §. petitio ff. de petit. hared.*

Sunt

Sunt etiam nonnullæ in rem ſcriptæ, quæ cum ex contractu vel maleficio prodeunt, in perſonam cẽſentur, veruntamen quia poſſeſſorem rei litigioſæ ſolent ſequi, non abſurdè hoc nomine mixtæ dici poſſunt, veluti ad exhibendum, præſcriptis verbis, in pleriſque caſibus, *vide gl. in l. 3. §. eſt autem ff. de exhib* (Adde. Differentiam inter actiones mixtas & in rẽ ſcriptas vide apud laſo. *in §. quædam actiones nu. 19. & ſeqq. Inſt. de actio. Zaſ. lib. 2. ſingul. intellect. cap.* 33. quæ tamen non ita ſtrictim apud Dd. obſeruatur, ſed ſæpe cõfunditur, Chriſt. Wingler.) 14.

Aut actio proficiſcitur ex iure prætorio, & harũ etiam aliæ ſunt, vel in rem, vel in perſonam, in rem veluti publiciana quæ datur bonæ fidei poſſeſſori, *§. namque ſi Inſt. de action. Seruiana*, qua experitur quis de rebus coloni, quæ pignoris iure pro penſionibus fundi domino obligatæ ſunt, quaſi Seruiana, qua creditor pro re ſibi pignorata experitur, *§. item Seruiana. Inſt. de action.* Præiudiciales de libertinitate, & partu, *§. præiudiciales Inſt. eod.* Item Reuocatoria, vt Fabiana, Pauliana, Caluiſiana, & ſi quæ ſunt ſimiles. In perſonam veluti de conſtituta pecunia, quæ datur contra eũ, qui pro te, vel alio ſe conſtituit ſoluturum, & ex nudo pacto oritur, *§. de conſtituta pecunia, Inſt. eod.* De peculio, & competit ei, qui cum filiofamilias, vel cum ſeruo peculium habentibus contraxit, *§. actiones de peculio Inſt. d. t.* In factum de iureiurando, vt ſi quis iurauit aduerſario deferente in iudicio, datur ei ex ſacramẽto actio, *§. Item ſi quis poſtulante Inſt. eod. tit. de action.* In corrumpentem edictum prætoris, *pœnales quoque actiones Inſt. eod.* In vocantẽ patrem vel patronũ in ius ſine venia, *d. §. pœnales.* In vi eximentem in ius vocatum, *eod.* 15. 16. 17.

*§. pœna-*

*§. pœnales.* In factum de calumniatoribus, actio quod metus causa, furti manifesti, serui corrupti, de effusis, eiectis, & appensis, *vide gl. verbi innume-*
18. *rabiles, in d. §. pœnales*, & nota, quod hoc interest scire vtrùm actio ex iure ciuili, vel prętorio proficiscatur, quia ciuiles actiones perpetuæ sunt, hoc est, exerceri etiam possunt post annum, vsq; ad tempus ex causarum circumstantia, varijs modis lege præscriptum, non tamen vltrà quadraginta annos. Nam nulla hodiè actio vltra triginta annos, aut ad summum ad quadraginta extenditur, *l. sicut, l. cum notissimi & l. omnes C. de præscript. 30. & 40. anno. l. 1. C. de vsucap. transfor. l. 1. §. 1. C.*
19. *de annal. except.* Prætoriæ nonnunquam temporales sunt, id est, infra annum dantur, videlicet, cum pœnam continent, excepta actione furti manifesti, quæ annum excedit, *in princ. Inst. de perpet. & tempor. action.* Si autem eis rem persequimur, perpetuæ sunt, nisi respectu rei cõuenti aliquid pœnæ habeant, *l. in honorarijs ff de actione. & obligat.* atque hæ in hæredes quoque dantur, Temporales verò regulariter aduersus hęredes non porriguntur, *d. l. in honorarijs*, nisi quatenus ad eas peruenerit, quod ab eis extorqueamus, *d. l. in honorarijs l. in hæred. ff. dè calumniat. l. ex quibus ff. de interd.*
20. Prętoriæ etiam extraordinariæ censentur, ac prętoris subsidio conceduntur, *§. non autem Inst. de perpet. & temp. act.* Hinc fit in multis speciebus, quod cũ aliqua ciuilis actio potest exerceri, cesset prætoria, *l. in causa 2. in princ. ff. de minor. 25 ann.*
21. *l. 1. ff. de publ. in rem act.* Cœterùm vt rectè discernas actiones prætorias à ciuilibus, admonendus es, dari actionem à Prætore, non semper sic accipien-

cipiendum esse, quasi ab eo sit introducta, quoniam interdum & civiles actiones dedisse dicitur. Nec enim solum prætoriam actionem polliceri, verum etiam civilem consuevit, *vt in l. superficiario. ff. de rei vendic. l. 1. in princ. & l. in commodato. §. sicut. ff. commod.* quare non sequitur. Prætor dicit se actionem daturum tali casu, ergò est prætoria, nisi nominatim aliquid addatur, quod denotet actionem ex ejus jurisdictione introductam esse. Nam quum omnibus judicijs præesset, omnes actiones dabat, & meritò, quia viua vox erat juris civilis, *l. nam & ipsum ff. de iust. & iur.* Quo sensu & quilibet judex cognoscens ex circumstantijs, vtrùm aliquis ad judicium sit admittendus, vel non, censetur dare, vel denegare actionem, *Scævola in l. vltim. in fine. ff. de action. & obligat.* Respondi (inquit) ex personis, causisque „ 22.
eum, cujus notio sit, existimaturum, an actio dan- „
da sit. Constat ergò cum legis alicubi. Prætorem „
dare actionem, non statim opinandum esse, simul etiam ab eo introductam fuisse, de qua re vide Alciat. *in l pecuniæ verbum. ff. de verb. significat.*

## Actio cui competat, & adversus quem, & quid in ea veniat.

# TITVLVS XXIII.

1. *Actio datur contrahenti, contra contrahentem, eiusve hæredem.*
2. *Actio ad pœnam civiliter datur hæredi; sed non in hæredem.*
3. *Actio pœnalis criminaliter intentata, quomodo, & quando transeat in hæredes.*
4. *Criminalis ad pœnam corporalem, etiam sententiâ iam latâ, non transit in hæredes.*
5. *Actio in rem datur habenti ius in re contra possidentem.*
6. *Hæres convenitur actione in rem, non vt hæres, sed vt possessor.*
7. *Actiones populares, cuilibet de populo competunt.*
8. *In popularibus non potest constitui procurator ad agendum, sed ad defendendum benè.*
9. *Quousque & adversus quos actiones populares extendantur.*
10. *Obligationes ex quibus duplices nascantur actiones.*
11. *Quæ directæ, & quæ contrariæ actiones.*
12. *Exemplum actionis directæ, & contrariæ.*
13. *Ex cõtractibus mutuis oritur hinc inde actio directa.*
14. *In quibus actionibus dolus & culpa præstantur.*
15. *Quid veniat in contrario iudicio.*
16. *Quid veniat in actionibus bonæ fidei.*
17. *In actionibus stricti iuris quid veniat.*
18. *Fructus quando veniant in actionibus bonæ fidei, & quando in stricti iuris.*
19. *Re deteriore restituta, non extinguitur actio bonæ fidei.*

*fidei, secus quam stricti iuris.*

20. *In actionibus bonæ fidei iuratur in litem, in stricti iuris non, nisi, &c.*
21. *Quibus actionibus veniat simplum, duplum, triplum, aut quadruplum.*
22. *Actio ex delicto datur, aut ad pœnam, aut ad rem, aut ad vtrumque simul.*
23. *Quibus actionibus pœnam duntaxat persequamur.*
24. *Pœna conventionalis non dicitur pœna, sed rei persequutio.*
25. *Quæ actiones infamiam irrogent.*
26. *Vnde infamia iuris, aut facti irrogetur.*
27. *Actio in factum ex interdictis irrogat infamiam.*
28. *Quæ veniant in actione rei vendicatoria.*
29. *Quæ veniant in petitione hæreditatis.*
30. *Quid veniat in actione famil. herciſc. com. divid. & finium regund.*
31. *Quando ius in re consequamur actione in rem.*
32. *Actione ad exhibendum quid consequamur.*
33. *Serviana & interdictis consequimur possessionem.*
34. *Solemnitas interdictorum mutata, nomine manēte.*
35. *Maritus & vxor, eorumque filij, non tenentur vltrà quàm facere possint.*
36. *Vterque socer habet beneficium competentiæ.*
37. *Quando dirempto matrimonio socer, id est, pater vxoris teneatur insolidum.*
38. *Parentes, patroni, eorumque liberi habent invicem beneficium competentiæ.*
39. *Fratres an habeant beneficium competentiæ.*
40. *Ratio, ex qua beneficium competentiæ competat.*
41. *Socius, donator, & cedens bonis, habent beneficium competentiæ.*
42. *Exutus bonis ex casu fortuito, an habeat beneficium*

*competentiæ.*

43. *An Doctores, & Sacerdotes habeant huiusmodi beneficium.*
44. *Quãdo exceptio de beneficio cõpetenti proponi possit.*
45. *Maritus an in exequutiuis exceptionem competẽtiæ antè reprobatam iterum proponere possit.*
46. *Compensationes minuunt actionem.*
47. *Actione quod iussu, institutoria, exercitoria, & de in rem verso quantum consequamur.*
48. *Actione tributoria quid consequamur.*
49. *Peculium quod sit.*
50. *Actione de peculio, quantum quis consequatur.*
51. *Quatenus teneantur parentes, & domini de peculio.*
52. *Noxales actiones, quæ appellentur.*
53. *Noxalis actio caput sequitur.*
54. *Pauperies quid sit, & quãdo actio de pauperie detur.*
55. *Quomodò officium iudicis in præmissis versetur.*

SIQVIDEM actio ex contractu est, vel quasi, ei
1. competit, qui contraxit, vel hæredi eius, siue ciuilis sit, siue prætoria, contra eum, qui contraxit, eiusq; hæredem. *l. ex contractibus ff. de action. & obligat.* nisi sit depositum, ex quo lis crescit inficiando, vt si quid tumultus, incendij, ruinæ causa depositum sit, tum in ipsum in duplum, in hæredẽ in simplum actio datur, sin verò ex maleficio vel quasi nascatur actio, conceditur ei, qui maleficium passus est, & contra eum qui malèficium fecit, sed quantum ad hæredes attinet, sic definiendum est, si quidem agitur ad pœnam pecuniariam ciuiliter, hoc est, vt actori soluatur hæ
2. actiones conceduntur quidem hæredibus, sed non in hæredes, nisi propter turpe lucrum, aut litem

litem à teſtatore conteſtatam, *§. nõ autem. & §. ſeq. Inſtit. de perpet. & temp. action. l. omnes. ff. eodem tit.* excepta actione injuriarum, & ſi qua alia ſimilis inveniatur, hæc enim neque hæredi neque in hæredem datur, *d. §. ſin autem.* Sin verò intenditur actio ad pœnam pecuniariam criminaliter, hoc eſt, vt publica exequutione pœna fiſco deferatur, *iuxta. l. prætore dixit, §. 1. ff de iniur.* & tunc aut ex publicis, aut ex privatis maleficijs agitur. Ex publicis, hoc eſt, quorum exequutio cuilibet ex populo datur, actiones pœnales nõ aliter porriguntur ad hæredes, quam lite non ſolum conteſtatâ, ſed & per condemnationẽ finitâ adverſus defunctum. 3. Ex privatis autem ſufficit litem cum defuncto eſſe inchoatam, & conteſtatam, *l. ex iudiciorum. ff. de accuſatio.* Si denique agatur criminaliter, nõ ad pœnam pecuniariam ſed corporalem, vt reo convento, aut vita adimatur, aut civitas, vel vt ſervitus injungatur, vel tẽporale exilium, vel alia coërcitio, putà damnum cum infamia, vel dignitatis depoſitio, (quæ perſequẽdi ſpecies accuſatio propriè dicitur) etiam ſententia jam lata non tranſit in hæredes, *l. ſi pœna l. crimen. ff. de pœna.* 4. Huc pertinet Tit. *ex delict. defunct in quant. hæred. conven. & l. ſancimus. C. de pœn.* excepto crimine læſæ majeſtatis, *l. quiſquis. C. ad l. Iul. maieſt. & d. l. ex iudiciorum.* Quod ſi in rem actio ſit, ei competit, qui jus in ea re, quæ petitur, habere noſcitur, & heredi ejus, niſi perſonę jus coarctaretur, vt vſus fructus, vſus, habitatio. Cõpetit verò adverſus eum, qui poſſidet, vel qui dolo fecit, quo minùs poſſideret, doloſus enim pro poſſeſſore habetur, vt etiam ejus hæres teneatur, *l. officium. l. qui petitorio. ff. de* 5.

6. *rio. ff. de rei vẽd.* Hæres verò actione in rem tenetur, nõ tam quod hæres, quàm quod possessor est rei litigiosæ, *l. si in rem ff. de rei vend.* Id quod notandum est propter formam libelli & positionũ. Nam qui ab hærede peteret rem, nec faceret mẽtionem possessionis ejus, non rectè videretur petere. Quomodò autem agatur adversus hæredes divisìm, vel insolidum docet *l. in exequutione ff. de verb. obligat.* Sunt denique nõnullæ actiones, quæ non solum privatim eis competant, quorum vel res sunt vel negotia gesta, sed publicè omnibus agere volentibus cõceduntur, quas populares seu publicas actiones dicimus, ita diffinitas à Paulo

7. *in l. 1. ff. de popul. actio.* Et ideò cuilibet de populo competunt, ita, vt eas suo, non populi nomine exerceat. Et propterea talis actor neque procurator æstimandus, neque defensionem vt procurator præstare, aut singulos defendere cogẽdus est,

8. *l. mutus §. in popularibus. ff. de procur.* Nec potest procuratorem dare publicam actionem intendens, conventus autem ad se defendẽdum procuratorem dare non prohibetur, *l. qui populari ff. de popul. action.* Insuper omnes populares actiones neq; in

9. hæredes dãtur, neq; supra annũ extẽduntur regulariter, *l. vlt. ff. de popul. action.* nisi lis sit contestata, aut actor aliquid persequatur, quod ad eum proprio jure pertinet, *l. populares. ff. d. t. l. si cui ff. de verbor. signific.* Hæredibus tamen, & succesoribus cõmodantur non jure hæreditario, sed veluti connumerandis populo.

10. SI QVIDEM actio ex contractu est, vel, quasi videndum est vtrùm talis contractus, vel quasi contractus

contractus sit, vnde mutuæ nascuntur obligationes, vt sunt, mandatum, commodatum, depositũ, pignus, tutelæ, negociorũ gestorum. Ex his enim omnib⁹ dupli es nascuntur actiones, vna directa, altera contraria. Actiones directę censentur, quibus id persequimur, quod ex natura convẽtionis, immediatè & principalitèr nobis debetur. Contrariæ verò actiones appellantur, cum aliquid exigitur præter substantiam contractus, ab eo, qui comparatione vtilitatum in speciem nõ tam sua, quam alterius gratia contraxit, vt ecce deponens rem suam, magis sibi adfert vtilitatẽ, nè quid pereat vel atmittatur, ergò directam habet actionẽ. Depositarius autem, hoc est, apud quem res deponitur, morem gerit amico, quare si quid necessariò dependit in rem depositam, habet contrariam depositi actionem ad impensas, sine quibus vtique cõtractus fuisset sua natura perfectus, quoniam & sine sumptu res deposita plerumque servari potest. Idem dicendum de similibus cõtractibus, §. 1. *Institu. de obligati. quæ ex q. cont. nasc.* Apparet igitur non illud respiciendum esse, quis contrahentium agat, vt eam dicamus directam, quæ ab altero contrahentium adversus alterum directó intenditur, & contrariam, quæ vicissim adversus eum exercetur, nam ex quibusdam cõtractibus vltrò citroque obligatorijs inter contrahentes actio semper directa vocatur, vt emptio, venditio, locatio, conductio, societas, l. labeo 2. ff. de verb. signific. Verum naturam contractus vel rem ipsam oportet respicere, vt superius dictum est, ac inde statuere directas actiones, vel contrarias. In his igitur directis actionibus venit

*Quid in actione veniat.*

11.

12.

13.

14.

bus venit res, quæ in conventione posita est, vt præstet, vel vt restituat. Item dolus, & lata culpa solummodò in quibusdã, vt in deposito, & precario. In quibusdam dolus, & omnis culpa, vt in contractu pignoris, mandati, tutelæ, negotiorum gestorum. In alijs etiam exacta diligentia, vt in commodato, de quibus *text. & ibi Dd. in l. contractus. ff. de regul. Iuris. & l. si vt certo. §. nunc vi-*
15. *dendum ff. commod.* In cõtrario judicio venit hoc, quod impensum est in rem depositam, commodatam, gestam, & hæ actiones bonæ fidei sunt, quemadmodum & multæ aliæ, *§. actionum Instit.*
16. *de action.* In quibus non solum venit res, quæ in petitione vel conventione est, sed & omnes personales præstationes, item accessiones, item quicquid alterum alteri ex bono & æquo præstare convenit, *§. in bonæ fidei Instit. de action. l. consensu in fin. ff. de action. & obligat.* Sunt enim remissioris juris, & ex æquitate pendentes. In alijs autem ex
17. contractu, vel quasi, item condictione certi, quæ descendit ex mutuo, & ex stipulatu, præterquam quæ competit mulieri ad requirendam dotem, & indebiti condictione, in præscriptis verbis, actione ex alijs causis, quã quæ de æstimato competit, & quæ ex permutatione venit competente, quia stricti juris sunt, res ipsæ tantum in conventione positæ, vel per errorem solutæ veniunt. Post litem autem contestatam etiam accessiones
18. veniunt. Item in judicijs bonæ fidei semper veniunt fructus à tempore moræ, in actionibus autem stricti juris, non nisi à tempore litis contestationis, cum scilicet persequor illud, quod nunquam fuit meum. Si verò petam id, quod aliquando

aliquando fuit, vel nunc est meum, tunc etiam ex mora accedunt fructus rei petitæ, *l. videamus 2. ff. de vsur.* Item actio bonæ fidei, re deteriore restitutâ, non extinguitur aduersus debitorem, quia de damno conuenire potest, *l. sed & mihi videtur §. si reddita ff. commod. l. 1. §. si. res deposita, §. depositi.* Cum interim actiones stricti iuris desinant restituta etiã re deteriore, quia debitor liberatur summo iure, obnoxius tamen actioni de dolo, vel in. factũ, de eo, quod interest, *l. & eleganter §. nõn solum ff. de dolo malo. l. exhibitionis C. ad exhibend.* Item in actionibus bonæ fidei iuratur in litẽ, scilicet ob dolum & contumaciam non restituentis, *l. in actionibus ff. de in litem iurand.* In actionibus verò stricti iuris regulariter non iuratur in litem, nisi ex legitima causa, vtpotè si iudex rem non extantem aliter æstimare nõ possit, *vt in d. l. in actionibus. in fin.* 19. 20.

ADDITIO; Aliter hæc de iuramento in litem explicant recentiores, vt videre est apud *Duaren. Corras. Donel. d. l. in actionibus, & apud eundem Corras. in Miscel. lib. 6. cap. 1. 2. 2. & 4.* sed quia hæc non ita foro quam scholæ seruiunt lubens prætereo. Christ. Wintzler.

Si autem actiones ex maleficio, vel quasi descendant, in quibusdã venit simplum, in quibusdam duplum, in alijs triplũ, in alijs quadruplum. Simplum venit in actione de dolo malo, bonorũ raptorum post annum, quemadmodũ regulariter in actionibus ex contractu vel quasi proficiscẽtibus, *§. omnes Inst. de actionib.* Duplum in actione furti non manifesti, serui corrupti, depositi ex tumultu, incendio, ruina, & naufragio si inficiatur, *§. in duplum, Inst. eod.* Triplum in constitutione legis condictitiæ, cũ quis scilicet maiorem summã 21.

in libello conuentionis inſeruit, vt viatores maiores ſportulas, à reo exigerent, §. *tripli. Inſt. d.t.* Quadruplum cõſequitur quis actione furti manifeſti, quod metus cauſa, de calumniatoribus, vi bonorum raptorum, vltra quadruplum nulla actio prodita eſt, *d. §. omnes & §. quadrupli Inſt. d.t.* Proindè actionum ex delicto deſcendentiũ, quædam pœnæ ſunt perſequutoriæ, quædam rei tantum, quædam tam pœnæ quam rei perſequẽdæ cauſa comparatæ ſunt, §. *ſequens, cum ſeq. Inſt. de actio.* Pœnam tantum conſequitur quis actione furti, ſiue manifeſti, ſiue non manifeſti, iniuriarum. Item de eo quod ſuſpenſum, poſitumq; eſt, quod vulgò iter facientibus nocere poſsit. Rem ipſam conſequimur actione, ſeu condictione furtiua. Et nota quod quicquid partes pro pœna paciſcuntur, non facit actionem pœnalẽ, ſed rei perſequutoriã, nam pœna accipitur, quæ legum authoritate irrogatur. Porrò actionum ex maleficijs pleræque infamiam irrogant, iuſtè condemnatis, vt hæ, furti, bonorum raptorum, iniuriarum, de dolo malo, & generaliter omnes publicorum iudiciorũ accuſationes. Et ex contractibus actiones quatuor, nempe tutelæ, mandati, depoſiti, ſcilicet directa, non contraria, pro ſocio, quæ cum vtrimque directa ſit, vltrò citroque damnatum infamia notat, §. *ex quibuſdã Inſt. de pœn. temp. l.tig. l.1. ff. de his quæ not. infam.* reliquæ actiones omnes non infamant, quoniam inter famoſas non recenſentur, argumento ab enumeratis partibus. Infamia autem duplex eſt, iuris, & facti, infamia iuris ſola authoritate legis nominatim infligitur, vt in prædictis actionibus. Infamia

22

23.

24.

25.

26.

facti

facti ex ipsa rei indignitate secundum censuram bonorum virorũ est, *l. 2. ff. de obseq. a lib. & libert. parent. & patron. præst and.* Talis autem est ex condictione furtiua, ex interdicto vnde vi, ex interdicto quod vi, aut clam, atque ex alijs id genus factis improbioribus. Nulla tamen actio in factũ ex interdictis infamat, *l. neque ff. de vi & vi arm.* Si improbata vita ignominiã facti irrogat apud bonos viros, *l. 2. C. de dignit. lib. 12.* Si denique actio sit in rem, per eam res ipsas, in quas intendimus, consequimur & in alijs quidem venit res ipsa, quæ petitur, in quibusdam tantum ius in re, & in quibusdam sola possessio. Res ipsa venit, in actione iure speciali, quæ vendicatio vocatur, veniunt & partus, & fœtus, & fructus, & ea variè secundum qualitatem possessorum, si quidem bonæ fidei sint possessores, de consumptis non tenentur, malæ fidei verò possessor omnem rationem reddit, *§. si quis à non domino Inst. de rerum diuis.* (Vide supra in explicatione formæ libel. verbũ fructibus) In petitione autem hæreditatis, quæ competit hæredi solum, contra eum qui possidet, pro hærede, vel possessore, non solum veniunt res, quæ fuerunt defuncti, sed etiam commodatæ, & depositæ, & quascunque defunctus possedit quoquo iusto modo, tempore mortis, modò seruitutes non fuerint, *l. illud videndum §. fin. cum l. seq. ff. de petit. hæredit.* Item in actionibus familiæ herciscundæ, & communi diuidundo res ipsæ veniunt, non ad hoc, vt restituantur, sicut in supradictis, sed etiam diuidantur, veniunt & personales præstationes, vnde & in personam vendicantur. In finium regundorum iudicio, res ve-

27.

28.

29.

30.

res veniunt, non ad hoc vt reſtituantur, vel diuidantur ſed vt earum menſura exigatur, §. *ſi familiæ* §. *ſi finium Inſt. de offic. iud.* Ius autem in re conſequitur quis actione in rem de ſeruitutibus vrbanorum & ruſticorum prędiorum, quæ dantur tam ex parte petentis, quam poſſidentis, cum nullo alio iuris articulo poſſidenti actio ſit prodita, §. *æquè. vbi vide Dd. Inſt. de actio.* Per actionem verò ad exhibendum, neque rem quis cõſequitur, neque ius in re, ſed tantum vt oſtendatur, vt poſtea vel vẽdicare, vel alio modo petere poſsimus, qua quidẽ actione poteſt agere is, cuius intereſt, vt exhibeatur ex aliqua probabili cauſa, *l. 3. ff. ad exhibend.* Poſſeſsionem quis conſequitur Seruiana, item poſſeſsionis ius exequuntur actiones regulariter ex interdictis, quibus aut adipiſci volumus poſſeſsionem antè non habitã, aut retinere, quam aduerſarius impugnat, aut recuperare, quã contrã ius amiſsam intendimus, §. *ſequens, Inſt. de interd.* Interdictorũ etenim ſolemnitas hodie mutata eſt in ſimpliſsem actionis formulam, nomen verò manet adhuc, vt admoneamur, ex quibus cauſis reddi ſolebant, ex eiſdem nunc competere actiones, perindè ac ſi prætor ipſe ex quolibet interdicto vtilem actionem in factũ propoſuiſſet, §. *vlt. Inſt. de interd.* Suntque actiones in factum ex interdictis omnes prætoriæ. Latius de his hoc loco eſſet dicendum, ſed breuitatis cauſa videndũ relinquo Tit. *de interd. Inſt. cum concord.* Hoc ſolũ adijcio, tunc demũ locum habere interdicta vel actiones, ſi non vel ipſo iure ſublatæ ſunt, vel pręſcriptione remoueãtur, vel exceptione elidãtur, De quibus Dd. *in tit. de except. & præſ. & alibi paſſim.*

31. 32. 33. 34.

Ad hęc

Ad hæc licet ſolidum debitum regulariter omnes actionum ſpecies præſtent, ſunt tamen quibus minus perſequimur in effectu, aduerſus eas perſonas, quæ condemnantur in id duntaxat, quod facere poſſunt, habita ratione, vt non perducantur ad nimiam egeſtatem, vt ſunt primò, maritus & vxor, ſi de dote, aut aliâ iuſta cauſa mutuò ſe conueniunt, §. *Item ſi de dote. Inſtit. de actionibus. l. maritum 12. & l. ex diuerſo 17. §. 1. ff. ſolut. matrim. l. non tantum dotis ff. de re iud.* ADDE. Cautione videlicet ab eis exponendâ, quod ſi ad meliorem fortunam peruenerint, etiam quod minus ſoluerint reſtituere procurent, *tex. in l. vnica §. in hac parte.* C. *de rei vxor. actio.* Chriſtophorus Wingler. 35.

Secundò filij hæredes patris, aduerſus quos mater agit de dote *l. etiam. in princip. ff. ſolut. matrim.*

Tertiò ſocer, hoc eſt, pater mariti, ſi nurus, id eſt, vxor filij de dote agat, *l. rei iudicatæ §. vltimo. ff. ſolut. matrim.* quia parentis locum obtinet, *l. quia ff. eodem titul.* 36.

Quartò ſocer, hoc eſt, pater vxoris, ſi conſtante adhuc matrimonio de dote promiſſa conueniatur à marito, nam ſoluto eo inſolidum tenetur, *l. ſicut autem cum l. ſeqq. ff. de re iudic.* ADDE. Caſu, puta, dirempto matrimonio, ex cauſa & perſona beneficium competentiæ tribuendum putat Labeo, quid enim ſi ſocer ſpe futuræ dotis induxerit generum, & cum ſciret ſe præſtare dotem non poſſe, id egerit, vt genero inſidiaretur, *l. penult. ff. de iurisd. doi.* certè hoc beneficium non habebit, vide Zaſ. *libr. 2. intellect. cap. 9.* ſic contrarias ll. & opiniones diſſoluunt, vide & Gail. *lib. 2. obſ. 87. num. 6.* Chriſtoph. Wingler. 37.

Quintò, omnes parentes, & liberi vtriuſq; ſexus item patronus, & patrona liberiq; eorũ, ſi mutuò ſe conueniant, §. *ſed & ſi quis Inſt. de act. l. ſunt qui cum l. ſeq.*

*cum l. seq. ff. de re iud.* Sextò, fratres germani inuicem agentes, quoniam alimenta sibi debẽt *arg. l. 1. & ibi gl.* C. *de alend. lib.* ADDITIO. Pro hac ratione facit text. *in l. mutuum 76. in fine ff. de iure dot. l. qui filium ff. vbi pupil. educ. deb.* Contrarium tamen, quod nõ habeant beneficium competentiæ, tenet *gl. in l. verum ff. pro soc.* quam *ibi* probant Bart. Mudę. & alij. Zas. *in §. sed & si quis num. 3. Inst. de actio & in l. sunt qui ff. de re iudic.* nec obstat præmissa ratio, quod debeãt sibi inuicem alimenta, quia ea proinde statim non sunt annua, siue multorum annorum, sed possunt esse menstrua, *arg. l. final. ff. de liber. agnoscend. Mudæ. d. l. verum ff. pro soc.* C. W. Omnium enim prędictarũ personarum vna hæc ratio est, quod quibus naturali ratione alimenta debentur, cum ad inopiã peruenerint, ijs citra dolum malum non potest totum, quod habent, extorqueri, *iuxta l. in condemnatione §. vlt. ff. de reg. iur.* Sed omnes quorum mentio facta, alimenta sibi debent, *arg. l. si quis à liberis §. si vel parẽs l. alimenta in princ. ff. de lib. agnosce.* Ergò dolus actoris ferendus non est, qui totũ voluerit extorquere. Septimò, socij vniuersorum bonorũ, vel eriã vnius rei tantum, *d. §. sed & si quis d. l. sunt qui. l. ve ũ est in princ. ff pro soc.* Octauò is, qui ex donatione sua cõuenitur, deducto etiã ære alieno, *d. §. sed & si quis l. inter eos l. cum ex causa. l. & exhæredatũ cum l. seq. ff. de rei iud.* Nonò, cedens bonis, si postea aliquid acquirat, quatenus facere potest dãnabitur, *§ cũ eo quoque vlt. Inst. de action.* Decimò, is qui bellorũ, incendij, naufragij calamitate, vel simili bonis suis exutus est. Si denuò aliquid acquisierit in solidũ non tenebitur, *secund. Io. Fab. §. vlt. num. 10. Inst. de action.* ADDITIO. Quod ibidem ridet & impugnat Zas. Ias. verò tanquam mirabile notandũ sed cogitandum relinquit. C. W. Vndecimò milites,

39. 40. 41. 42. 43.

tes, qui sub armata militia stipendia meruerint, *l. miles l. item miles ff. de re iud.* Huc referunt Doctores bonarum literarum, & Sacerdotes *arg. l. medicos C. de profes. & med. lib. 10. c. Odoardus, ext de solut.* ADDE. *Couar. lib. 2. var. resol cap. 1. num. 9. Gail. lib. 1. obs. 117.* Et hæc est communis teste Zas. *in d. l miles ff. de re iud.* licet in Doctoribus reprobet, in clericis toleret, C. 23. Duodecimò, filiusfamilias in potestate contrahens sine iussu patris, si postea sui iuris effectus, conueniatur à creditoribus, non tenetur insolidum, *d. l. & exhæredatum l. 2. ff. quod cum eo qui in al. potest* Et nota, quod prædicti omnes conueniri quidem insolidum possunt, sed habet ex- 44.
ceptionem, quam ante vel post litem contestatam, adeòque post sentẽtiam opponere possunt, qua se tueantur, ne pluris condemnentur, vel grauentur, quam facere possint, ex æquo & bono, *l. ex diuerso §. vlt. ff. solut. matrim.* ADDITIO. Quod verum, nisi in iudicio allegata, & per sententiam reiecta, tunc enim in exequutiuis opponi non potest, *arg. l. qui in diem §. 1. ff. de compens. l. duobus ff. de except. rei iud.* & hæc est communis, quam improbat Zas. *lib. 2. sing. resp. cap 1.* tenens, quod etiamsi maritus hanc exe- 45.
quutionẽ in iudicio opposuerit, & iudex ea reprobata, eundem insolidum condemnauerit, quod nihilominus exceptione doli in exequutiuis tutus sit, *per l. ex diuerso §. fin. ff. solut. matrim.* cum huic exceptioni, nec tacito nec expresso contractu renunciare valeat, *l. alia §. 1. ff. solut. matrim.* Vnde communis opinio manebit in donatore & alijs qui huiusmodi priuilegio renunciare possunt. *Vide Zas. d. cap. 1. C. 23.* Denique compẽsationes quoque faciunt, vt mi- 46.
nus consequatur actor, quam persequutio continet, *§. compensationes Inst. de action.* Præterea si aduersus patrem, vel filium ex contractu filiorum, seruorumque agatur, quandoque solidum quis consequi-

47. conſequitur, quandoque minus, ſolidum conſequitur actione quod iuſſu, cum iuſſu noſtrô aliquod negotium cum his, quos in poteſtate habemus, geſtum eſt, §. 2. *Inſt. Quod cum eo qui in alien. poteſt.* Item inſtitutoria, quæ competit ei, qui cum filio & ſeruo contraxit, quem tabernæ, vel negationi alicui prepoſueramus, & eius rei gratia, cui præpoſitus fuerat, tenebimur. Item ſolidum præſtat actio exercitoria, quæ competit contra exercitorem, qui magiſtrum naui præpoſuit, §. *eadem Inſt. Quod cum eo qui in al. pot.* Solidum vel minus conſequimur actione de in rem verſo, qua agi poteſt, cum quod geſtum eſt cum prædictis perſonis in rem noſtram verſum eſt, veluti ſi ſeruo meo Petrucius mutuò dederit, & ſeruus omne id vel partem in meam vtilitatem verterit, Conſequitur enim actor hoc ſolum iudicio, quod in rem meam verſum eſſe probauit, §. *præterea Inſt. Quod cum eo qui in alien. poteſt.* Minus autem conſe-

48. quitur quis actione tributoria, qua agit qui cum his, quos in poteſtate habemus, contraxit, modò nos eos peculiari merce negotiari ſcierimus, & non deducitur id, quod patri dominovè debetur, ſed in tributum ij vocantur, æqualemq; cum reliquis creditoribus conditionem hi, qui eos in poteſtate habent, obtinent, §. *introduxit* §. *is quoque d. t. Quod cum eo qui in alien. poteſt.* Si autem eos in peculiari merce negotiari neſciuerimus, de pe-

49. culio tenebimur, §. *præterea Inſt. eod. tit.* Peculium autem eſt, velut puſillum patrimonium liberorum, ſeruorumque, quod voluntate parentum ac dominorum eis permittitur, §. *actiones autem, & §. ſunt præterea Inſt de action. l. depoſita* §. *vltimo ff. de pecul.*

*ff. de pecul.* Hac autem de peculio actione tantum quis consequitur, quantum in peculio est, deducto eo, quod patri dominovè debetur, quod si nihil in peculio sit, hac actione nihil cõsequitur, *§. cum autem quæritur. Instit. Quod cum eo qui in alien. potest.* Et nota quod parentes, & domini de peculio liberorum, servorumuè, non in solidum, sed hac adiectione, quatenus in peculio est, & conveniri, & condemnari possunt, *l. quoties. §. 1. l. eo tempore. in princ. ff. de pecul.* Cum interim in superiori exceptione, de eo, quod facere potest prædictæ personæ conveniri quidem possunt in solidum, sed exceptione se defendunt, nè majoris summę condẽnentur, quàm facere possunt, quod diligenter notandum est, propter formam petẽdi vtrobique concipiendam, admonente Bart. *in l. sunt qui ff. de re iud.* Noxales denique actiones in solidum non competunt, appellantur autẽ noxales actiones, quæ non ex contractu, sed ex noxia, atque maleficio servorum, quod pœnam vltimi supplicij, non habet, adversus dominos instituuntur, veluti si furtum fecerint, aut bona rapuerint, aut iniuriam commiserint, aut damnum dederint. Hoc autem iudicio domino condemnato permittitur, vt vel ipsum maleficium emendet, ac si liber homo feciſſet, vel ipsum servum noxæ dedat, quam facultatem noxæ dedendæ ex lege accipit. *l. miles. §. 1. ff. de re iud.* nisi fortè jussu domini, aut cum posset, nõ prohibente eo, servus deliquerit, quo casu insolidum tenetur, *l. 1. 2. & 7. de noxal. action.* Cæterum noxalis actio semper caput sequitur, hoc est, adversus eum exercetur, in cujus potestate est servus, qui noxã admisit, quod

50. 51. 52. 53.

si manumissus interim fuerit, ipse directò convenitur, & extinguitur noxæ deditio, §. *omnis Instit. eodem titul.* Proindè si quod animal, equus, canis pauperiem faciat, idem jus statuendum erit. Est autem pauperies damnum, sine injuria facientis
54. datum. Habet autem locum hæc actio, si contra naturam aliquo fervore, vel ferocitate damnum datum sit, nec enim potest animal injuriam fecisse dici, quod sensu caret. Hæc autem toties tenéda sunt, quoties animal nõ alicujus instigatu pauperiem fecerit, alioquin enim is, cujus instigatu damnum factum est, insolidũ emẽdare cogetur, *vt. Inst. si quadrupes pauper fecisse dicatur. l. 1. ff. eod.*

55. *Iudicis officium ex actione.*

IN his omnib⁹ officium judicis versatur, quod venit in vnaquaque actione ex æquitate, vt compensationes admittere, præterquam in actionibus in rem, cum de ipsa re controversia est. Item in bonæ fidei judicijs, si pecunia est ex mora in vsuras condemnare, nonnunquam ipsum petentem ad æstimationem rei, quæ petitur, cum jurejurando admittere, & generaliter quicquid alterum alteri debere ex æquo, & bono convenerit, in id debet eum condemnare, *vide titul. de offic. iud.* Et hæc de actionibus hoc loco obiter dixisse sufficiat.

# De inveſtigatione actionis, qua vti volueris.

## TITVLVS XXIIII.

1. 3. *Formula actionis diligentèr inſpicienda.*
2. *Inepta concluſio annullat totum libellum.*
4. *Facti ſpecies diligentèr diſcernenda.*
5. *In facto ius poſitum.*
6. *Omnis diffinitio in iure periculoſa.*
7. *Principium cuiuſque rei pars potiſſima.*
8. *Lex eſt regula iuſtorum, & iniuſtorum.*
9. *Facti ſpecies, quæ ad certam iuris formam redigi nõ poteſt, variè à ICtis. appellatur.*
10. *Quælibet cauſarum ſpecies, habet ſuas actiones.*
11. *Exemplum ſeu caſus in cauſa mandati.*
12. *Initium negotij præſtat cauſam ſequentibus.*
13. *Vniuscuiuſque contractus initium ſpectandum.*
14. *Alia exempla in cauſa mandati.*
15. *In maleficijs principium quoque ſpectandum.*
16. *Exemplum in cauſa maleficij, ex l. ſi ego ff. quod vi aut clam.*
17. *Aliud exemplum maleficij.*
18. *In facto quadrupedum etiam initium ſpectandum.*
19. *Ex facto ius & actiones diſcernere oportet.*
20. *Conventio & delictum cauſa remotior actionum, obligatio propinquior.*

CVM itaque per ea, quæ dicta ſunt, naturam cujuſlibet actionis ſic ſatis perceperis, ſupereſt, vt diſpicias in ſpecie formulam actionis, qua vti volueris, quæque negotio occurrenti competens ſit agendi ſpecies, nè actionẽ prorſus abhor- 1.

rentem intendens repulſam patiaris, cum jactura
2. temporis & ſumptuũ. Nam ſi ex facti ſerie quantum ius benè narratâ, aut nullam, aut ineptam colligas concluſionem, totus libellus corruit, vt probat Iaſon multorum teſtimonijs *in l. 1. ff. de edend.* vide ſuprà *titul. 21. num. 38.* Concluſio autem libelli nõ poteſt rectè produci, præterquam ex natura & forma actionum, quæ per ſingulas propemodum ſpecies earum variatur jure, vt videre eſt ex his, quæ dicta ſunt *ſuprà* & ex titul. *Inſtit. de action.* Ergò neceſſarium eſt primo lo-
3. co diligentèr inveſtigare ac cognoſcere in ſpecie formulam actionis, qua vti volueris, qua in re pulchram navavit operam doctiſsimus ille juris interpres Ioannes Oldendorpius in ſua formula inveſtigandæ actionis, cujus ſententiam non ſum
4. gravatus huc paucis adſcribere. Cenſet autem hac in re illud in primis neceſſarium eſſe, vt facti vel caſus ſpeciem diligentiſsimè diſcernas, niſi enim negotium ipſum prius rectè perceperis, impoſsibile fuerit certam juris & actionis rationem
5. colligere, quippè in cauſa & facto jus eſſe poſitũ Alphenus reſpondit *in l. ſi ex plagis. §. in clivo. ff. ad l. Aquil.* ac proindè factũ totum expendere oportet, non vnam aut alteram ejus particulam, quò magis appareat, vnum, ſimplex, an multiplex ſit, & quę ſint rerum & perſonarum ac temporis circumſtantiæ, nemo enim in tam immenſo negociorum (vt ita dicam) mundo diſcernet rectè, quod jus, quæ actio cuique competat, niſi priùs ad amuſsim explicatum habeat factũ, vt interim videas, quã probè agant, qui negotium à litigatoribus vix totum audiunt, taceo, quod qualitatem

ejus deli-

ejus deliberēt, nō memores quod Vlp. dicit, omnem diffinitionem in jure periculoſam eſſe, quoniam nō rarò ex modica cauſarū differentia ſubverti poteſt, *l. omnis diffinitio ff. de reg. Iur.* Quò magis autē factum rectè diſcernas, redige in ſuccinctas ſimpliceſque ſentētias ordinatim, tum enim cōmodiùs apparebit ſcopus, quem Rhetores ſtatum vocant, vt indè ſtatuas jus perſequēdi. In jure civili ſcopus cauſæ eſt initium, quod cauſa ſequentium fuerit, velut principalis pars negotij, nam cujuſque rei potiſsima pars principiū, dicēte Caio *in l. 1. ff. de orig. Iur.* Semper igitur reſpice vnde ceperit negotiū, & hoc niſi evenerit, ſequētia quoque non cōtigiſſent, vt infrà patebit exemplis. Deinde ſic cognitâ facti ſpecie, quid ſit, oportunū eſt videre, quale ſit, hoc eſt, quid jus de eo ſtatuat, & lex velut regula juſtorum & injuſtorum omniumq; eorum, quæ in foro civili & Republica accidere poſſunt, vt Martianus ſecūdum Chryſippū legem deſcribit, *in l. 2. ff. de ll.* qua in re conſulendi ſunt IC. & Cęſares Romani, nō repertoria. Vidēdum cum primis eſt, ad quam negociorum formam pertineat, vtrùm ſit cōtractus vel quaſi cōtractus, an verò maleficium vel quaſi maleficium, an nullius cōtractus vel acti negotij, ſed tantum de dominijs rerum ſit quæſtio. Num denique tam varia ſit facti ſpecies, vt ad certam ac nominatam juris formam rediqi non poſsit. Paulus appellat ex varijs figuris cauſarū, *in l. 1. in princ. ff. de action. & obligat.* Cajus novum negocium vocat, *in l. ſi tibi polienda. ff. de præſcript. verb.* Papinianus proprium contractum nuncupat, *in l. rogaſti, eod. tit.* Sic Cicero elegantèr *in lib. 2. de Oratore*, ac

6.

7.

8.

9.

primum, inquit, naturam causæ videat, quæ nunquam latet, factumue sit, quæratur, an quale sit, an quod nomen habeat, quo perspecto, statim occurrit naturali quadam prudentia, nō his subductionibus, quas isti docent, quid faciat causam, id est, quo sublato controversia stare non possit. Ex his itaque investigationibus nō difficultèr appa-
10. rebit actio, & jus persequēdi in omni negotio, nā contractus & maleficia habēt suas nominatas persequutiones, sicut & rerū controversiæ. Reliquæ verò causarum insinuatæ species, habēt generales actiones quibus vice aliarum vtimur, vt in *l. 1. & alijs seqq ff. de præscript. verb.* modò horum, quę dicta sunt videamus aliquot exempla. Dedi (po-
11. namus) procuratorem Titium, huic Titio mandavi, vt causam meam in judicio ageret, causa autem requirēbat probationes, depositi apud eundem Titium quædam instrumēta, vt si opus esset, vteretur eis, ac interim custodiret, finitâ causâ, aut revocato interim procuratorio Titij mādato, reposco Instrumēta apud eum depositā, ille negat, aut dolo fecit, nè posset restituere. Ecce factum in simplices positiones redactum, quis igitur scopus est in hoc casu, certè mandatum quod Titio
12. dedi, quare? quia initium negotij fuit, & causam præstitit omnib⁹ sequētibus gestis, nisi enim procuratorem Titiū dedissem, nulla fuisset subsequuta instrumentorū depositio, vnde sequitur considerato initio contractū mandati esse. Quæ igitur actio? mandati est, non depositi. Hoc exemplum est *in l. si procuratorem, in princ. ff. mand.* vbi reiecta opinione eorū, qui depositi actionē dabāt, mādati pro instrumēto agendum esse statuit Vlpianus.

Vnius

Vniuscujusq; enim contractus (inquiens) & initium spectandũ est,& causa. Aliud ex *l.1. §. quod si rem, ff. depositi.* Rogando mandavi tibi,quod rem meam perferres ad Titium, vt eam servaret, & si Titius nó recepisset, quia nó adesset,aut nollet,tu custodires,si rem nolis restituere,quæ mihi est actio? prius sanè videndũ, ad quam formam contractus spectet hoc factum. Nam si id,quod de re apud Titiũ custodienda dictũ est,consideremus, depositum est,sed initium spectãdum est,ex quo mandatum judicabitur, habẽs legem seu pactum custodiæ,itaque mandati est actio. Aliud. Si tibi màndavero,vt rem ab aliquo receptam meo nomine custodias, idq; feceris,mandati,an depositi tenearis,& magis est,vt actio mãdati locũ habeat, quia hic est primus cõtractus, *eadẽ l.1. §.idem Pomponius.* Multa præterea id genus exempla ex jure lectori sunt obuia. In maleficijs quoq; principiũ facti plerumque respiciendũ est,vt eccè,si quis tibi mandaverit opus novum,vi aut clam detrimẽto alterius facere,tuque rursus mandaveris alteri, nè directò videaris rem illicitam feciſſe, in hac specie certum est,& te qui facienti mandaveris,& eum, qui fecit novum opus, teneri. Sed quid de tertio dicemus,qui primus mandavit? Si successum & exitum facti spectemus,videri potest neq; ejus jussu factum, cum facienti nihil mandaverit. Verum si ex principio damnũ metiamur, vtique & ipse cum primis tenebitur, qui nisi mandasset tibi, tu non mãdasses alij, nec opus fuisset factum, rationẽ addit Paulus *in l. si ego ff.* quod vi & clam. Et magis est, inquiens, etiã me, qui initiũ rei præstiterim,teneri. Aliud memorabile exemplũ est,

13.

14.

15.

16.

17. *in l quoniam. C. ad l Iuliam. vnde vi*, vbi rectiſsimè probatur in violentijs ac bellis illegitimis rationem habendam eſſe principij. Quoniam (inquit Imperator) multa facinora ſub vno violentię nomine continentur, cum alijs vim inferre certantibus, alijs cum indignatione reſiſtẽtibus, verbera, cædeſque crebrò deteguntur admiſſæ. Placuit ſi fortè quis, vel ex poſsidẽtis parte, vel ejus, qui vel poſſeſsionẽ temerariè tentaverit interemptus ſit, in eum ſupplicium exerceri, qui vim facere tẽtaverit, & alteri parti cauſam malorũ præbuit. At-

18. que hãc conſiderationem initij Vlpianus tam veram exiſtimavit, vt ad quadrupedes quoque porrigeret, *l. 1. §. cum arietes. ff. ſi quadrup. pauper. feciſ. dic.* vbi cum arietes vel boues cõmiſiſſent, & alter alterum occidiſſet, ſecundum Quintum Mutium diſtinguit, vtrum is periſſet, qui primus aggrediẽdo bellũ cœpiſſet, vt actio de pauperie nõ habeat locũ, an verò is, qui non provocaverat, vt exerceatur actio, committere enim ibi, pro provocare, aut irritare accipitur, vndè cõmiſſum bellum dicimus, quod laceſſẽte injuria, quaſi re ipſa apertè

19. indictum vel cœptum eſt. Sic itaque ex facto jus & actiones diſcernere oportet, ac meminiſſe juris differentiam ex facto conſtitui, non autem contrà, jus per falſas interpretationes torquendum eſſe, vt facto reſpondeat. Inde dici ſolet

20. cauſam ſpecificam actionum ex conventionibus & delictis hominum proficiſci, ſed remotiorem & mediatam. Obligationem autem cauſam propinquiorem eſſe, ſed generalẽ, & ſic conjunctam omnibus actionibus, vt nulla ſit ſine obligatione, vt vel hinc appareat, impoſsibile eſſe

actiones

actiones rectè diſcerni, niſi prius ad amuſsim perceperis factum & conuentionis negotium, vti hæc præclarè & plenius tractat doctiſsimus ille Oldendorpius *vbi ſuprà*, ad quem, ſi lubet, vlteriùs recurre.

## Libellus qualiter ſit exhibendus.

## TITVLVS XXV.

1. *Ante exhibitionem libelli videndum, an perſona, cui exhibendus, ſit legitima.*
2. *Forma exhibitionis libelli.*
3. *Terminus ad libellandum vtrique parti communis.*
4. *Vt poſt litis conteſtationem quis poſsit reconuenire, proteſtatio præmiſſa eſſe debuit.*
5. *Coram ordinario recõuentio poſt litis conteſtationem inſtitui poteſt, ſed cum viciſsitudine proceſſus.*
6. *Priùs ſuper libello actoris, deindè ſuper reconuentionis agendum & iurandum.*
7. *Eadem ſentẽtia con: & recõuentio terminari debet.*
8. *Quibus caſibus non procedat reconuentio.*
9. *In cauſis beneficialibus ſæpè verbo tantum datur libellus, & proceditur ad vlteriora vt hic.*
10. *In cauſis ordinarijs libellus imperfectus exhiberi poteſt, collecto termino reportandi.*
11. *Sine calumnia terminus corrigendi peti debet.*
12. *Nudis verbis quis ſatisfacit ſtatuto termino.*
13. *Copia libelli expenſis actoris danda.*
14. *Cuiuslibet iudicij in dando copiam libelli conſuetudo reſpicienda.*
15. *Copiam ſummariæ petitionis expenſis proprijs redimit reus.*

16. *Non videtur in iudicem consensisse, qui edi genus actionis sibi postulat.*

17. *Reus recipit copiam libelli saluis quibuscunque exceptionibus.*

1. CVM itaq; iuxta ea, quæ hactenus dicta sunt, libellum ritè secundum regionis, in qua degis, morem conceperis, superest, vt in termino statuto ipsum in iudicio exhibeas. Quod tamen priusquàm facias, videndum tibi fuerit, an persona, cui libellus porrigetur sit legitima, hoc est, quæ stare possit in iudicio, tam in agendo, quam in defendendo, de quibus tractatũ est, *suprà tit. 3.* Et si persona legitima sit, porrigi solet libellus his vel similibus verbis.

I. Accuso contumaciam rei non offerentis libel
II. lum, petens eum contumacem reputari & in illi-
III. us contumaciam satisfaciendo termino do libel-
2. lum facto, & reo copiam, dicens, petens, aliaque faciens prout in eodem plenius cõtinetur. Adde breuioribus verbis. In causa, N. contra N. ædendo actionem exhibeo libellum cum copia, petẽs exaduerso primam contradicendi statui.

I. Accuso contumaciam rei, &c. Quia verò terminus ad libellandum vtrique partiũ communis est. (ADDITIO. Idem habet statutũ Domini Roberti Archiepiscopi Coloniẽsis in prin.) Ideo nõ solum actor sed etiam reus, si quid petere voluerit, exhibere debet libellũ suum, quem reconuentionalem vocant, licet etiam postea ante tamen litem contestatam facere debeat, *gl. verb. exordio in clem. sæpè §. verum, de verb. signif.* Si tamen sors ita tulerit, vt post litem contestatam demùm

*Formæ explicatio.*

3.

4.

demùm potestas sit futura actorem reconueniendi, necessarium erit, priusquàm litem contestetur reus, vt de recõuentione statim post litẽ cõtestatam facienda protestetur, vt est crebrior Dd. opinio, *in c. 1. ext. de mut. petit.* Alioquin si post litem coram delegato contestatam, hac protestatione omissâ, velit actori vicissim quæstionem mouere, debebit rescriptum apostolicum impetrare, *c. dispendia de rescript. libro 6.* Si autem 5.
coram ordinario conuentionis causa agitetur, poterit quidem reconuentio coram eodem fieri in quacunque parte litis, *iuxta d. c. dispendia §. reus.* Sed tamen cessabit tunc vicissitudo processus, & quælibet lis suo Marte percurret. Adde, *Marant. part. 4. princ. dist. 6. num. 5.* Cum autem
aliàs oblato libello reconuentionali, causa conuentionis & reconuentionis succesiuis vicibus tractandæ sunt, *c. 2. ext. de ord. cognit. & d. c. 1. ext. de mut. petit.* Ita vt deliberatione super vtroque 6.
libello hinc & inde habita, fiat primò litis contestatio super libello actoris, postea super libello reconuentionis, & deinde actor primùm iurabit super conuentione, reus postea super reconuentione, & consequentèr hoc ordine cœteri actus vicissim exercebuntur, vt vtraque quæstio eadem die, & quasi vna sententia, vel iudicio ter-
minetur, prius tam en pronunciando super pe- 7.
titione actoris, *d. c. 1. ext. de mut. pet. c. cum Ecclesia c. cum dilectus. ext. de caus. poss. & propriet. Barth. in auth. & consequenter C. de sent. & interloq. om iud.* Quibus autem casibus non procedat reconuen- 8.
tio vide *per gl. in c. cum dilectus ext. de arbit.* aliaq; quæ ad eius materiam pertinẽt, vide *in d. c. 1. de mut. pet.*

*& in d.*

*& in d. c. dispendia. ext. de rescript. lib. 6.* (Adde *Marant. d. loc. dist. 6.*)

11. Factò, &c. In causis beneficialibus solet in-
9. terdum hoc termino dari libellus verbo tãtum, cum protestatione de dando latiùs suis loco & tẽpore congruis in scriptis, & statim præfigi terminus ad iurandum de calumnia ad primam diem iuridicam, omissâ litis contestatione, quæ in illis causis non requiritur. Et postea in termino ad articulandum exhibentur facto positiones & articuli, qui tunc duplici officio fungi videntur, scilicet petitionis & proprie. *vt not. Io. And. in addit. ad Spec. in tit. de teste §. nunc videndum à nobis, in princ. vid Dom. de Rot. decis. 33. in nouis, cum sua addi-*
10. *tione, incipiente, nulla præcedente in petitione.* Quinimò & in causis requirentibus pleniorem causæ cognitionem, licet interdum, vt termino satisfiat, libellum incorrectum (vt vocant) vel etiam imperfectũ verbo dare cum protestatione prædicta, & petere incontinenti terminum ad corrigendum vel perficiendum seu potius ad illum reproducendum iam correctum & perfectum. (ADDE Statutum Reuerendissimi Domini Roberti Archiepiscopi Colonienſis *in princ. Henning. Goed. in suo proceſſ. Rub. 28. num. 42.* quod improbat Reformatio Iurisdictionis Coloniẽsis nouissimè Anno 1594 promulgata, *sub tit. de terminis post comparitionem.* C. 2B.)
11. Modò tamen id sine calumnia procedat, nempe, si aduocatus alijs legitimis impeditus negotijs, non potuerit libellum omnibus suis numeris ab-
12. soluere. Atque interim hoc loco illud silentio prætereundum non est, quod vbi designatur vel actori vel reo terminus aliquis ad aliquid faciendum, excipiendum, vel producendum, tum sa-

tisfit

tisfit termino, & excuſatur quis à contumacia, ſi in termino ſtatuto quid producit verbo tantum cum proteſtatione prædicta, niſi tamen terminus adhoc ſtatutus eſſet, vt facto & reipſa quid produceret. Si autem in termino ſtatuto nihil neque facto neque verbo produceret, videtur contumax reputãdus, *vide Dom. de rot. dec. dcccxv. in antiq.* (ADDE, *Henning. Goed. Rub.* 10. *in fin. ex eod. deciſ. Rot.* 815. *quæ eſt deciſio vlt. ſub tit. de iudic.* Chriſt. Wintzler.

III. Et reo copiam, &c. De recepta conſuetudine porrigitur libellus Notario, qui acta conſcribit, & reo copia, actor quoque copiam vnam ſibi reſeruat, vt eò melius & certius poſtea poſitiones, & articulos formare poſsit, *gl. verb. formari in clem. ſæpè §. verum de verb. ſignif.* 13. Tradetur aut reo copia libelli expenſis actoris *Bart. & Paul. Caſt. in l. 1. ff. de edend.* Adde, (*Marant. part. 1. 6. part. princ. memb. 3. num. 3.*) quibus adſtipulatur conſuetudo. (ADDE *Henning. Goed. Rub. 2. num.* 13. Et ſic coram Domino Officiali & Dominis Conſiliarijs Colonienſ. obſeruatur, non ita in alto & alijs inferioribus iudicijs, vbi reus proprijs expenſis à Notario cauſæ 14. copiam redimere debet, proindè in hoc cõſuetudo inſpicienda, quam inſpici & ſeruari rectè monet Bart. *d. l. 1. & Caſt. in l. vnic. num.* 3. C. *de litiſcont.* C. W. 15. Copiam autem ſummariæ petitionis reus à Notario proprijs expenſis requirere debet, *Lanfranc. in d. clem. ſæpè. in verb. libellus.* Proindè reus recipiendo huiuſmodi copiã inhæreat priori ſuæ proteſtationi de non conſentiendo in iudicem, niſi quatenus de iure teneatur, tametſi non videatur 16. in iudicem conſenſiſſe, qui ædi ſibi genus apud eundem iudicem deſiderat actionis, *l. non videtur in iudicem ff. de iudic.* Recipiat etiam cum proteſta- 17. tione, ſcilicet, quod ſaluum ſibi ſit ius dicẽdi tam

contra

contra formam libelli, quàm contra iudicem & contra actorem, & quibuſcunque exceptionibus ſibi competentibus vtendi, *c. vlt. ext. de dilat. c. inter monaſterium. ext. de ſent. & re iud.* Et hanc proteſtationem faciat in actis redigi, ſi vult ad maiorem cautelam, quandoquidem ad hanc neceſſario nõ tenetur. Nã & ea neglecta vel omiſſa, nihilominus huiuſmodi exceptiones proponere poterit, *l. non videtur ff. de iud. & l. except. C. de probat.*

## De termino ad reſpondendum libello.

## TITVLVS XXVI.

1. *Terminus ad contradicendum ſeu reſpondendum libello eſt de ſubſtantia iudicij.*
2. *Stante termino deliberatorio, quid reo faciendum.*
3. *Iudex pro qualitate moderatur, aut prorogat terminum deliberandi.*
4. *Actori non datur terminus deliberandi.*
5. *Terminus deliberandi reo non datur, cui copia.*
6. *Libelli ſimul cum Citatione tranſmiſſa.*
7. *Cautela pro aduocato Rei, circa ineptum libellum.*
8. *Cautela pro eodem circa libellum obſcurum.*
9. *Dicta cautela parùm probata.*
10. *Quibus caſibus libellus generalis aut incertus admittendus.*
11. *In alternatiuis admittitur incerta petitio.*
12. *In actione ad factum & circa acceſſoria incerta petitio ſuſtinetur.*
13. *Iudicium non vitiabitur, etiamſi de obſcuritate ac generalitate libelli non excipiatur.*
14. *Quandocunque actor vel iudex petierit, libellus declarari debet.*

*15. In aula*

Digitized by Google

15. *In aula Colonienſi quando recipiantur reſponſiones in ſcriptis.*
16. *Forma reſponſionis libelli.*
17. *Ex qua confeßione reus condemnari non poßit.*
18. *Quomodo poſitio in mutuo & reſponſio ad eandem formari debeat.*
19. *Poſitioni duplici & incertæ, an & quomodo reſpondeatur.*
20. *Reſponſio conditionalis, & qualificata eſt nulla.*
21. *Ex poſitione negata non poteſt ſe quis fundare, niſi negatio reuocata.*
22. *Talis intelligitur reſponſio, qualis interrogatio.*
23. *Ita reſponſio interpretanda, ne reſpondens incidat in contrarietatem.*
24. *Non intelligitur perſona repetita, quando ex ea reſultat magnum præiudicium.*

PORRÒ oblato libello, receptoq; illius exemplo, vt dictum eſt, reus incontinenti terminũ ad dicendum contra libellum, aut reſpondendũ eidem ſibi concedi petet, quem ſi iudex concedere nolit, proceſſus nullius erit momenti, quia dùm petitur eſt de ſubſtantia iudicij, *Bart. Bald. & Alex. in l. 1. princ. ff. de edend. fac. Auth. offeratur. C. de litis conteſt. Innoc. & Hoſtienſ. in c. 1. ext. de libel. oblat.* (ADDE, *Henning. Goed. Rub. 2. num. 9. & Rub. 12. num. 1*) 1.

C. 23. Dicitur autem terminus deliberatorius, ſiue deliberatio, nam eo durante reus deliberare debet, vtrùm cedere velit, an contẽdere. Et eſt viginti dierũ à tẽpore dati libelli, *auth. offeratur. C. de iud.* Sed tamen iudex poteſt pro qualitate rerũ ac perſonarũ breuioré aut prolixioré terminũ concedere, debet quoq; ſpectari locorũ cõſuetudo, *l. præſi-* 2. 3.

*l. præſides l. oratione ff. de ſer. l. 2. ff. de re iud. & notat in c. 1. ext. de dilat. in lem. ſæpè, de verb. ſignif.* (ADDE Hinc in Curia Colonienſi pro diſtantia cuiuſque loci huiuſmodi terminus concedi ſolet. C Wingler.)

4. Et datur reo petenti duntaxat, non autem actori, quia in poteſtate eius eſt, quando agere velit, & ideò deliberare prius ac de iure ſuo certus eſſe debuit, *l. qui in alterius §. fideiuſſores ff. de reg. Iur.*

« Fideiuſſores quoque (inquit) non minus quam « hæredes iuſtam ignorantiam poſſunt allegare, « hæc ita de hærede dicta ſunt, ſi cum eo agatur, nō « etiā ſi agat, nam planè qui agit, certus eſſe debet, « cum ſit in poteſtate eius, quando velit experiri, & « antè debet rem diligenter explorare & tunc ad a- « gendum procedere. (Adde, *l. petenda C. de tempor. in integr. reſtit.*)

5. Pari ratione & reo denegabitur iſta dilatio, ſi actor vnà cum citatione reo libelli exemplum tranſmiſerit, qui enim eſt certus, amplius certiorari non debet, *l. 1. in princ. ff. de actio. empt.*

6. Hoc igitur termino dato, reus deliberare debet, vtrùm cedere velit, an contendere. Et ſi quidem contēdere voluerit, debebit libello oblato reſpondere, aut cauſam adferre, cur reſpondere non teneatur.

7. Quapropter aduocatus rei conuenti libello accepto, ſingula ipſius verba diligenter penſet, & ſi fortè viderit eum malè conceptum, & cauſam ineptam, actionem uè incompetentem æditam, ſtatim ſine aliqua obiectione conteſtetur litem, quia tunc reus ab impetitione abſoluetur, *l. 1. ff. ſi menſ. falſ. mod. dix. c. examinata ext. de iudic. vide ſuprà ſub forma libelli in verb. ſaluo iure addendi, &c.*

8. Si vero libellum obſcurum, vel ſibi contrarium, aut generalem, & incertum inuenerit,

nerit, petet illum tanquam talem reijci, ſeque ab inſtantia judicij abſolui cum refuſione expenſarum, *d. l. 1. §. 1. ſi menſ. falſ. mod. dix. & d. c. examinata.* Caveat verò nè petat libellū obſcurum declarari, ſed dicat ad reſpondendum non teneri, quia nō percipiet actor, qua ex cauſa reus hoc dicat. Et ſi libellum non declaraverit ſuccumbet, *gl. actori. in l. inter ſtipulantem §. ſi ſtichum ff. de verb. obligat.* Quamobrem judex etiam ita pronunciare debet, nō autem decernet libellum debere declarari, quum reus hoc nō petierit, *c. licet Heli. ext. de ſimon. Spec. tit. de libel. concept. §. vlt. verſ. cautus etiam ſis.* (Additio. Eſt quidem hæc cautela Specul. & aliorum Doctorum, ſed ad immortalitatem & protelationem litium tendens, ac proindè ſatis periculoſa, & mihi parum probata. Chriſt. Winzler.) 9.

Nota tamē libellum generalem, ſive incertum in quibuſdam caſibus rectè admitti, nempe in actionibus vniverſalibus, & generalibus, dictum eſt ſuperiùs, *Tit. ex qua cauſ. naſc. actio.* Item quando incertitudo ex facto adverſarij emergit, *l. 1 §. quia autem & ibi Bart. ff. quor. leg.* Item in obligatione alternativa, in qua debitoris eſt electio, *iuxta l. vbi autem non apparet. §. qui illud aut illud ff. de verb. oblig.* Itē quando in poteſtate debitoris eſt, vtrùm rem, vel intereſſe ſoluat, quod regulare eſt in obligationibus (vt vocant) facti, & rem tradi, *l. 1. in princ. cum gl. agitur ff. de action. empt. l. ſtipulationes non dividuntur. ff. de verb. obligationibus.* Item incertitudo circa rem petitam admittitur, quando ad factum agitur, quandoquidem facta incerta ſunt, *d. l. vbi autem non apparet §. qui id quod.* Item in acceſſorijs, veluti fructibus, expenſis, & ſimilibus incerta 10. 11. 12.

petitio ſuſtinetur, §. *vt ſi in rem Inſt. de offic. iudic. l. cum propria. C. ſi quis alteri vel ſibi.* Ad hæc ſi reus ante litem conteſtatam de obſcuritate, contumacitate, generalitate, ſive incertitudine libelli non obiecerit, non propterea vitiabitur judicium *l. vlt. cum gl. C. de anna. except. gl. in magna in l. 1. ff. de edend. c. abbate ſanè, in fin. ext. de ſent. & re iud. lib. 6.* (Adde Gail *lib. 1. obſ. 62. quaſi per tot.*) Sed tamen poſtea actor libellum ſuum declarare debet, quandocunque judex vel adverſarius id petierit, *d. l. vlt.* Certæ enim pecuniæ vel rei ſententia ferri debet, §. *curare & ibi Dd. Inſtit. de actio.* Cæterum ſi advocatus rei conventi libellum aptè conceptum eſſe viderit, eidem reſpondebit ſub hac vel ſimili forma. ADDITIO. In Aula Archiepiſcopali Colonienſi non recipiuntur reſponſiones in ſcriptis, niſi reſpondens vltra quinquè miliaria moretur, aliàs perſonalitèr comparere; & medio juramento reſpondere debet, quod & noviſsima Reformatio Reverendiſsimi Domini Archiepiſcopi probavit *ſub titu. de terminis poſt comparitionem.* Chriſtophor. Wingler.

*Forma reſponſionis ad libellum.*

PROCVRATOR & eo nomine honeſti viri Titij hujus cauſæ Rei reſpondendo cuidam aſſerto libello, pro parte cujuſdam Sempronij civis Lovanienſis actoris exhibito, credit & confitetur, negat atque diſſitetur, quemadmodum ſequitur.

Ad primam particulam, incipientem. Quod tametſi fundus quidam, &c. vſque ad eam particulam, jure dominij, &c. reſpondet ſe credere eſſe fun-

esse fundum quendam vulgò dictum Tusculanum,&c. & alitèr vel amplius non credit.

Deinde ad particulam, Iure dominij, &c. vsque ibi,attamen Titius,&c. respondet quod eam non credit.

Ad particulam verò, attamen Titius, &c. vsque ibi,& fructus ex eo,&c. respõdet, quod eam non credit.

Et præterea ad particulam. Et fructº ex eo,&c. vsque vbi. Et cum sæpius, &c. respondet se eam sic satis credere.

Insuper ad particulam. Et cum sæpius,&c. vsque ibi. Quare cum præmissa, &c. respondet se credere, quod ea, quæ hic petuntur optimo jure facere recusaverit & recusat.

Et postremò ad clausulam recognitionis respondet, quod eam credat de creditis tantum, de non creditis verò minimè. (Additio. Eodem & faciliori modo respondetur ad articulatum libellum cum designatione articulorum ad quos, &c. *vt infrà in forma respons. ad positiones.* Christ. Winzler.)

Insuper notandum quod vbicunque est facta confessio sub illa protestatione. Confiteor & nõ aliter, nec alio modo, nunquam ex tali modo reus potest cõdẽnari, nisi aliud probetur, quemadmodũ nec ex ea confessione, sive responsione, quæ emanat præmissa negativa, sive in civilibus, sive in criminalibus, vndè si negat se vulnerasse, & occidisse, & si apparebit contrarium, asserat, quod fecerit ad defensionem, vel neget mutuum accepisse, & si contrarium apparebit, dicat se satisfeciisse, quibus casibus sanè condemnari non posset, *Bart. in l. cum de indebito ff. de prob.* 17.

18. Pone enim, quod mihi mutuaveris cẽtum in camera nemine pręsente, quæ etiam tibi reſtitui nemine præſente, tu facis poſitionem, quod mihi mutuaveris centum, quæritur, quomodo erit mihi ad hoc reſpondendum? puto quod ſi pars opponat, judex non debet admittere ita generaliter iſtam poſitionem ad obviandum calumnijs, ſed debet ponere hoc modo. Mutuavi tibi centum quorũ mihi es debitor, *Imol. prout refert & ſequitur Genn. in c. cupientes in princ. num. 6. de elect. libr. 6.* Si autem Iudex admitteret tam generalem poſitionem, poſſet reus ſic reſpondere, quod non accepit mutuò aliquid, propter quod ſit ejus debitor, & debet admitti talis reſponſio. (ADDITIO. Quinimò ſimpliciter hanc poſitionem negari poſſe, tenet Covar. lib. 1. var. reſolut. cap. 2. num. 4. C. 23.)

19. Quando verò poſitio eſt duplex vel incerta, tunc adverſarius poteſt reſpondere dupliciter, vel incertè, *l. vt reſponſum. C. de tranſact.* adde quod tali poſitioni non cogitur quis reſpondere, *gl. in c. 2. de confeſſ. lib. 6.* ſi tamẽ reſpondeat abſque oppoſitione, actor hujuſmodi reſponſione non relevabitur. Quod ſi debens reſpondere ſimpliciter,

20. reſpondeat conditionaliter, vel cum qualitate, ita actus eſt nullus, vt judex non debeat pati, quod reſpõſio ſcribatur in actis. *Bald. in c. dudum. 2. num. 35. de elect.* Si aliquis negavit poſitionem, non po-

21. teſt ſe fundare ſuper ea *c. ex eo de reg. Iur. lib. 6.* Sed incontinenti poſsit negationem revocare, & in ea ſe fundare *Angel. in l. 1. §. ſi quis ſimpliciter. num. 3. ff. de verb. obligation.* Secus ex intervallo, niſi ſub prætextu erroris, *Bart. in l. poſt legatum verſum. quæro adverſarius, ff. de his quibus. vt indig.* (ADDE. eundem

Digitized by Google

eundem ibidem, an & quando producens instrumẽtum possit ipsemet impugnare, item an & quando negãs & impugnans aliquid possit se ex eo fundare.)
Talis intelligitur responsio, qualis præcessit interrogatio, *Bart. in d. l. 1. §. si quis in 1. opposit. fact. l. si defensor. §. qui interrogatus. ff. de interrogat. action. l. quæro §. fin. ff. de edilit. edict.* Quod verum est, quoad substantiam, non vt censeantur repetitæ qualitates. Secundò intellige & limita, quando in positione esset aliquod extrinsecum & impertinens, vel adiectum causæ demõstrationis. Tertiò limita, vt in dubio responsio interpretetur, nè respondens incidat in contrarietatem, & nè adversetur alijs per se dictis, etiamsi talis interpretatio non conveniret in totum interrogationi, *secundum Corn. cons. 108. num. 16. vol. 1.* Quartò limita, vt quando ex tali interpretatione resultaret magnum præjudicium parti, nunquam in responsione censeatur repetita persona, de qua positione Bart. & Baldus. *num. 2. in l. 1. C. de diverf. rescript.*

22.

23

24.

Primæ partis Ordinis seu Processus judiciarij, quæ dispositiva dicitur,

FINIS.



Digitized by Google

# SECVNDA PARS PROCESSVS IVDICIARII QVÆ DECISIVA APPELLATVR.

## De litis conteſtatione.

## TITVLVS XXVII.

1. *A litis conteſtatione iudicium capit initium.*
2. *Litis conteſtatio quid ſit.*
3. *Reus malens contendere, quàm cedere, debet litem conteſtari.*
4. 6. *An reus reſpondendo litem conteſtetur, actore tacente, vel abſente.*
5. *Dato libello, de animo actoris ſemper conſtat.*
7. *Temporis interuallum non vitiat litis cõteſtationem.*
8. *Ad litis conteſtationem non requiruntur verba,* Dicõ narrata prout, &c.
9. *An proteſtatio impediat litis conteſtationem.*
10. *Quali reſponſione, & quibus verbis inducatur litis conteſtatio.*
11. *Magis recepta opinio, ſufficere reſpõſionem per verbum Credo, vel non Credo.*
12. *Quibus verbis in Curia Colonienſi lis conteſtetur.*
13. *Actoris conditio per litis conteſtationem fit melior, & rei deterior.*
14. *Per litis cõteſtationem ſubijcitur reus iudici, & obligatur actori.*
15. *Reus nolens litem conteſtari, patitur pœnas contumaciæ, non*

Digitized by Google

*maciæ, non diffinitivam.*

16. *Communis ſententia, quod quis præcisè ad litis conteſtationem compelli poſſit.*
17. *Quando poteſt in contumaciam procedi ad diffinitivam, poteſt etiam lis haberi pro conteſtata.*
18. *Ex ordinatione Cameræ & Reverendiſſimi Colonienſis pro arbitrio actoris procedituur ad miſſionem in bona, aut diffinitivam.*
19. *Ad perpetuandam actionem, & interrumpendam præſcriptionem habetur lis pro conteſtata, quando per actorem non ſtat.*
20. *Effectus litis conteſtationis reſpectu Rei.*
21. *Effectus litis conteſtationis reſpectu actoris.*
22. *Effectus litis conteſtationis reſpectu procuratoris.*

QVAE hactenus in prima hujus proceſſus judiciarij parte diximus, præparatoria ſunt ad judicium. Quæ verò in hac parte tractãtur, ad iudicij ſeu litis inchoationem & deciſionem reſpiciunt, *Innoc in c. cauſam. 1. ext. de teſtib.* à litis namque conteſtatione judicium propriè exordium ſumit, *c. ext. parte. 2. in fine. de verbum. ſignificat. gl. litis exordium in c. ſuper quæſtionum ext. de officium iudic. delegat. l. amplius. ff. rem ratio. hab.* (Adde *Gail. lib. 1. obſ. 74. per tot.*) Eſt autem litis conteſtatio fundamentum judicij, per petitionem actoris, in jure propoſitam & congruam rei reſponſionem ſequutam, animo conteſtandi litem conſtitutum, *Hoſtienſis in ſumma eodem titulo.* 2.

OBLATO per actorẽ libello, ſi reus acceptis inducijs deliberatorijs cõtendere quã cedere maluerit, 3.

*Quando fiat litis conteſtatio.*

luerit, cogitur actoris petitioni per ſe, vel procuratorem reſpondere, & ita litē conteſtari, priuſquā ad vlteriora in cauſis figuram judicij requirentibus procedi poſsit, *c. quoniam frequenter ext. vt lite non conteſt.*

4. *Quando litis conteſtatio fiat.*

SI petente actore reum ad reſpondendum libello cogi, reus in termino ſibi ad hoc præfixo reſpondeat, fit litis conteſtatio, etiamſi actor præſens tacuerit, aut etiam tempore reſponſionis abſens fuerit, *ſecundum Dom de Rota. deciſ. 354. quæ eſt deciſ. 6. ſub titul. de litis conteſtat. incip. ſi dato libello, &c. in novis,* quibus ſubſcribunt Ant. de But. Panorm. *num. 7. Felin. num. 4. & alij in c. vnico ext. de litis conteſtat.* Non obſtat, quod conteſtatio dicatur quaſi vtrinque atteſtatio, & ſic videatur ſimul & eodem tempore debere concurrere petitionem actoris & reſponſionem

5. rei, *l. conſenſu ff. de action. & obligat.* Quia ex quo actor dato libello in eo perſiſtit, ſemper conſtat de animo litigandi, maximè quando perſeverat in petitione, vt reus cogatur ad reſponſionem, quare cum reus hujuſmodi petitioni reſpondet, ſtatim indicitur litis conteſtatio, & dicitur fieri ſimul & eodem tempore, propter concurſum animi vtriuſque partis. Sequi-

6. tur ergò primò, litis conteſtationem poſſe etiam fieri abſente actore. ADDITIO. Marant. autem *part. 1. 6. part. principali memb. 10. num. 8.* cum Bald. requirit ambarum partium præſentiam, ſed prius probat Rot. *d. deciſ. 354. al. 6. de litis conteſt. in not.*) Secundò, tē-

7. poris intervallum inter oblationem libelli, & rei reſponſionem non vitiare litis conteſtationem, licet

nem, licet ſecus voluerit Bart. *verſ. quæro ſecundò*, & alij quidam, *in l. vnica C. de litis conteſt.* Tertiò. ad inducendam litisconteſtationem opus nõ eſſe per actorem exprimi hæc vel ſimilia verba. Dico narrata prout narrantur in libello meo fore vera, & petita prout petuntur in eodem fieri debere animo litem conteſtandi, *ſecundum Anth. de But. Card. Panormit. & Dd. in d. c. vnica.* ADDE Quia in dubio præſumitur reſponſio facta animo litem conteſtandi, *Menoch. lib. 2. præſumpt. 30. per tot.* ſi nõ de contrario proteſtatum fuerit, tunc enim non cenſebitur lis conteſtata *Caſtrenſ. in d. l. vnica num. 7. vbi & Sichard. num. 5. & ſeq. C. de litisconteſt.* niſi iudex iam ante iuſſiſſet litem conteſtari. *Myſing. cent. 3. obſ. 9. & 74.* C. ☞ Licet actor eiuſmodi verba in foro eccleſiaſtico ferè ſemper exprimere ſoleat. (Adde *his Gail. lib. 1. obſ. 73.*) Quali autem reſponſione reus dicatur litem conteſtari diſpiciendum eſt. Et quidem ita diffiniri poteſt, reum poſſe particulatim vel etiam ſummatim ad totũ libellum (vt ferè fit) reſpondere, dicẽdo, narrata prout narrãtur in libello actoris nõ fore vera, & petita prout petuntur in eodem fieri non debere, animo litẽ conteſtandi, vel etiam ſufficiet, ſi horum alterum neget, putà, vel narrata in libello, quia per conſequens etiam petita negata videntur, vel petita ſolum in libello fieri non debere, *arg. l. illud ff. de acquir. hæred. Innoc Hoſtienſ. Panor. Ioan. de Imol. Bald. & Dd. in d. c. vn. ext. de lit. conteſt.* (ADDE *Caſt. in d. l. vnica num. 4. vbi & Sichard. num* 8. quod ita communiter Legiſtæ. C. ☞.) An autem ſufficiat reſpondere per verbum credo, vel non credo, & quidem cũ per ea verba ferè libello reſpõderi ſoleat, magis recepta eſt opinio, ſufficere, *Anth. de But. Panor.* 8. 9. 10. 11.

*num. 27. Ioan de Imol. & Felin. num. 21. in d. c. vnico ext. eodem tit.* vbi de his plura vide per eosdem & Dd. *in d. l. vnica.* Hoc tamen nota, etiam per responsionem ad libellum positionalem fieri litis contestationem, per rationem gl. vnicæ *in d. c. vnico in verſic.* & potest ratio assignari à sensu contrario. ADDITIO. In Curijs Colonien-
12. sibus solent procuratores actoris sub his ferè verbis litem contestari & iurare de calumnia vnico contextu. Salua latiore additione & declaratione, super libello partis meæ contestor litem affirmativè, super exceptionibus & defensionibus partis aduersæ negatiuè. Et credo partem meam iustam agendi causam habere. Sic me Deus adiuuet & sancta eius Euangelia. Pro parte rei Super exceptionibus & defensionibus partis meæ contestor litem affirmatiuè, super libello partis aduersæ negatiuè, & credo partem meam iustam opponendi causam habere, Sic,&c. Quo facto statuitur terminus ponendi & articulandi, dilatio probandi de iure debita, decernitur Citatio contra Testes, Compulsoriales contra habentes iura, prout hæc vsus docebit. Aliam formam litis contestationis inuenies in Reformat. *sub tit. de procur.* serua quam vis, quia non in re sed verbis differentia, quæ substantiam immutare non solent. Christophor. Wingler.

13. CONSVLTVM est actori, vt ad litem conte-
*Annotatio.* standam properet, quia ex tunc fit melior eius conditio, *l. in minorum. C. in quib. caus. in integ. restit. non est neces. l. videamus. ff. de vsur. l. nemo enim persequendo ff. de reg. Iuris. l. 1. C. de iudic.* Reus autem vt quantum potest. (Adde, absque calumnia tamen) litis contestationem fugiat, quia per eam clauditur via multis allegationibus & diffugijs, *l. apertissimi. C. de iudic. l. nemo. C. de Iuris. om. iudic. l. ut*

*iudic. l. ita demum. C. de procur. l. vbi cœptum, ff. de iudic.* & per eam ſubijcitur reus iudici, & obligatur actori, *l. neque. C. de procur. l. ædiles §. item ſciendum ff. de ædil. edict. not. c. inter monaſterium, ext. de ſent. & re iudic.* Si tamen reus iuſſus nolit conteſtari litem, lis non habetur pro conteſtata, vt procedi poſsit ad diffinitiuam, ſed patietur alias pœnas contumaciæ, *ſecundum Anthon. But. Io. de Imol. & Dd. in c. vnico ext. de. litisconteſt. Angel. Paul. num. 8. Salyc. & Dd. in l. vnica. C. eodem.* ADDE *gl. verb. locum habet in Auth. Qui ſemel. C. Quom. & quan. Iudic.* quam *ibi* notabilem dicit Bartol. vtpotè per quam multis iuuenibus aduocatis verecundiam fecerit, Communis tamen eſt concluſio ſi verè refert Marant. *in ſuo ſpecul. memb. 10. num. 9.* poſſe quem præcisè per capturam pignorum, aut perſonæ ad litis conteſtationem compelli, quod & Caſtrē. tenet *in d. Auth. Qui ſemel num. 14. & in d. l. vnica, num. 8. C. de litisconteſt. & in l. 2. §. quod ſi actor. num. 5. C. de iureiur. propt. calum. per text. in l. 1. §. quid ergo ff de vent. inſpic.* quæ hoc non obſcurè probat, eo præſertim caſu, quo aduerſarius vrgeat, aut cauſa miſsionem in bona non patiatur, certè ad litisconteſtationem compellendus erit refractarius, aut lis pro conteſtata habenda, cum & hoc poſtremo caſu lite non conteſtatâ, ad diffinitiuam procedi valeat, *Bart. in Auth. in omnes. C. Si mut. ab hæred. abſt in.* prout in cauſa appellationis, de qua inf. *titul. 46. num. 9.* & quandocunque actor, & non reus abeſt, *text. in c. cauſam quæ ext. de dol. & cont. d. Auth. Qui ſemel.* quia maior eſt contumacia actoris quam Rei, *gl. d. c. cauſam quæ.* quod & abſente reo admittendum putarem, quando poſt comparitionem in iudicio factam, iudex iuſſerit litem conteſtari, ipſe verò contumaciter ſeſe abſentârit, & litem conteſtari detrectârit, ſecus quam ſi reus in iudicio nunquam comparuerit, *arg. c. final. ext. de conſſ. in 6.* Etſi ex ordinatione Cameræ, *part. 3. cap. 43. §.* Wo aber ꝛc.

14. 15. 16. 17. 18.

detur

*num. 27. Ioan de Imol. & Felin. num. 21. in d. c. vnico ext. eodem titul.* vbi de his plura vide per eoſdem & Dd. *in d. l. vnica.* Hoc tamen nota, etiam per reſponſionem ad libellum poſitionalem fieri litis conteſtationem, per rationem gl. vnicæ *in d. c. vnico in verſic.* & poteſt ratio aſsignari à ſenſu contrario. ADDITIO. In Curijs Colonienſibus ſolent procuratores actoris ſub his ferè verbis litem conteſtari & iurare de calumnia vnico contextu. Salua latiore additione & declaratione, ſuper libello partis meæ conteſtor litem affirmatiuè, ſuper exceptionibus & defenſionibus partis adverſæ negatiuè. Et credo partem meam iuſtam agendi cauſam habere. Sic me Deus adiuuet & ſancta eius Euangelia. Pro parte rei. Super exceptionibus & defenſionibus partis meæ conteſtor litem affirmatiuè, ſuper libello partis aduerſæ negatiuè, & credo partem meam iuſtam opponendi cauſam habere, Sic, &c. Quo facto ſtatuitur terminus ponendi & articulandi, dilatio probandi de iure debita, decernitur Citatio contra Teſtes, Compulſoriales contra habentes iura, prout hæc vſus docebit. Aliam formam litis conteſtationis inuenies in Reformat. *ſub tit. de procur.* ſerua quam vis, quia non in re ſed verbis differentia, quæ ſubſtantiam immutare non ſolent. Chriſtophor. Wingler.

12.

13. *Annotatio.* CONSVLTVM eſt actori, vt ad litem conteſtandam properet, quia ex tunc fit melior eius conditio, *l. in nimorum. C. in quib. cauſ. in integ. reſtit. non eſt neceſſ. l. videamus. ff. de vſur. l. nemo enim perſequendo ff. de reg. Iuriſd. l. 1. C. de iudic.* Reus autem vt quantum poteſt. (Adde, abſque calumnia tamen) litis conteſtationem fugiat, quia per eam clauditur via multis allegationibus & diffugijs, *l. apertiſſimi. C. de iudic. l. nemo. C. de Iuriſd. om. iudic. l. ita*

*iudic. l. ita demum. C. de procur. l. vbi cœptum, ff. de iudic.* & per eam subijcitur reus iudici, & obligatur actori, *l. neque. C. de procur. l. ædiles §. item sciendum ff. de ædil. edict. not. c. inter monasterium, ext. de sent. & re iudic.* Si tamen reus iussus nolit contestari litem, lis non habetur pro contestata, vt procedi possit ad diffinitiuam, sed patietur alias pœnas contumaciæ, *secundum Anthon. But. lo. de Imol. & Dd. in c. vnico ext. de. litisconteſt. Angel. Paul. num. 8. Salyc. & Dd. in l. vnica. C. eodem.* ADDE *gl. verb. locum habet in Auth. Qui semel.* C. *Quom. & quan. iudic.* quam *ibi* notabilem dicit Bartol. vtpotè per quam multis iuuenibus aduocatis verecundiam fecerit, Communis tamen est conclusio si verè refert Marant. *in suo specul. memb. 10. num. 9.* posse quem præcisè per capturam pignorum, aut personæ ad litis contestationem compelli, quod & Castrē. tenet *in d. Auth. Qui semel num. 14. & in d. l. vnica. num. 8.* C. *de litisconteſt. & inl. 2. §. quod si actor. num. 5.* C. *de iureiur. propt. calum. per text. in l. 1. §. quid ergo ff de vent. inſpic.* quæ hoc non obscurè probat, eo præsertim casu, quò aduersarius vrgeat, aut causa missionem in bona non patiatur, certè ad litisconteſtationem compellendus erit refractarius, aut lis pro contestata habenda, cum & hoc postremo casu lite non contestata, ad diffinitiuam procedi valeat, *Bart. in Auth. in omnes.* C. *Si mut. ab hæred. abſt in.* prout in causa appellationis, de qua inf. *titul. 46. num. 9.* & quandocunque actor, & non reus abest, *text. in c. cauſam quæ ext. de dol. & cont. d. Auth. Qui semel.* quia maior est contumacia actoris quam Rei, *gl. d. c. cauſam quæ.* quod & absente reo admittendum putarem, quando post comparitionem in iudicio factam, iudex iusserit litem contestari, ipse verò contumaciter sese absentârit, & litem contestari detrectârit, secus quam si reus in iudicio nunquam comparuerit, *arg. c. final. ext. de conſ-ff. in 6.* Etsi ex ordinatione Cameræ, *part. 3. cap. 43. §.* Wo aber ꝛc.

14.

15.

16.

17.

18.

detur

detur ſtatim in principio litis actori electio agendi ad bannum, miſsionem in bona, aut ſententiam diffinitiuam in principali. *Gail. lib. 1. obſ. 80. Mynſing. cent. 4. & 71.* Idem ex ordinat. ſiue Reformatione nouiſſima Reuerēdiſsimi Archiepiſcopi & Electoris noſtri *ſub tit. de Contumacia.* Chriſtophorus Winzler.

19. Ad perpetuandam tamen actionem & præſcriptionem interrumpendam lis habebitur pro conteſtata, ex qua actor ſummâ ope niſus voluit litē conteſtari, *arg l. ſi eum §. vlt. in fin. ff. quis caut. ſecundum Paul. de Caſt. vbi ſupra num. 8.*

20. *Quis ſit litisconteſtatione effectus.*

Effectus litis conteſtationis, quod ad reum attinet, eſt, quod poſt eam iudicem non recuſat, *d. l. nemo.* Item quod nullam exceptionem dilatoriam obijcere poſsit, *d. c. inter monaſterū d. l. apertiſſimi.* Item quod eo, qui vim intulit vel deliquit defuncto, ſucceſſores eius inſolidum, aliòquin in quantum ad eos peruenit, conueniri poſsint, *l. vnic. C. ex delict. defunct. in quant. hæred conueni.*

21. Actor verò per litisconteſtationem cōſequitur, quod omnis actio perſonalis perpetuetur, id eſt, vt vſque ad quadraginta annos extendatur, & tranſeat ad hæredes, *l. vlt. C. de præſcript. 30. vel 40. anno.* excepta actione de dolo, quæ non perpetuatur per litis conteſtationem *l. vlt. C. de dolo.* Item quod interrumpatur omnis longi temporis præſcriptio *d. l. vlt. & ibi Dd. C. de præſcript. 30. vel 40. anno.* Item quod maior reſpectus habeatur vſurarum intereſſe & fructuū, *l. certum. C. de rei vend.*

22. *l. lite ff. de vſur.* Procurator etiam ex litis conteſtatione id conſequitur, vt dominus litis dicatur, & liberè procuratorem ſubſtituere poſsit, *c. 1 §. 1. ext. de procur. lib. 6.* Item quod mandatum reuocari

cari non posit, nisi certis ex causis, *l. post litem. cum seqq. ff. de procur. c. quamuis ext. de procur. lib. 6. ext.* Et hæc de litis contestatione dixisse sufficiat. Adde plures effectus litiscontestationis apud Gail. *d. obs. 74. per tot. Menoch. lib. 2. præsumpt. 31. & præs. vlt. per tot.*

## De Iuramento calumnia.

## TITVLVS XXVIII.

1. *Litigantes non audiuntur, nisi de calumnia prius iurauerint.*
2. *In qualibet iudicij parte de calumnia iuratur, si in exordio non fuerit iuratum.*
3. *Calumniari & calumnia quid sit.*
4. *Iuramentum calumniæ est credulitatis.*
5. *Quinque capita iuramenti calumniæ quæ sub se comprehendit.*
6. *Quatuor versiculi capita iuramenti calumniæ continentes.*
7. *Quomodo & quibus verbis iuretur de calumnia.*
8. *Iuramentum calumniæ per principales personas præstatur.*
9. *Procurator iurat in animam propriam, & partis.*
10. *Administratores nomine suorum principaliū iurant.*
11. *Nolentes iurare de calumnia cadunt causa.*
12. *Pœna non iurantis non procedit in beneficialibus & criminalibus.*
13. *Pœna non committitur ipso iure, neque ad hæredes transit.*

Facta

1. FACTA verò coram iudice litis conteſtatione, non aliter actori vel reo ſuis allegationibus vti permittitur, niſi ſacramento propter calumniam dato, ſtatim ergò poſt litem conteſtatam iuratur de calumnia vitanda, *c. 1. c. cum cauſam, ext. de iuram. calum. l. 2. in princ. C. de iureiur. propt. cal. dan.* Si tamen in primo litis exordio non
2. iuretur, poterit poſtmodum in qualibet parte litis iurari, *c. 1. in princ. de Iuram. cal: lib. 6.* & ſemel tantum in tota lite. Calumniari autẽ eſt falſa crimina intendere, *l. 1. in princ. ad Turpil.* vel per me-
3. ras fruſtrationes negocium differre, vel per fraudem alios litibus vexare. Indè & calumniatores appellati ſunt, qui per fraudem & fruſtrationem alios vexarent litibus, *l. ſi calumnietur ff. de verb. &*
4. *re. ſignif.* Inde & calumnia dicta eſt, illa fruſtratio & vexatio litibus facta, quæ vt reſtringatur, & veritas cauſæ manifeſtetur, & calumnioſa petitio & defenſio euitetur, introductum eſt huiuſmodi calumniæ iuramentum, vtraque igitur pars iurat de calumnia vitanda, & non quod ſciat, ſed quod credat ſe iuſtam cauſam fouere. Eſt autem hoc iuramentum non de ſcientia, ſed de credulitate, & idcircò nullus poterit conqueri, quod compellatur deierare.

5. PRIMO igitur iurabit actor animo calumniandi ſe litem non mouiſſe, *d. l. 2. & auth. meſto ſacramentum C. de iureiur. propt. calum.* Reus verò iu-
*Capita iuramenti calumniæ.* rabit quod putans ſe bona vti inſtantia ad reluctandum venerit, *d. l. 2. §. ecce enim iusurandum. Inſt. de pœn. tem. lit.* Secundò, vtriuſque adijcitur ſacramẽto, quod interrogati non negabunt, quod verum

verum esse credant, *d. auth. in isto.* Tertiò, quod nullam in tota lite calumniosè exigant ab aduersario probationem, sed nec ipsi vtentur scienter falsa probatione, *l. 1. C. eod. tit.* Quartò, quod dilationem non petent in fraudem, ad protelationem causæ. Quintò, quod nihil iudici vel alij pro hac causa vel promiserint, vel dederint, vel donare postmodum velint ad victoriam causæ obtinendam, nisi illis personis, quibus leges dare permittunt, vt aduocatis & exequutoribus, *d. l. 2. & auth. principales. C. eod. tit. desumpta ex auth. vt litig. iurent. in princ. § 1. col. 9.* Adde, *gl. verb calūniæ iuramentum in c. 1. ext. d. tit. & verb. existimat in l. 2. §. quòd obseruari C h. t.* & hos versus *ibi* recitatos. 6i

Illud iuretur, quod lis sibi iusta videtur.
Et si quæretur, verum non inficietur.
Nil promittetur, nec falsa probatio detur.
Vt lis tardetur, dilatio nulla petetur.

Et quanquã deberent huiusmodi capita iuramẽti partibus priusquam iurent, sigillatim proponi, *arg. c. quanquam 23. distinct. c. si aduersus. ext. de hæret.* tamen hoc ferè non obseruatur, partes enim vel earum procuratores ferè iurant sub hac forma. Præsto iuramentum de calumnia, cum omnibus suis capitulis, vel, Credo me iustam agendi vel opponendi causam habere, *vt tit. præced. num. 12.* sic me Deus adiuuet & hęc sancta eius Euangelia, vix animaduertentes, quænam sit vis iuramenti, aut capitulorum eius. 7.

8.

Debet autem iuramentum calumniæ regulariter præstari per principales personas. Primò, quidẽ ab actore, & postea à reo, *l. 2. §. 1 & 2. & auth.* *A quibus sit iurandũ de calumnia.*

*principales C. eodem. tit. c. 3. c. cæterum ext. eod. tit.*

9. Procurator etiam habens mandatum ſpeciale, iurare poteſt de calumnia in animam partis ſuæ, *c. pen. ext. de iuram. cal. & c. vlt. eod lib 6.* Adde, *Gail. lib. 1. obſ. 83.* Quinimò & in animam propriam iurare debet, ſi requiratur, *c. 2. d. tit. in 6. Dom. de Rota deciſ. 37. & 40. inno.* & ſi iurare nolit ſubmo-

10. uetur à perſequutione cauſæ. Inſuper tutores & curatores in cauſis, quas agunt nomine minorũ iurabunt, prout & œconomus, ſyndicus, actor, & procurator vniuerſitatis nomine ſuorũ principaliũ *l. 2. §. quod obſeruari. & auth. principales C. eod.*

11. POENA nolentium iurare de calumnia hæc

*Pœna iurare nolentis de calumnia.*

eſt, vt actor ab inſtantia & inſtituta actione, quaſi improbus litigator cadat, *d. l. 2. §. quod ſi actor C. de iureiur. propt. calum.* Reus verò habetur pro confeſſo & condemnationem patitur per iudicis ſententiã, *d. §. ſin autem reus. in d. l. 2. vlt. in fine ext. eod.*

12. ADDITIO, Sed hæc pœna non habet locum in cauſis beneficialib⁹, ne exindè detur vitioſus ingreſſus, neque in criminalibus, in quibus non fictæ ſed luce meridiana clariores probationes requiruntur, *Caſt. in l. 2. §. quod ſi actor num. 5. C. de iureiur. propt. calum.*

13. *vbi & alij*, neque ipſo iure committitur, neque ad hæredes tranſit, niſi ſententia declaratoria interuenerit, *Gail. obſ. 86. lib. 1. per tot.* Chriſt. Wintzler.

De poſi-

# De positionibus & articulis.

## TITVLVS XXIX.

1. *Actor negata libelli probare debet.*
2. 6. *In quem finem vsus positionum inductus.*
3. *Quando statuatur terminus ponendi & articulandi in Curia Colonienſi.*
4. *Poſitio & articulus quid.*
5. *Quomodo articuli aliàs vocentur.*
7. *Articuli quare fiant.*
8. *Ponens dicitur fateri, non articulans.*
9. *Quid differant poſitiones ab interrogationibus.*
10. *Poſitiones fiunt à partibus hinc inde.*
11. *Quandocunque poſitiones fieri poſſunt.*
12. *Super quibus ante litis conteſtationem concipiuntur.*
13. *Super principali non fiunt ante litem conteſtatam.*
14. *Super quibuslibet dubijs poſſunt fieri poſitiones.*
15. *Poſt terminum exhibendi omnes probationes non admittuntur poſitiones.*
16. *Conſultum ante probationes exhibere poſitiones.*
17. *Quibus verbis poſitiones fieri debeant.*
18. *Interrogans non cenſetur fateri.*
19. *Poſitiones quid continere debeant.*
20. *In conceptione poſitionum, & articulorum libellus præ oculis habendus.*
21. *Super eis, quæ in libello non continentur, non dicitur lis conteſtata.*
22. *Poſitiones frequentius relevant probare debentem.*
23. *Poſitiones in cauſa mutui.*
24. *Poſitiones in principali, cui reſiſtitur, iuvant.*
25. *Forma poſitionum in actione reali.*
26. *Dominium transfertur à Domino, vſucapiendi con-*

*ditio à non domino.*

27. *Arræ dantur in signum emptionis contractæ.*

28. *An licitum datis arris recedere & pœnitere in contractu emptionis.*

29. *Quid sentiendum de vsu Germaniæ* deß Gottshalers oder Weinkauffs.

30. *Ad præscriptionem requiritur continua possessio.*

31. *In actione reali requiritur possessio ex parte rei.*

32. *Quid probandum, vt quis obtineat in actione reali.*

33. *Positiones in scriptis iudici offerendæ, & in quem finem hoc.*

1. POSTEAQVAM ergò lis contestata est, & juramentum de calumnia præstitum, actor ea, quæ suo libello complexus est, & per reum negata sunt, probare debet, *l. doce ancillam. C. de rei vend. l. ei qui dicit. ff. de probat. l. actor. C. de probat. l. qui accusare. C. de edend.* Et in judicio nulla commodior
2. probatio esse potest, quam propria alicujus confessio, ad quam ab adversario depromendam, vsus positionum & articulorum inductus est, quarum confessione fortassis sequuta, non sit vlterius laborandum, *c. præterea. ext. de transaction. Doctor. in c. 1. & 2. de confess. libr. 6.* Idcircò optimo ordine post juramentum de calumnia, terminus ad faciendum positiones prægitur, & positiones per actorem exhibentur. ADDITIO.
3. Sed coram Domino Officiali Colonienſi cum libellus articulatim plerumque proponi, & ad ſingulos articulos ſimpliciter & cathegoricè reſponderi ſoleat, hic terminus ponendi prout & articulandi viva voce ſervatur, & loco ejuſdem articuli, libelli repetuntur, idque gratia litium & foliorum contrahendorum, *Henning. Goed. Rub. 14. num. 3.* ſic & in Camera,

mera, *vide Gail. lib. 1. obs. 79. num. 2. & plenius suprà. titul. 7. num.* 29. Christophorus Wingler.

Positio est brevis verborum formula, mẽtem ponentis continens ad veritatem ab adversario eliciendam concepta, vel est alicujus particularis rei ad causam pertinentis assertio, *Bartol. in l. 2. §. quod observari, vers. quid est positio. C. de iureiur. propter. calumnia.* Articulus verò dicitur pars intentionis continens id, quod actor probare intendit, *c. præsentium §. testes cum gl. articulis de testib. libr. 6.* vocantur etiam interdum capitula *c. fraternitatis. c. causam quæ. c. per tuas, ext. de testibus.* Interdum etiam assertiones, *c. ex parte. ext. de testib.* Positio autem ideò datur, vt responsione rei ad eam sequutâ, actor ejus confessione relevetur ab onere probandi, *d. c. 1. de confess. libr. 6.* Articuli verò ideò, vt si reus respondendo positionibus, neget easdem in totum vel in parte, possit actor negatas positiones, in quantum sunt articuli, probare per testes, quia positiones negatæ succedunt in locum articulorum, super quibus testes examinandi sunt. Differunt autem positiones ab articulis, quod positionem faciens dicatur confiteri id, quod ponit, *l. cum precum. C. de lib. causa.* Secus est in articulante, quia non videtur fateri id, quod ponit in articulis *c. vltimo. cum gl. de iureiur. libr. 6. & ibi Io. And. in novella in princip. & Io. de imol.* Adde *Gail. d. obs. 79. num. 6. & seqq. Marant. part. 2. 6. part. princip. act. 4. num. 6. & 7. Castrens. in Auth. in isto sacramento, num. 3. C. de iureiur. propter. calumnia.* Christoph. Wingler. Differunt verò positiones ab interrogationibus,

4. *Quid sit positio, quid articulus.*

5.

6.

7.

8.

9.

nam quod in positionibus simpliciter & assertivè ponitur, in interrogationibus interrogativè exprimitur. (ADDE. Loco harum interrogationum vtimur hodiè positionibus, *secund. Henning. Goed. Rub. 14. num. 6.* Christophor. Winzler.

10. *Quis positiones formare possit.*

POSITIONES fiunt ab vtraque parte hinc & inde, *c. vnico. ext. de litis contest. c. dudum. 2. §. partibus, ext. de elect.* nam succedunt vt diximus, loco probationum, & constat reum quandoque onerari probatione, putà in exceptionibus, in quibus fit actor, *l. 1. ff. de exception.* Item secundum communem consuetudinem, format positiones advocatus causæ, sicut etiam libellum format, seu concipit, & parti seu ipsius procuratori exhibendas porrigit.

11. *Quãdo faciendæ sunt positiones.*

FIERI autem possunt ante & post litis contestationem, quandocunque & vbicunque probatio admittitur, quum probationis loco succedãt, *not. in c. 1. & 2. de confess. libr. 6.* ante litis contestationem super exceptionibus dilatorijs, quæ tunc debent probari, *l. exceptionem, vbi Dd. C. de probat. d. c. vnico ext. de litis contest. d. d. dudum 2. de election.* Et similiter in casibus, in quibus testes lite non contestatâ recipiuntur, quos enumerat gl. 1. *in c. quoniam frequenter, ext. vt lite non contestat.* (Adde *Gail d. obs. 79. num. 4. & 5.*) Super principali negotio verò regulariter ante litis contestationem non fiunt positiones, *l. 1. ff. de interrogat. action. c. 2. de confess. libr. 6.* & si fierent, reijci deberent, vt & probationes, *c. 1. & d. c. quoniam vt lite non contestat.* Et brevitèr super quibuslibet dubijs fieri possunt

12.

13.

possunt positiones, & interrogationes, vsquequò fuerit concluſum in cauſa, etiam publicatis atteſtationibus, ſicut fit in inſtrumentorum productione, *c. cum dilectus. ext. de fide inſtrument.* quia in inſtrumentis & poſitionibus non timetur ſubornatio, vt in teſtibus. Si tamen ante concluſionem ſit datus terminus ad exhibendum omnes probationes, certè poſt talem terminum non poterunt fieri poſitiones, quum loco probationum ſuccedant. Poterit tamen tum judex ex officio interrogare, non ad partis inſtantiam, quia peremptorium & concluſio partem, non judicem ligant, *c. inter dilectos. ext. de fide inſtrument.* de quo latiùs, *infrà de cauſæ concluſ.* Vnde hoc locò pulchra additur regula, quod quandocunque aliquid intendis probare, priuſquam recipias terminum ad probandũ, facias poſitiones, per quarum reſponſiones fortè liberaberis ab onere alterius probationis. 14. 15. 16.

Et debent verbis aſſertorijs fieri, ſecundum Dom. de Rota, *deciſ. 31. incip. voluerunt & ordinaverunt, quæ eſt deciſ. 3. ſub tit. de ſequeſt. poſſ. & fruct. in novis.* Nam ſicut actor hoc intẽdit, vt ſi quid confiteatur reus, velit ipſe in hoc ab onere probandi ſtatim relevari, ita reo quoque convento prodeſſe debet id, quod aſſerit actor, & aſſerendo confitetur. Obſervanda eſt enim inter actorem & reum æqualitas, *c. non licet. de reg. iur libr. 6.* Si autem interrogaret ſolum actor, nec aliquid aſſereret, nihil videretur confiteri. Quid enim fatetur, qui interrogat? (Adde nihil. *Marant. part. 1. 6. part. princ. memb. 7. num. 6. Rot. d. deciſ. 31.*) & ita multò durior eſſet rei conventi conditio, qui 17. 18.

semper respondendo obnoxius esset confessioni, nunquam aliquod simile relaturus ab actore.

19. Porrò positiones sive articuli solum ea cõtinere debent, quæ ad institutam actionem necessariò requiruntur, & quibus probatis constet intentionem actoris jure locum habere, ac reum conventum esse condẽnandum. Hoc autem, vt fieri possit, positionum dictatorem, naturam propositæ actionis compertam habere oportet, vt si agatur de dominio rei, videdum erit, quænam ad dominij probationem requiruntur, *l. cum res. C. de probat. l. in rem actio. ff. de rei vend. c. licet ext. de probat.* vel si agatur publiciana, videndum, quæ necessaria sint ad obtinendum in publiciana, *l. quicunque*

20. *ff. de public. in rem act.* Hinc est, vt in positionum & articulorum conceptione libellus præ oculis sit habendus, vtpotè ex cujus tenore, deductisque, & ad ea pertinentibus, articuli sunt producendi, & minimè ex eis, quæ in libello non sunt cõprehensa, aut comprehendi omninò non possunt, vel ad illa directè vel indirectè, necessariò vel adminiculativè non faciunt. Et est ratio secund. Egid. de

21. Bellamer *concluſ. Rot. 168.* quia super illis non potest dici lis esse contestata. Nec ad rem pertinet, si quis dicat, nihil prodesse positiones & articulos. Ex quo enim adversarius ea, quæ in libello comprehensa sunt, negavit, vtique & positiones ex li-

22. bello productas negabit. Quia certè frequentius est, vt positiones multum relevẽt probãtem, cum fiant sigillatim, & plus timeri soleat specialis quã generalis injunctio, *c. si adversus. ext. de hæret.* vt

23. ec. e, si fortè à te petam decem, quæ mutuò dedi Titio, cujus hæres es, te verò negante, ponam

quod

quod mutuò dedi Titio decem, quod promisit illa restituere tali die, quod Titius te instituit hæredem, quod mortuus est, quod hæreditatem adivisti vel habuisti. Hæc omnia necesse habeo probare, sed fortè duas primas negabis, reliquas confiteberis, multum ergò me juvat posuisse, fortè etiam, licet resistas, dicens exceptionem pacti, solutionis, vel similem tibi competere, omnes prædictas positiones confiteberis, vnde liquet etiam super principali, cui resistit adversarius, positiones quãdoque multum juvare, vnde pro clariore hujus rei declaratione hanc accipe formam positionum actionis realis, quæ suprà in libello per nos descripto proposita est. 24.

Procvrator & eo nomine egregij viri Sempronij civis Lovanienſis hujus causæ actoris ad omnes fines & effectus sibi partique suæ magis vtiles, & prodesse valentes, dat, facit, & exhibet positiones & articulos infrascriptos, quibus in quantum positiones per partem adversam singularitèr singulis, particulariterque & divisim, per verbum credit, vel non credit, ac aliàs pertinentèr, & in formã juris responderi. In quantum verò articuli, & negati fuerint, in factoque consistant, ficque probatione egeant, se partemque suam ad probandum eosdem admitti petit. Citra tamen onus alicujus superfluæ probationis, de quo protestatur. 25. *Forma positionum.*

In primis ponit & articulat, quod quidam Cajus anno tali, ac ante & post vsque in annum talem, ex justis & legitimis causis tenuit & possedit pro suo fundum quendam vulgò dictum

Tuſculanum, jugerum viginti, conſtitutum in oppido Leodienſ. in campo tali, cui adiacet fundus Seianus ab vna,&c. Hoc verum, ponitque & articulat conjunctim & diviſim.

Poſitio hæc complectitur legitimam poſſeſſionem & titulum ipſius auctoris, à quo actor cauſam habuit.

Secundò ponit & articulat, quod idem Caius anno & die talibus fundum hujuſmodi Sempronio actori hujus cauſæ ementi vendidit centum florenis aureis, hoc verum.

Hoc articulo comprehenditur titulus actoris, quo probato, apparebit dominium in ipſum fuiſſe tranſlatum, ſi Caius, à quo cauſam habuit, domin⁹ fuit, vel ſi dominus nō fuit, ſaltē apparebit illum tranſtuliſſe præſcribēdi conditionē, *l. clavibus ff. de contrah. empt. l. traditio ff. de acquir. rer. dom. l. 1. ff. de public. in rem actio. l. ex empto ff. de action. empt.* 26.

Tertiò ponit verum, quod dictus Sempronius actor numeravit Caio venditori dictos centum florenos aureos, precium fundi empti.

Idem eſt, ſi alio modo ſatisfecit, vel habita ſit fides de precio, *l. quoties. C. de rei vend. §. venditæ verò res, Inſtit. de rer. diviſ.* ADDITIO. Et quia arræ dantur in ſignum, & argumētum emptionis & venditionis contractæ, quò evidentius probari poſsit. *l quod ſæpè, in princ. ff. de contrah. empt. Inſtit. de empt. & vendit. in princip.* hoc ita in hac actione reali ad refricandum teſtium, qui præſentes fuerunt, memoriamarticulari poſſet, quemadmodum in perſonali ex contractu deſcendenti articulari videmus. An autem hujuſmodi arris datis 27.

licitum

licitum sit pœnitere, & à perfecto contractu recedere? communis opinio habet quod sic, in emptore eis perditis, in venditore duplicatis restitutis, *per §. 1. Instit. d. t. l. contractus c. de fide Instrum. l. 2. C. quando ab empt. reced.* Verum Wesenb. *in Instit. d. loc. & in §. 1. ff. de contrab. empt. num. 9.* tenet contrarium, intelligens iura prædicta in emptione necdum perfecta, & hoc vsu receptum esse testatur, & maxime procedit in nostris arris, quas bibales aut sanctos denarios, vulgò Weinkauff oder Gottpfenning appellamus, quibus datis non erit licitum pœnitere & à cõtractu recedere. Zas. *lib 2. sing. respon. 24.* alias infiniti contractus rescinderentur, & hoc ad quotidianum vsum inferere volui. Christoph. Wingler. 28. 29.

Quartò ponit, quod dictus Caius venditor fundum iam dictum & eius possessionem re ipsa tradidit Sempronio emptori procuratoris principali.

Traditionibus enim, non nudis pactis siue contractibus rerum dominia transferuntur, *l. traditionibus C. de pactis.*

Quintò verum, quod dictus Sempronius actor huius causæ à tempore dictæ venditionis, cõtinuè & pacificè saltem, quod ad reum conuentum attinet, eundem fundum tenuit & possedit, eodemq; vsq; ad amissam possessionem vsus fuit. 30.

Hic articulus continet continuam possessionem actoris, quæ ad probandam præscriptionem requiritur, *l. 2. C. de præscript. long. temp.* Et si fortasis tempus possessionis suæ non sufficiat, poterit coniungere tempora sui auctoris, *l. Pomponius §. cum quis ff. de acquir. possess. l. de accessionibus & l. pen. §. 1. ff. de diuers. & temp. præscript. §. inter vendi-*

*torem, Institution. de vsucapionibus.*

Sextò ponit verùm, quod Titius huius cauſæ reus eundem fundum à tempore tali iniuſtè detinuit & occupauit, detinetque & occupat de præſenti, ac fructꝰ ex eo proueniẽtes percepit, & percipit, eumque prædicto Sempronio actori liberum & vacuum vnà cum fructibus perceptis reſtituere & aſsignare hactenus recuſat.

ADDE, Hoc neceſſum eſſe ex parte rei, quod
31. poſsideat, quia vti dominium ex parte agentis, ita poſſeſsio vt alterum fundamentũ in rei vendicatione ex parte rei cõuenti requiritur, de quo ſuprà, *in explic for. libel. ſub verb. iniuſtè tenet, &c. num.* 31. Chriſtophor. Wingler.

Vltimò ponit & articulat, quòd præmiſſa omnia & ſingula ſunt vera, publica, notoria, & manifeſta, atque per reum præſentis cauſæ, aliquando coram probis viris pro veris recognita, eſtque de de illis publica vox, & fama communis.

Hos ergò articulos ſi confeſſus fuerit reus,
32. aut eos probaueris, obtinebis in principe illa & ſummi iuris actione, quã rei vendicationem appellãt, probaſti enim te fundum à domino emiſſe, & precium ſoluiſſe, tibiq; traditionem factã eſſe, & ita ad te dominiũ pertinere, *l in rem ff. de rei vẽd. & l. traditionibus C de pact. l. cum res C. de prob. c. cum Iohan. ext. de fide inſtrum. §. venditæ verò res. Inſt. de re. diuiſ.*

ADDITIO, Inſuper notandum, quod gl. Cyn. Bart. & alij *in d. l. cum res*, exiſtiment hæc nõ ſufficere ad dominij probationem, ſed neceſſum eſſe probare venditorem fuiſſe dominũ, quod cum ſit difficillimæ probationis, Placent. *arg. illius l.* putauit ſufficere hæc tria, putà, emptionem, precij munerationem, & rei emptæ traditionem

ditionem, ad hoc, vt quis præsumatur dominus & obtineat in rei vēdicatione quem probat *ibidem* Bald & eò respexisse quoque authorem nostrum verisimile est. Christ. Wingler.

Ex hac itaq; forma licet prospicere, quo pacto & in alijs actionibus sint formandæ positiones. Interim tamen admonendus es, nos dictas positiones ea forma proposuisse, quā hodiernus iudiciorum vsus ferè recepit, rarius enim vtimur positionibus simplicibus, hoc est, quæ sunt vnius duntaxat rei.

33. *De oblatione positionum.*

Positiones autem sic formatæ, iudici sunt in scriptis offerendæ, *c. quoniam cōtra ext. de probat.* vt certus fit, qui interrogatur super quo respondere debeat, *l. certum ff. de confess.* & vt tam pars quā iudex videat, an sint admittendæ, vel reijciendæ, vtrùm faciant ad causam, an sint possibiles, & contra naturam captiosæ, alioue vitio laborent, &c. *gl. magna in c. 1. de confess. lib. 6.*

## De termino dicendi contra positiones & articulos & respondendi eisdem.

## TITVLVS XXX.

1. *An copia positionum communicanda.*
2. *Impertinenti positioni non respondetur.*
3. *Quæ dicantur positiones impertinentes.*
4. *Obscuræ positioni non tenetur quis respondere.*
5. *Superfluæ & repetitiuæ positioni non respondetur.*
6. *Positioni primæ instantiæ non tenetur quis respondere in secundā.*
7. *An & quando positioni factum alienum continenti respondeas.*

*respondendum sit.*

8. *Generali positione non respondetur.*
9. *Positioni capitosæ non cogitur quis respondere.*
10. *Exemplum captiosæ positionis.*
11. *Calumniosæ petitioni cautè respondendum.*
12. *Quæ sit positio calumniosa.*
13. *Procurator aliena negotia mandato domini administrat.*
14. *Multiplici & implicitæ positioni non tenetur quis simpliciter respondere.*
15. *Quomodo multiplici positioni respondendum.*
16. *Super quibus criminibus interrogatus quis respondere teneatur.*
17. *Positioni iuris non cogitur quis respondere, vbi &, quæ sit positio iuris.*
18. *Propter nostrū affirmare & negare nō mutatur ius.*
19. *Positioni contimenti statutum, vel consuetudinē quis respondere compellitur.*
20. *Impossibili positioni quare quis respōdere nō cogatur.*
21. *Exceptiones cōtra positiones in termino proponi debēt.*
22. *Quomodo plerunque in genere positionibus contradicatur.*
23. *Iudex impertinentes positiones ad respondendum non admittet.*
24. *In dubio iudex positiones potiꝰ admittet, quā reijciet.*
25. *Forma interloquutoriæ super admissione positionum siue articulorum.*
26. *Securius est superfluum admittere, quam necessarium omittere.*
27. *Iudex in dubio admittet, cum clausula, saluo iure impertinentium.*
28. *Quid operetur clausula, saluo iure impertinentium & non admittendorum.*

29. *Ad ad-*

29. *Ad admissas positiones reus respondere tenetur.*
30. *Quid faciat actor, reo in termino non respondente.*
31. *Pœna recusantis respondere positionibus.*
32. *Quando & quæ positiones habeantur pro confessatis.*
33. *Quando quis nō à iudice, aut aliàs simpliciter citatur. ad respondendū, non habētur positiones pro cōfessis.*
34. *Sententia declaratoria requiritur, vt quis habeatur pro confessato.*
35. *Forma responsionis ad positiones.*
36. *Quare repetatur principium cuiuslibet positionis.*
37. *Pronor quis esse debet ad negandum, quā confitendū.*
38. *Ponēs examinabit an sufficiēter ad positionib⁹ respōsum.*
39. *In confitentem nullæ partes iudicis, quam in pronunciando.*

FActis igitur & oblatis positionibus & articulis, conceditur reo petenti earundem copia, & terminus ad dicendum contra articulos, aut alioqui ad respondendum eisdem. 1.

ADDITIO, Hoc quidem de praxi & stylo, sed de communi non videretur communicanda copia positionum præsertim in facto proprio consistentium, *Octau. Vest. in sua pract. lib. 5. cap. 14. num. 9. & ibi addit. Graual. num. 33.* C. W. Qua dilatione pendente dispiciat reus, vtrum positiones pertinentes sint, & vtrùm contingant negotium, de quo agitur. Impertinenti enim positioni respondere non cogitur, cum nec talis positio ad probandum admitti debeat, *l. ad probationem 1. C. de probat. c. cum contingat, in fine ext. de offic. iud. deleg.* Et illæ positiones dicuntur impertinentes, quæ nihil adminiculi præstāt causæ, vt cū agā rei vendicatione, pono quod mutuauerim tibi, aut quod Imperator sit Romæ, *Cast. in l. 2. §. quod obseruari, num. 15. C. de iureiur.* 2. 3.

*iureiur. propt. calum.* Secus si quoquomodo vel leuissimè adminiculentur *vt inf. h.t. num. 24. 26.*

4. Secundò dispiciat, vtrumnè positio sit obscura, nempe, cuius non percipitur sanus vel perfectus sensus, *c. erit 4. dist. c. de muliere ext. de sponsal.* huic enim positioni non tenetur respondere, nisi per ponentem declaretur, *arg. l. vt responsum C. de transact. & d. c. de muliere.*

5. Tertiò attendat, an positio sit superflua & repetitiua, quia eadem est cum præcedenti, jam concessa vel negata, aut quia contraria jam factæ, vel iam negatis vel confessis, quibus casibus non est respondendum, *c. cum tu. ext. de testibus. c. veniens in fine ext. de iureiur. l. si quis libertatem §. vlt. ff. de petit hæred. Cast. d. §. quod obseruari num. fin.* Vnde

6. si positio facta sit in principali causa, eadem non debet fieri in causa appellationis, nec tenetur quis respondere, *Bald. in l. ampliorem §. in refutatorijs n. 3. C. de appel.* sed nec vbi quis habet fundatã suam intentionem tenetur respõdere, vt si produxi instrumentum mutui, & aduersarius ponat me nõ mutuasse, &c. certè non teneor respõdere, quia super illo, quod ponitur, est fundata intẽtio mea, *Baldus. in l. contractibus §. illo. C. de non nu. pec. vide c. 2. ext. de probat.*

7. Quartò consideret, an positio contineat factũ alienum, nam huic reus respondere non tenetur, *l. fine §. alius ff. de interrogat. action.* Quod verum si habito termino deliberandi non possit de facto alieno certificari, aliàs enim si certificari possit, respondere tenetur, *vt in l. qui interrogatur & ibi gl. verbi incommodo. ff. eod. tit.* ADDE. *Bart. in l. Marcellus ff. verb amotar. Castrensis in l. 2. §. quod obseruari num. 15.*

C. de

C. *de iureiur. propter. calumnia. Mynſ. cent. 5. obſer. 54.* vbi hanc Bart. opinionem communiter probatam dicit Marant. *d. memb. 7. num. 11.* vnde in Camera reſponſio talis, eſt facti alieni, non recipitur, *Gail. lib. 1. obſ. 82. num. 8. & ſeq.* licet alibi aliter practicetur. Chriſtophor. Wingler.

8. Quintò animaduertat, an poſitio ſit generalis in genere generaliſsimo, V. g. Pono mihi fundũ dari debere, vel ſic, pono quod Titius mihi debet aliquid, & certè huic reſpondẽdum non eſt, cum generalitas obſcuritatem pariat, *l. ita fidei haredis ff. de iure fiſci l. cum poſt. §. gener. ff. de iure dot.*

9. Sextò diſpiciat, annè poſitio captioſa ſit, quæ ſcilicet ita concepta ſit, vt ſiue negatiuè, ſiue affirmatiuè reſpondeat, capiatur, & periurium aut infamiam incurrat, *vt not. gl. in l. qui iurauſſe §. ſi pater ff. de iureiur. Bartolus in l. Marcel. ff. rer. annot.* (Adde, *Gail. d. obſ. 82. num. 12. Caſt. in d. §. quod obſeruari. num. 16.*) Et certè huic quoque reſpondendum non eſt v. g. *ex d. §. ſi pater.* Pater conuentus iurauit nihil eſſe in peculio, vnde conſtat, quod tutus exceptione iurisiurãdi, niſi pro rebus poſtea quæſitis, pro quibus conueniri poteſt, finge igitur, quod poſt iusiurãdum aliqua res in peculio inueniatur, quæ tunc erat in veritate, & ponit aduerſarius ſic. Pono quod hæc res eo tempore, quo iuraſti erat in peculio, certè non tenetur pater reſpõdere propter incõueniens, quod ſequeretur, nam ſi hoc cõfiteatur, iam confiteretur per conſequens ſe periurũ, cum iurauerit ipsã in peculio non fuiſſe. Si verò negaret, deieraret cum in veritate fuiſſet in peculio, & præterea non prodeſſet ei exceptio iurisiurandi, & poſſet conueniri pro rebus, pro quibus iurauit, quod

10. eſt incon-

est inconueniens, quia ex tali iureiurando & actio & exceptio datur.

11. Septimo consideret reus, vtrùm ne positio calumniosa sit, huic enim non simpliciter respondendum, sed cautè & cum deliberatione. Est au-
12. tem positio calumniosa, quæ per quandam calliditatem & subtilem interrogationem inducit ad concedendum, quod iam negatum est, vt si in prima positione aduersarius meus negauit Lucium fuisse suum procuratorem, deinde ego pono, quod Lucius vendidit vina tua. Item quod culturam vinearum administrauit. Item pono, quod mandasti ei, vt quæ præmissa sunt, vel aliquid ex eis faceret, si enim hoc concedat, manifestè concluditur contrarium eius, quod prius negauerat.
13. Quum enim procurator sit, qui aliena negotia mandato domini administrat, *l. 1. ff. de procur.* iam liquidò patet ex præmissis per quasdam callidas positiones esse concludendum contrarium iam negatis

14. Octauò dispiciat, an positio sit multiplex, seu implicita, & continens in se plures articulos, seu plura dicta, quod esse non debet, *l. ita fideicommissum ff. de iur. fisc.* Exempli causa, pono Seium fuisse filium Mæuij, & mihi debere centum, vel sic, Pono quod Seius filius Mæuij mihi debet cẽtum, vel sic. Pono aduersarium mihi vendidisse fundum centum florenis. Multiplices sunt hæ positiones, nam quælibet duo continet, quorum alterum potest esse verum, alterum falsum. Quo-
15. circà huic non erit simpliciter respondendum, sed vel petet positionem à ponente explicari, vel respondebit vt quibusdam placet, non redo vt ponitur.

ponitur. (Adde talem responsionē non vbique recipi, *Gaild. obs. 82. num. 7.*) vel (quod probabilius est) ipse positionem dividens respondebit vnam veram esse, alteram falsam, vti ferè semper fieri solet.

Nonò attendet, an positio contineat crimen, tali enim non tenetur respondere, cum non cogatur quis se criminosum profiteri, nisi super notorijs vel manifestis per sententiam, vel alio modo, *c. tua, ext. de cohab. cler. & mulier.* vel nisi præcesserit infamia, *c. præsbiter. 2. q. 5.* Non autem super occultis respondere tenetur, *vide Panorm. in c. 2. num. 16. Bartol. in d. l. Marcellus §. 1. ff. rer. amotar. & in l. final. ff. de his quibus vt indig.* ADDE. Nisi respondens indè cum alterius detrimento locupletaretur, tunc enim tenetur etiam criminosæ positioni respondere, *Bartol. in d. l. Marcellus*, quem probat & sequitur Marant. *d. memb. 7. num. 7. & 8. Mynsing. cent. 6. obs. 92. Nicol. Autho. Gravet. libr. 5. ad Vest. cap. 14. num. 18.* Christophor. Winsler. 16.

Decimò animadvertet reus, an positio sit juris, vt si ponatur, quod impubes non possit condere testamentum, *2. q. 6. c. ei qui appellat. §. item si sententia*, vel quod talis legitimè vel secundum juris ordinem, vel ritè processerit, vel aliquid canonicè factum esse, adverbium enim solemniter, legitimè, vel canonicè, in positione adscriptum, facit illam esse juris, *Baldus. in l. 2. §. quod observari. num. 17. C. de iureiur. propter. calumnia.* Certè his positionibus & similibus non cogitur quis respondere. (ADDE. *Barthol. Castrens. num. 9. in l. vnica. C. de confess. Barthol. in l. 2. in fin. ferè. ff. eodem, Marant. d. memb. 7. num. 17.* nè quidem in Camera Imperiali, nisi quatenus fundatæ in statuto vel consuetudine, 17.

vt hic sequitur, Gail. *d. obs.* 82. *num.* 13. *& seqq. lib.* 1. *Mynsing. Cent.* 5. *obs.* 88. Christoph. Wingler. Nam propter
18. suam affirmationem vel negationem, jus non mutatur, *l. ornamentorum ff. de auro & arg. legat.* Et ob id talibus positionibus respondentes super earum veritate solent se referre ad jus, & illius dispositionem. Frustrà etiam conatur actor probare jus scriptum, cum illud semper certum sit, quare etiam non est ponendum, *l. in omni. l. plurimum. ff. de iur. & fact. ignorant.* Quod verum est in
19. jure scripto, secus in consuetudine, nam ea potest per positiones in jus deduci, idem etiam in statutis alterius civitatis, quæ debēt in judicium deduci & allegari, *gl. & Bartho. in l. præscriptione. C. si contra ius vel vtil. publ. text. & ibi not. in c. 1. ext. de const. libr. 6. l. 3. C. de adsit. privat. c. cum dilecti. ext. de consuet.* (Adde *Castrens. d. §. observari. num.* 16 *Henning. Goed. Rub.* 16. *num.* 14.)

20. Vndecimò videat, an conditio sit impossibilis, natura, facto, vel jure, *iuxt. not. in l. 1. ff. de condit. instit. & in §. si impossibilis. Instit. de inutil. stipul.* His enim non teneretur reus respondere, quum etiam probatæ non subsisterent, *l. confessionibus, in fine. cum l. sequenti. ff. de interrogat. action. gl. pen. in c. vltimo ext. de confessionibus.*

21. *De exceptionibus cōpositiones, & interlocutoria iudicis desuper latæ, actit. xxxv*

Si itaque pars, contrà quā positiones exhibitæ sunt, viderit sibi aliquam istarum exceptionum competere, contra positiones exhibitas poterit in termino prædicto, puta ad dicendum contra positiones & articulos, de ea nominatim excipere, vel generalitèr contra omnes, vt ferè fit, viva voce proponere, videlicet, quod sint generales, obscu-

ræ,

obscuræ, impossibiles, captiosæ, superfluæ, impertinentes, & tales, quæ probatæ minimè relevarent ponentem, & ob id non in quantum propositionibus dantur, se ad respondendum eisdem non teneri: in quantum verò vt articuli offeruntur, non esse admittendos, sed potius reijciendos, reijcique debere. Et contrarium sustinente actore sive ponente, judex hanc partium altercationem sua interloquutione dirimere debet, *c. 1. ext. de ordin. cognit.* 22

IVDEX itaque auditâ hujusmodi partiũ altercatione, si certò viderit positiones esse impertinentes, vt quia nihil faciunt ad causam, interloquẽdo decernet illas ad respondendũ non esse admittendas, nec admittet, quia nemo onerãdus superflua & inutili probatione vel responsione vel etiã dilatione, *l. 1. in fine ff. de test. l. ad probationem. l. neque testiales. C. de probat. l. nõ cogendũ §. vlt. ff. de procur. c. bonæ. 1. § contra verò, ibi, de facili cõtra probari, &c. & c. cũ Vitonien sis, ext. de elect. c. si quis 2. ibi, nã si scirem tibi nihil prodesse, &c. de pœnit. dist. 7.* Si verò incertus sit, vel dubitet, vtrũ positiones admittendæ sint vel non, illas ad respondendum & probãdum potiùs admittet, quam reijciet, *c. 1. in fin. ext. de confess. lib. 6. c. per tuas, ext. de test. lib. 1. cum speciali §. porrò, vers. excessu quoque, ext. de appell.* & interloquetur sub hac vel simili forma. 23 *Interlocutorij super admissione positionum.* 24

In causa N. contra N. interloquendo decernimus articulos pro parte eiusdem N. actoris coram nobis nouissimè exhibitos ad respondendũ & probandum respectiuè, iure impertinentium & non admittendorum saluo, admittendos 25

esse, prout eosdem admittimus.

26. Securi⁹ enim est superfluum admittere, quam necessarium omittere, *vt in c. non æstimemus 13. q. 2. l. testamenta. C. de testamen. l. is apud quem. C. de edend.* & quæ ex superabundanti fiunt, non solent vitiare contractus, *l. non solent. ff. de reg. Iuris.* Faciet
27. tamen hoc judex adhibitâ hac protestatione sive clausulâ, saluo jure impertinentium & non admittendorum, *gl. pen. in clem. constitutionem de elect.* Et vtilius est litem cum hac protestatione abbreviare, quàm eam supervacaneis disputationibus protrahere, *arg. l. properandum §. illo procul dubio. C. de iudic. Specul. titulo de positionibus. §. septimò videndum, vers. secundò considerandum & seqq. & in titulo de teste. §. nunc videndum, versic. siue igitur, Dominor. de Rota. decisio. 641. & 644. in antiq. vide gl. verb. nihilominus. in c. cum contingat. de rebi Panorm. num. 12. & 13. ext. de offic. delegat.* Et ob id solet plerumque circa oppositionem responderi ad positiones, & articulos adiectâ protestatione. Saluo jure im-
28. pertinentium & non admittendorum. Et nota quod licet iudex admiserit positiones & articulos, cum hac clausula, si tamen postea constet de impertinentia, poterit peti vt per judicem reijciantur, *secundum Cardinal. in d. clem. constitutionem de elect.* ADDE. *Gail. lib. 1. obs. 81. per tot. Marant. d. action. 4. num. fi. in 2. part. 6. part. princ. Mynsing. Cent. 2. ob. 56.* Et responsiones ad eas factæ pro non factis habentur, quod in fine vel principio respondentes nonnunquam protestari solent, *Castrenj. in l. 2. §. quod observari num. 15. C. de iureiur. propt. calumnia.* quare præstat prius diligenter examinare, an pertinentes sint, nec nè, & non Andabatarum more qualescunque articulos oculis clausis cum dicta clausula admittere, nè partes

frustra

fruſtrà impenſis & laboribus vexentur. *Ambo Gravat. ad Veſt. lib. 5. cap. 14. num. 26.* Chriſtoph. Wingler.

FACTIS & oblatis poſitionibus, ſi ſint claræ, pertinentes, & certæ, aut cum contra eas eſſet exceptum per judicis interloquutoriam admiſſæ, debet ad eas medio juramento reſponderi, *c. præſentium, de teſtib. libr. 6.* vnde tunc ſolet præfigi terminus ad reſpondendum ſingulariter ſingulis poſitionibus, cujus die ſuperveniente, ſi reus non reſponderit, accuſat contumaciam ipſius actor, & petit eum per judicē moneri ad aliquot dies ſub pœna confeſsi, & ſi tunc nec reſponderit, petere ſolet actor in contumaciam Rei poſitiones declarari & haberi pro confeſsis & veris, nec injuria, nam pœna ejus eſt, qui lite jam conteſtatâ, ſine legitima cauſa recuſat jam reſpondere poſitionibus, vt ipſo jure habeatur pro confeſſo in omnibus, quæ aſſeruit ponens, ſive affirmando ſive negando, *c. 2. de confeſſ. lib. 6. tractatur in l. certum §. 1. ff. de confeſſ.* modò tria intercedant. Primum, vt confeſsio non ſit ſibi vtilis, nam ſi vtilis ſibi foret confeſsio, tunc habebitur non pro confitente, ſed pro negante, *Baldus. in l. 2. §. quod ſi actor. num. 3. vbi & Caſtrenſ. num. 1. C. de iureiur. propt. calumnia. dan. in l. vnica. C. de confeſſ.* Secundū, vt præſens coram judice ſit monitus ad reſpondendum, & quod contumaciter reſpondere recuſet. Quare conſtat, quod ſi Notarius, aut quivis alius requirat ex adverſario reſponſionem, pœnam non procedere, ſicut nec tunc habetur pro confeſſo reus, cum citatur ad reſpondendum articulis, nunquam antea juſſus à judice, *Baldus. d. loc. & Dd. in d.*

29. *De reſponſionibus ad poſitiones ad titul. XXX.*

30.

31.

32.

33.

34. *Dd. in d. c. 2.* Tertium, vt super hoc judicis sententia declaratoria accedat, *l. eius qui delatorem, in princ. ff. de iur. fisc. vt inibi perpulchrè Barthol. & Dom. cum alijs in d. c. vltimo. in fine. de confess. libr. 6. Felin. in c. Rodolphus, vers. sed declaratoria. ext. de rescript. Baldus. in l. 1. C. ne ex delicto defuncti. Panorm. in c. vltimo, num. 11. ext. de iurament. calumnia.* (Adde *Gail. lib. 1. obs. 86.* In criminalibus verò articuli non accipiuntur pro confessis, proindè nec in causa fractæ pacis. *Gail. lib. 1. de pace publ. cap. 15. per. tot.*)

35. *Forma responsionis ad positiones.*

REVS ergo in termino ad respondendum dato ferè solet respondere ad positiones, sub hac vel simili formâ.

Procurator & eo nomine honesti viri Titij hujus causæ rei respondendo quibusdam assertis positionibus, & articulis pro parte Sempronij ejusdem causæ actoris nuper exhibitis, saluo jure impertinentium & non admittendorum de contentis in eisdem credit & confitetur, negat & diffitetur, in hunc, qui sequitur modum.

Ad primam, incipientem. In primis ponit, &c. respondet, quod eam non credit.

Ad secundam, incipiẽtem. Secundo ponit, &c. similitèr non credit.

Ad tertiam, incipiẽtem. Tertio ponit, &c. non credit vt suprà.

Ad quartam, incipientem. Quarto ponit, &c. non credit.

Ad quintam, incipientem. Quinto ponit, &c. Similiter non credit.

Ad sextam, incipientem. Sexto ponit, &c. respondet, quod credit se dictum fundum juste possidere,

fidere, & illius fructus percipere, & aliter vel amplius non credit.

Ad vltimam incipientem. Vltimo ponit, &c. respondet, quod credit de creditis tantum, de nō creditis minimè.

Nota ideò in qualibet responsione repeti principium positionis, vt demōstretur ad quam responsio ipsa referri debeat, *arg. l. vt responsum. C. de transact. & l. Dimus ff. de re ind.* Debet autem respondens cautus esse, vt saluo sacramento præstito propensior sit, si habeat occasionem ad negandum, quam ad confitendum, *l. Arrianus. ff. de action. & obligat.* maximè vbi positiones dependent ex facto alterius, quia tunc potest probabiliter dubitare, & sic actori incumbit onus probandi, *l. ei qui dicit ff. de probat.* Adde. Potest & super facto proprio de quo dubitat, petere terminum deliberandi, *Castrens. in l. 2. in princ. num. 4. C. de iureiur. propter. calumnia.* qui eò citius concederetur, si factum fuerit alienum, *Idem Castren. in eodem l. §. quod observari num. 15.* Christophor. Winsler. 36. *Notatio.* 37.

Et hoc quoq; nota, ponentē accepta hujusmodi responsionis copia, & termino super ea deliberandi, diligētèr cōsiderare debere. Primū, vtrùm sufficienter & clarè sit per aduersariū omnib⁹ positionibus respōsum, & si obscurius & minus plenè respōsum esse inuenerit, petat, vt plenius, clarè & aperte, tali & tali positioni respōdeat, *iuxta l. de ætate. §. nihil ff. de in integr. restit. l. certū §. 1. ff. de cōfess.* ad quod cogitur *secund. Spec. tit. depositi. §. nono infine.* Alioqui pro nō respondēte habebitur, *vt d. §. nihil.* (Adde. *Gail lib. 1. obs. 82. nu. 3.*) Secundū, vtrùm 38. *Notatio.*

respondens positiones omnes cõfessus sit, an tantum aliquas, per quas tamen probata sit sua intentio, & tunc petat per judicem pronunciari & diffiniri, quia in confitentem nullæ sunt partes judi-
39. cis, nisi vt pronunciet, *c. præterea. 2. ext. de transaction. l. proinde. 2. §. vltim. ff. ad l. Aquil. l. vnica. C. de confess.* Sin autem omnes negatas esse invenerit, vel earum aliquas, ita vt per confessas non satis probata sit sua intentio, petit se ad probandum admitti.

## De probationibus.

## TITVLVS XXXI.

1. *Quando actio negata, actor ad probationes confugere debet.*
2. *Forma petendi terminum ad probationes faciendas.*
3. *Quando cõfessio partim acceptari & refutari possit, remissivè.*
4. *Negans nulla ratione ad probandum constringitur.*
5. *In reum negantem indebitum recipisse, reijcitur onus probandi.*
6. *Pupillo, muliere, vel alio simplice indebitum repetente, reus probare debet se debitum recepisse.*
7. *Præsumptio transfert onus probãdi in adversarium.*
8. *Reo probationem in se suscipiente, & in ea deficiente, quid fiat.*
9. *In exceptionibus reus actoris partibus fungitur.*
10. *Negativam exceptionem reus probare non tenetur.*
11. *Negans immunis est à probatione.*
12. 15. *Quilibet præsumitur idoneus, donec diversum doceatur.*

13. *Qualitas*

13. *Qualitas scientiæ aut ætatis quomodo probetur.*
14. *Qualitas ordinis neganti probanda.*
16. *Neganti aliquid iuris esse, aut solemniter factum incumbit probatio.*
17. *Negans iudicij solemnitatem ante sententiam, non astringitur ad probandum.*
18. *In duplicibus iudicijs & interdictis exiguntur hinc inde probationes.*
19. *Quando iudici videtur, vtrique vel alteri parti iniungitur probatio.*
20. *Negans qualitatem alicuius contra communem opinionem probare debet.*
21. *Iudici fit probatio non aduersario.*
22. *Plena probatio, eiusque species quæ.*
23. *Duo testes regulariter plenam probationẽ faciunt.*
24. *Casus aliquot in quibus requiruntur plures, quam duo testes.*
25. *Per instrumenta & scripturas publicas fit plena probatio.*
26. *Authoritate iudicis transsumpta, & in archiuo publico inuenta, integram fidem faciunt.*
27. *Quantum fidei adhibeatur libris antiquis extra archiuum, & sculpturis columnarum.*
28. *Priuatæ scripturæ & signa aduersus scribentem & signantem probant.*
29. *Priuatæ scripturæ pro scribente nihil probant.*
30. *Priuatæ scripturæ ab vtroque subscriptæ probant.*
31. *Confessio plenè probat, & dicitur potius releuamen probationis, quàm ipsa probatio.*
32. *Vt confessio noceat, plura requiruntur.*
33. *Euidentia facti plenè probat.*
34. *Iusiurandum quinta plenæ probationis species.*
35. *Tam actor quam reus potest iuramentum deferre,*

aut referre.

36. Tutor, curator, & procurator, habens speciale mandatum iusiurandum deferre possunt.
37. Omnes, quibus defertur, iurare possunt, citra discrimen ætatis, sexus vel status.
38. Habens semiplenam probationem consultius agit, petendo dilationem iuramenti necessarij.
39. Iuramentum acceptatum reuocari non potest.
40. Deferens prius de calumnia iurare debet.
41. In criminalibus non defertur iuramentum.
42. Præsumptio est sexta plenæ probationis species.
43. Iudicium apertum quod sit.
44. Diuisio Speculatoris inter præsumptionem.
45. Temeraria præsumptio quæ sit.
46. Scholaris loquens cum puella non præsumitur dicere Pater noster.
47. Probabilis præsumptio quæ, eiusque virtus.
48. Violenta præsumptio quæ sit.
49. Violentæ præsumptionis effectus.
50. Necessaria præsumptio quæ, eiusque effectus.
51. Exempla necessariæ præsumptionis.
52. Quando & quæ probationes contra violentam siue iuris & de iure præsumptionem admittantur.
53. In criminalibus non sufficiunt præsumptiones.
54. Verba l. absentem. ff. de pœn.
55. Ad torturam, vel extraordinariam pœnam sufficiunt præsumptiones.
56. Semiplena probatio, alterum genus probationis, quæ sit.
57. Vnius testis, & fama semiplenam faciunt probationem.
58. Inconstans fama coniecturam saltem facit.
59. Comparatio literarum semiplenã facit probationem.
60. Quan-

60. *Quando ad comparationem literarum confugiatur.*
61. *Priuatæ scripturæ faciunt semiplenam probationem.*
62. *Præsumptio non habens plenam fidem, aliquando habet semiplenam.*
53. *Iudex dat plures dilationes, quàm vnam, iuxta priorem interpretationem gl.*
64. *Quarta dilatio non conceditur, nisi cum solemnitate legali.*
65. *Aliquando iudex non dat quartam dilationem nec secundam, nec tertiam.*
66. *Infra terminum ad producendum testes statutum, sufficit testes producere, secus si terminus simul ad examinandum statutus.*
67. *Quando terminus statutus ad probandum, quid infra eundem faciendum.*
68. *Quando terminus ad probandum & probatum habēdum statutus, testes præcisè examinari debent.*
68. *Quando non stetit per producentem, lapsus termini non obest.*
70. *An probatio post terminum lapsum, re adhuc integra, fieri valeat*
71. *Iudex præsente aduersario post lapsum terminum potest probationes admittere, saltem per restitutionem in integrum.*
72. *Probationes, non data ad hoc dilatione, valent.*
73. *Spatium dilationis probandi diffinitur secundum locorum distantiam.*
74. *Iudex simul & pro qualitate negocij & personarum dilationes moderabitur.*
75. *In causis criminalibus non committitur alij examen testium, sed in ciuilibus benè.*
76. *Quare iudices sæpius alijs examen testium committant.*

77. *Quibus*

77. *Quibus casibus iudices alijs examē cōmittere possint.*
78. *Delegatus à Principe potest alijs examē committere.*
79. *Delegatus legati, an alij examen testium subdelegare valeat.*
80. *Delegatus inferioris à Principe alteri examen non committit.*
81. *Receptio testium est articulus iurisdictionalis.*
82. *Articulum non iurisdictionalem delegatus inferioris potest subdelegare.*
83. *Quomodo subdelegans consueuit requiri.*
84. *Commissarius & testes expensis producentis sustinentur.*
85. *Rusticus non veniet eques, nec vtetur albo pane & alijs delicatis cibis.*
86. *Quantum salarium Commissario debeatur, consuetudo inspicienda.*
87. *Testes die feriata possunt examinari, si die non feriata iurarunt.*
88. *Notarius absque iudicis commissione non potest recipere iuramēta testium, instrumēta, aut confessiones.*
89. *Notarius non potest fidem facere, de commissione sibi facta.*
90. *Formæ commissionis ad examinandum testes.*
91. *Quando testes sunt alterius iurisdictionis, literæ requisitoriales sive mutui compassus decernuntur.*
92. *Formæ requisitorialium.*
93. *Reo datur terminus ad dandam interrogatoria.*
94. *Quare interrogatoria dentur.*
95. *Generalia interrogatoria quæ sint.*
96. *Specialia interrogatoria quæ, & vnde conficiantur.*
97. *Quibus verbis exhibeantur interrogatoria.*
98. *Falsus testis quos lædat.*
99. *Contenta generalium interrogatoriorum.*

100. *Specia-*

100. *Specialia interrogatoria quomodo conficiantur.*
101. *Interrogatoriorum copia aduersario non communicatur.*

QVando itaq; reus actoris intentionem positionibus & articulis comprehensam negauerit, & diffessus fuerit, opus est, vt quod actor per Rei confessionem probare non potest, externis rerum adminiculis, & documentis legitimis, testibus, scilicet, & instrumentis probet, *l. 2. ff. de probat. c. accusator 6. q. vlt.* Quocirca actor mox terminum ad probationes faciendas petere solet, sub hac forma. 1.

2. *Forma.*

Accepto confessa per reum, quatenus tamē pro me faciant & aliàs minimè, petens negata ad probandum admitti, sub prima & secunda dilationibus. I. II. III.

Et si testium examinationem alteri committi velit, addit. IIII.

Et peto receptionem iuramentorum & examen testium Sabino Notario committi, literasque commissorias, ac alias necessarias decerni. Et aduersario præfigi terminum dandi interrogatoria, si illa dare velit. V. VI. VII.

Accepto confessa per reū quatenus, &c. 3.
De hoc articulo, quod & quando confessio partim acceptari, & partim refutari possit, breuitatis causa vide plenè Bart. *in l. Aurelius §. idem quæsiit, ff. de liber. leg. Panor. in c. 1. ext. de postulat. prælat.* I.

Ad probandū negata admitti, &c. Incumbit siquidem (vt diximus) probādi onus ipsi II.

actori

actori, quia iustum est, vnumquemque fidem facere eius, quod intendit esse verum, cum ab aduersario fuerit negatum, nam is, qui negat, nulla nec naturali nec ciuili ratione ad probandum compellitur, *l. ei incumbit, ff. de probat. l. actor C. eod. tit.* Veruntamen in certis casibus ab actore in reum transfertur probationis molestia. Primò, cum de indebito quæritur in iudicio, si reus conuentus, qui accepisse dicitur rem vel pecuniam indebitam, negauerit sibi quicquam fuisse datum, & actor, qui dedit, legitimis probationibus, hoc est, testibus, instrumentis (non tamen iureiurando scilicet deferendo, *iuxta l. cum qui ff. de iureiur. gl. in l. cum de indebito*) docuerit solutionem, tunc sine vlla distinctione onus probandi reijcitur in reum conuentum, falsò negantem, & si voluerit audiri, præstet probationes, scilicet, quod pecuniam debitam acceperit, *l. cum de indebito in princ. & ibi gl. & Dd. ff. de probationibus.* Secundò, quando indebitum repetit pupillus, vel minor, vel mulier, vel vir quidem perfectæ ætatis, sed vel miles, vel agricola, & forensium rerum expers, vel alia simplicitate gaudens, tunc reum conuentum ostendere se debitum accepisse oportet, *d. l. cum de indebito §. si autem is.* Si autem pro parte quæritur pecuniam indebitam fuisse solutam, etiam minor aliusque priuilegiatus ad indebiti probationem arctatur, *d. l. cum de indebito §. si autem pro parte.*

Tertiò, coniectura pro asserente legitima & sufficiens transfert onus probandi in aduersarium, veluti, cum frater petit partē prædij paterni, frater negans faciendam diuisionem, debet pro-

bare prædium ad se tantum pertinere. Nam bona paterna præsumũtur communia inter fratres *l. siue possidetis C. de probat. arg. l. si necessaria §. penult. ff. de pignor. act.* 8.

Quartò, quando reus sponte onus probandi subire vult, *l. circa ff. de probat. c. 1. ext. de restit. spoliat.* (ADDE, In quo tamen si defecerit, nihilominus absoluitur ex communi regula, actore non probante, &c. *Bart. & alij in d. l. circa & inf. in for. except peremp. verb.* citra onus superfluæ. &c. Christ. Winzler.)

Quintò, reus opponens exceptionem per quã 9.
aliquid asserit, debet eam probare, quoniam in exceptionibus dicendum est, reum conuentum partibus actoris fungi, vt impleat intentionem. Tales sunt exceptiones solutionis, transactionis, præscriptionis, & cœteræ, *l. 1. & 2 ff. de except. l. quinquaginta ff. de probat.* Et hęc procedunt, quando reus (vt diximus) excipiendo expressè vel tacitè aliquid asseuerat. Secus si excipiẽdo aliquid simpli- 10.
citèr neget, puta quod nõ est agẽti mãdatũ, quod nõ sit in ius vocatus, nec est bonorũ possessio data, nam tunc probationis molestia in agentem dirigitur, *l. vlt. C quib. ad libert. proclam. non licet.*

Sextò, negans aliquid certo loco vel tempore 11.
factum esse, non est semper immunis à probatione, quam & præstare potest, si ostendat alio in loco aut tempore factum fuisse, *iuxta l. optimã. C. de contrab. stipul. & §. item verborum, Inst. de inutil. stipul.* ADDITIO, Hinc dicitur negatiuam regulariter improbabilem, coarctatam, loco & tempore probari posse, *Gail. lib. 1. obs. 64. num. 3. Menoch. lib. 2. præsumpt. 50. num. 11. 12. & 13.* vbi vide & de alijs negatiuis, quarum quatuor ibi ponit, iuris, scilicet, facti, qualitatis & quantitatis. Christophorus Winzler.

Septimò

12. Septimò is, qui negat qualitatem perſonæ, vel rei idoneam, vtique probare tenetur, nam quilibet præſumitur idoneus, ſicut & quælibet res bona niſi diuerſum doceatur, *l. cum ita fidei. l. cum pater §. rogo. ff. de leg. 2. l. vlt. ff. de liber. agnoſc. l. ſi creditores, in fin. ff. de priuil. cred.* quod tamen diſtingue, nam qualitas alia eſt ſcientiæ, vel ignorantiæ, & hæc probatur per examinatorem, & non per eum qui eam proponit, *c. cum ſecundum, ext. de præb. c. accepimus, ext. de ætat. & qual.* alia ætatis, & hæc aut eſt notoria, & tunc probatur per aſpectum corporis, *c. dudum 1. ext. de elect. l. minor 25 annis ff. de minor 25 annis.* aut de ea probabiliter dubitatur, & tunc quis probet, vide not. *in l. cum te C. de probat. in l. ſi minorem C. de in integ. reſtit.* 13. 14. Alia eſt qualitas ordinis, de qua ſi dubitetur, probat is, qui negatur eſſe ordinatus, *ext. de cleric. peregrinis per tot.* & ſi literas clericatus perdiderit, probabit per teſtes, *vt per Guid. Papæ 474. quæſt.* Alia conditionis alicuius, vt legitimatio, excommunicatio, interdictum, vnde ſi dico te illegitimum vel excommunicatum, vel interdictum, & ſimilia, hæc debeo probare. Quia quilibet præſumitur bonus, &c. vt ſuprà. 15. Octauò, neganti aliquid iuris eſſe, vel ſolemnitatem iuris in aliquo facto fuiſſe adhibitam, incumbit 16. probatio. Quoniam omnia cenſentur licitè, & legitimè & ritè facta, niſi contrarium, aut appareat euidenter, aut probetur, *l. ab ea parte, vbi Bart. ff. de probat. l. nec non §. quod eis ff. ex quib. cauſ. maior.* Et hæc vera ſunt, primò, niſi perſonæ vel ſolemnitatis qualitas aliud inducat, intrinſeca enim non extrinſeca ſolemnitas præſumitur, *l. quæcunque in fine ff. de public. l. ſciendum ibi Doct. ff. de verb. obligat.*

Secundò

Secundò obtinent in his, quæ extra judiciũ aguntur,& ad judiciorum exercitia non pertinent, verùm si quis negaverit judicij solemnitatem ante latam sententiam, non astringitur ad probãdum, sed adversarius probat, *c. quoniam cõtra, ext. de probat.* Acta enim bona fide & publico jure describi solent, vt æquum videatur, negantem non esse onerandum, quia adversarius facilè potest probare. Nonò, in tribus judicijs, scilicet familiæ herciscundę, communi dividundo,& finium regundorum, cum vterque litigatorum actor & reus censeatur, ab vtroque exiguntur probationes, prius tamen ab eo, qui ad judicium provocat, *l. in tribus ff. de iudic. l. 2. §. in familiæ herciscundæ ff. famil. herciscund. l. iudicium 2. ff. fin. regund. l. 2. §. vlt. ff. communi divid. c. 3. ext. de probat.* Idem est in duplicibus interdictis, cum vterque se possidere contendit, *§. penult. Inst. de interd. c. licet ext. de probat.* Decimò, in alijs quoque simplicibus judicijs, vbi visum fuerit judici, rectè decernitur vtrique litigatorum probatio, *arg. l. quinquaginta ff de probat. & eor. quæ not. Spec. tit. de probat. §. 1. vers. sed vbi vterq.* Vndecimò, cum judex ex causa defert reo jusjurandũ, quod oportet suscipere, & tunc videbitur ei incumbere probatio, *l. admonendi l. non erit ratum §. dato l. iusiurandum, l. manifestæ ff. de iureiur. c. vlt. ext. eod. tit.* Duodecimò, qui negat aliquem esse talem, qualem hactenus reputavit communis opinio, putà filium, vel aliũ cognatũ, is probare debet, *l. non nudis. C. de probat.* Qualitèr autẽ cõmunis opinio probetur, vide apud Spec. *tit. de probat. §. 1 vers vltimò quæritur.* Porrò probationẽ hic intelligimus demõstrationem quandam factorum dictorumque in causis apud

17.

18.

19.

20.

judicem controuerſis. Nam cum per reſponſionem ad poſitiones (vt diximus) non eſt ponentis intentio probata, opus eſt externis rerum adminiculis, per quæ veritas apprehendatur. De facto autem controuerſo in judicijs, facienda eſt fides judici, non aduerſario, *d. l. quinquaginta. ff. de probat. l. procurator C. de edend. l. 1. C. de condict. ob turp. cauſam l. 1. C. de reb. alien. non alien. l. 1. C. quor. bonor.* Huius autem probationis duo ſunt capita, alterũ plenæ ac iuſtæ, alterum ſemiplenæ. Plena probatio eſt, quæ tantum fidem facit, quanta ad diffiniendam controuerſiam ſufficit, nihilque amplius requirit. Huius autem plenæ probationis quot ſint ſpecies, non ſatis conuenit inter Doctores iuris, nos compẽdij gratia ſex ſpecies conſtituemus, ad quas & cœteræ pertinent. Prima eſt, quæ fit per duos aut plures teſtes omni exceptione maiores, hoc eſt, quorum fides nulla ex cauſa legitima poteſt eleuari, & qui communi hominum opinione reputantur boni viri, *c. 2. c. 3. ext. de probat. c. in omni c. licet. ext. de teſtibus. l. 2. & 3. ff. eod. §. item verborum, cum gl. idoneos. Inſt. de inutil. ſtipul.* Et duo regulariter in qualibet cauſa plenam probationẽ efficiunt, *l. vbi numerus ff. de teſtib. d. c. in omni. & c. licet*, in facto præſertim alieno, *Alex. in l. 2. §. ſi abſens. num. 10. ff. ſi ex nox. cauſ.* ſed hoc quandoque cauſam mutat. Nam in reuocando primo teſtamento, *l ſancimus C. de teſtam.* in purgatione Diaconi, *c. ſi legitimi 2. q. 5.* in depoſitione pecuniæ, vel alterius rei, ſi depoſitum libram auri excedit. *In auth. de inſtrument. caut. §. ſi quis. in fine col. 6. auth. ſi quis C. qui potior. in pignor. hab.* in interruptione præſcriptionis, *l. vt perfectius C. de annal ex-*

21. 22. 23. 24.

*nal. except.* in obligatione mulieris intercedendo, *l. antiquæ. §. ne autem C. ad Velleian.* in confectione inuentarij absentibus eis, quorum interest, *§. sancimus. §. si verò absunt. In auth. de hæred. & falcid. l. scimus §. si autem dubius, C. de iure delib.* In comparatione ex chyrographo, vel alio non publico instrumento facienda, trium testium requiritur fides, *l. comparationes C. de fide instrument.* Item in solutione debiti scripto comprehensi, ad confessionem & probationem eiusdem, *l. testium C. de testib.* In mortis causa facta donatione, *l. vlt. C. donat. causa mortis.* In legatis & fideicommissis, *§. vltim. Institution. de fideicommiss. hæred.* In codicillis, *l. vltim. C. de codicill.* In testamento rustici, *l. vlt. C. de testament.* Et in omni vltima voluntate quinq; exigũtur testes, *In auth. de test. § & licet. col. 7.* ADDE, *d. l. fin. C. de codicil.* excepto testamento solemni, quod septem requirit, *l. hæredes. § in testamentis. ff. de testam. l. si vnus. l. hac consultissima. C. eod.* & hoc de iure ciuili, de iure vero Canonico sufficiunt duo testes cum Parocho, *c. cum esses. ext. de testam.* de cuius c. intellectu & vigore vide *ibid. Conar. Mascard. de probat. conclus. 1352. num. 27. & seqq. nouissimè And. Fachineum lib. 7. cap. 47. C. 23.*) In testamento cœci, octo, *l. hac consultissima. C. qui testam. fac. poss.* Aliquando tantummodò duo, vt in eo, quod ad pias causas conditum est, *c. relatum i. ext. de testam.* Et nota plerosq; esse casus, qui non testium sed instrumentorum fide probari possunt, vt sunt omnes inquibus requiritur scriptura, notati *in gl. verb. in scriptis in c. 1. §. post quam de censib. lib. 6. & in l. contractus. C. de fide instrum.* Secunda species iustæ & plenæ probationis per instrumenta, hoc est, per scripturas publicas, & fide dignas, veluti, quæ per tabelliones 25.

publicos seu Notarios scribi solent, de quibus *in auth. de instrum. cautel. & fide*, vel quæ sigillo seu annulo signatorio confirmantur ab Episcopo, Magistratu, aut etiam ab eis, qui publici alicujus officij authoritatem habét indubitatam, *c. tertio c. post cessionem, ext. de probat.* Item quod authoritate judicis per manum publicam transscribitur, seu publicatur, plenè probat, *l. publicati. C. de testam. l. vlt. C. de re iud. l. vlt C de iure emphit. c. pen. & vlt. ext. de fide Instrumen.* Item libri & scripturæ in publico archivo aut grammatophylatio rerum gestarum gratia repositi, integram fidem habent, *l. census ff. de probat. auth. ad hæc. C. de fide instrum. c. 1. & c. cum causam & ibi gl. & Dd. ext de probat.* De libris antiquis nō in loco publico custoditis, neque in hoc editis, vt probandis rebus gestis deserviant, probari non potest, vt plenam fidem habeant, multò minus de sculpturis columnarum passim, quoniam vtrobique suspecta esse potest scribentium levitas, vide *l. monumentorum & ibi gl. Barthol. & Baldus. C. de relig. & sumpt. funer. not. d. cum causam, ext. de probat.* (ADDITIO. Tamen ob antiquitatem & longum tempus pro judicis arbitrio illis creditur, *Myns. cent. 5 obs. 79.* cum omnes probationes sint arbitrariæ, *Menoch. lib. 2. de arbit. iud. cas. 90. per tot.* Christoph. Wintzler.) Privatæ autem scripturæ, veluti chyrographa, sive apochæ, in quibus debitor fatetur se à creditore aliquod creditum recepisse, & similiter antipochæ seu quietantiæ, quas creditores conscribunt, confitentes se solutionem debiti vel vsurarum recepisse, item privata signa, seu sigilla, adversus eum quidem, qui scripsit, vel signavit, plenè probant, *l. Publia §. vlt. ff. depos.*

26.

27.

28.

*ff. depos. l. quidam ff de constit. pecu.* pro eo nullam fidem habent, *l. exemplo. l. non epistolis. C. de probat.* 29.
*l. vltimo C. de conven. fisci debit. libr. 10.* Quum alioqui homines avaritia corrupti, causa probationis multa pro arbitrio comminisci possent, & scribebere, vel signare. Quod si gratiâ vtrinsque contrahêtium scriptum, & ab vtroque subscriptum, vel signatum est, tũc cessat omnis suspicio, & 30.
creditur his privatis instrumentis, vt quotidiè videmus, *arg. l fideiussor §. pater Seij. ff. de pignor.* Sed de his pleniùs infrà. (Adde *Menoch. libr. 2. de arbit. Iudic. cas. 93 & seqq.*) Tertia species constat ex confessione factâ in jure, hoc est, in loco vbi jus 31.
redditur *l. 1. ff. de confess. l. 1. C. eodem.* Verum tamen est, confessionem non esse probationem, sed relevamen ab onere probandi, *secundum Dd. in c. 1. ext. eodem & in c. 1. eodem titul. lib. 6.* Sed ad hoc autem, vt confessio noceat, plura requiruntur, pro- 32.
ut coaceruat gl. *verbi, confessio c. vltimo. ext. eodem.* Inde versus, *Maior, sponte, sciens, contra se, ius sit & hostis. Certum, lisque favor, ius, nec natura repugnet,* vide *d. gl.* Quarta species plenæ probationis versatur in evidentia facti, vt quum quid sensu cor- 33.
poreo coràm percipitur. Si quis enim asserat vulnus atrox esse, & mox indicet locum, certè hæc probatio non potest revocari in dubium, *l. vulnera ff. de iniur. l. si irruptione. ff. fin. regund.* Vnde is, qui in ipso crimine reperitur, sufficientèr & evidentèr vinci censetur, *c. de manifesta. cum seqq. 2. q. 1. c. priusquam 28. distinct. c. vestra & c. seqq. ext. de coniug. cleric. & mulier.* Quinta species justæ pro- 34.
bationis producitur ex jurejurando, quod ab altero litigatorum defertur alteri, *l. 1. & 2. ff. de*

*iureiur.* Nam sive actori, sive reo, incumbat onus
35. probandi, vtrique licentia conceditur adversario suo de controversia jusjurandum deferre, aut delatum referre, *l. manifesta. & aliis plurib. ll. ff. de iureiur. l. cum de indebito §. in omnibus ff. de probat.* Tutor quoque & curator jusjurandum de-
36. ferre potest, pupillus verò non potest, *l. iusiurandum §. pupillus & §. si tutor ff. de iureiur.* Procurator quoque si aut mandatum id ei specialiter sit, aut generale & liberum habeat mandatum, vel si in rem suam factus sit procurator, *d. l. iusiurandum §. vltimo.* Iurare autem omnes, quibus jusjurandum
37. defertur, possunt citra discrimen vel ætatis, vel sexus, vel status, & sine vlla periurij vel suspicione vel animadversione, propterea, quod is, qui defert, contentus eo fuisse, & ipsum in causa, & testem & judicem constituisse videtur, *l. vltima. C. de fideicom. Paul. de Cast in Rub. ff. de iureiur.* Vnde hęc juramenti delatio periculosa satis est, & ob id non est ad illàm facilè recurrendum, nisi omnibus probationibus deficientibus, aut causâ valdè
38. levi existente. Quocircà si actor vnum idoneum testem, vel aliam quamuis semiplenam probationem habeat, consultius egerit, si à judice delationem juramenti necessarij in supplementum probationis expectet. Postquam autem juratum est, is, qui detulit, mutare factum non potest.
39. Imò ne tum quidem cum acceptatum est jusjurandum, quamuis nondum sit præstitum, aliàs revocari poterit, si delator novas nanciscetur probationes, *iuxta l. si quis iusiurandum. C. de reb. cred. & iureiur.* Quare si is, cui defertur juramentum, illud nolit revocari, sit illi cautio, nè tempus deli-

pus deliberandi exigat, an sit juraturus, nec nè, sed mox acceptet, & deinde spacium sibi dari petat, quo diligentèr secum expendat, quomodo jurabit, *iuxta l. iusiurandum & ad pecunias. in princ. ff. de iureiur.* Qui defert, de calumnia, si exigatur, jurare debet, *d. l. cum de indebito. §. in omnibus. ff. de probat. l. delata. C. de reb. cred. l. iusiurandum & ad pecunias. §. qui iusiurandum. ff. de iureiur.* nisi sit patronus, vel parens, *d. §. qui iusiurandum.* In criminalibus autem causis, quæ apertissimam exigunt probationem, non defertur juramentum, *l. vlt. C. de probat. l. dolum. C. de dolo mal. l. qui sententiam. C. de pœn.* (Adde. *Infrà Tit. de conclus. causæ limitat. 21.*) Sexta denique species plenæ probationis colligitur ex legitima præsumptione, seu conjectura, vt rectiùs appellatur. (ADDE. Alios conjecturam à præsumptione distinguere, de quibus *Menoch. lib 1. de præsumpt. quæst. 7. num. 21. vsq; ad num. Cinclus fine.* C. Winglet. nam cum apertis rerum indicijs potest conjici, aliquid esse factum, vel non factum, accedente necessaria juris ratione, tunc censetur satis probari, *c. 1. ext. de probat.* Est autem indicium apertum, tale signũ facti, quod vrgeat animum boni viri, & constantis ad credendum plane. Quamobrem Imperatores *in l. vlt. C. de probat.* Sciant cuncti accusatores (inquiunt) eam se rẽ deferre debere in publicã notionẽ, quæ munita sit idoneis testibus, vel instructa apertissimis documentis, vel indicijs ad probationẽ indubitatis, & luce clarioribꝰ expedita. Dividit autẽ Speculator præsumptionẽ, in temerariã, probabilẽ, violentã, & necessariã. (ADDE. Alios aliter distinguere, de quibꝰ amplissimè & doctissimè Menoch *lib 1. quæst. 2. & per tot.* C. W.) Temeraria est, quæ à malis hominibus ex levibus causis arripitur,

40. 41. 42. 43. 44. 45.

arripitur, & hæc repellitur à judice, verbi gratia. Si virum videro cum muliere loquētem, & inde præsumā, quod de coitu sollicitet, hæc præsumptio temeraria est, *arg. c. oves 6. q. 1. c. licet Heli ext. de simon.* (ADDE. Proinde levem vocat hanc Menoch.
46. *d. quæst. 2. num. 9.* scholaris tamen loquens cum puella nō presumitur dicere Pater noster, *Bald. Sichard. & alij in l. neque nati ales. C. de probat. arg. c. nec aliqua 27. q. 1. C. 23.*)
47. Probabilis est applicatio animi cujuslibet boni viri ad id, quod verisimile est, oriens multis ex causis, & circumstantijs, quę purgationem, & non sentētiam inducit, nisi quis in purgatione defecerit, *Specul. de præsumpt. §. species vers. probabilis.* Vio-
48. lenta præsumptio est vehementior, quæ rectè dicitur præsumptio juris, quando lex aliquid præsumit, veluti si chyrographum cancellatum appareat, lex præsumit debitorem liberatum, *l. si chyrographum ff. de probat.* (Adde de hac præsumptione Menoch. *lib. 3. præsumpt. 140. & 141.*) Alia exempla vide *in l. filium ff. de his qui sunt sui vel alien. jur. l. sive possidetis. C. de probat. in l. labeo l. post quam ff. de*
49. *pact.* Et præsumptio hæc sufficiens est ad pronunciandum, nisi probetur cōtrarium, quod fieri potest, *vt d. l. si chyrographum & l. sive possidetis, c. proposuisti de probat. Panorm. in c. is qui ext. de sponsal. Specul.*
50. *d. loc.* Necessaria præsumptio est, quam & violentam nonnulli, alij juris vocant & de jure, quia lex præsumit & statuit super præsumpto, *vide gl. & Dd. in d. l. sive possidetis*, & quæ sufficit ad pronunciandum, nec probationem contrariam recipit, verbi gratia. Si quis eam cognoverit, cum qua prius de futuro contraxerat, certè contra hu-
51. jusmodi matrimonium præsumptum probatio

non reci-

non recipitur, præsumitur enim in eam consensisse, quamuis per verba de præsenti cum ea non contraxerit, *c. is qui ext. de sponsal. lib.* reliqua exempla vide, *in l. vlt. C. arbit. tut. in l. antiquæ C. ad Vellei. in auth. si quis in C. ad l. Iul. de adult. in auth. sed iam necesse C. de donat. ante nupt. in c. de illis c. per tuas e. t. de condit. appo. & in c. ad id quod & c. veniens 2. ext. de sponsal. in l. 1. C. de his qui ad eccles. confug. Panorm. ad eam l. in c. cum inter num. 6. ext. de immu. eccles.*

Interdũ tamen aliqua probatio, ADDE. Putà, indirecta, *Menoch. lib. 1. q. 65. per tot.* vel confessio partis, *Menoch. d. lib. 1. q. 61. per tot.* si à voluntate confitentis penderet hic actus, quare præsumptum matrimonium, quia eius distractus ex voluntate partium non pendet, non admittitur confessio in contrariũ. Item alia quæuis probatio contra eandem admissa valet, licet admitti non debuerit, *Chassinæ. in consuet. Burg. tit. des retraicts §. 12. verb. Se la fraude est trouuée num. 9. Menoch. d. lib. 1. quæst. 68. per tot. lib. 2. quæst. 46. num. 13.* C. 20. 52.

contra hanc præsumptionem admittitur, de quo vide gl. *in clem. vnica de probat. Bald. Salyc. & alios in d. auth. sed iam necesse, Panor. & alios in d. c. is qui fidem de sponsal.* Porrò & illud notandum, quod nulla coniectura tam vehementer vrgere potest animum iudicis, vt habeatur pro vera & sufficienti probatione in causis criminalibus, in quibus testes, signa, argumenta, probationes luce meridiana clariores esse oportet, *l. vlt. C. de probat.* non enim de fortunæ & dignitatis amissione, sed hominis salute, cuius neglectio improbitatem arguit, magno iudicio agitur, *l. qui sententiam C. de pœnis l. addictos C. de appel.* eoque absentem, (*vt ait Vlpian. in l. absentem ff. de pœn.*) in criminibus damnari nõ debere Diuus Adrianus Iulio Frontoni rescripsit, sed nec suspicionibus debere aliquem damnari. 53. 54.

" damnari. Diuus Adrianus Ausidio Seuero re-
" scripsit, sanctius enim esse, impunitum relinqui
" facinus nocentis, quàm innocentem damnare.

55. Verum ad torturam duntaxat sufficiunt huiusmodi legitima præsumptionis indicia, vt malefactor ipse confiteatur, *d. l. absentem vbi Dd.* ADDE, Et ad imponendam pœnam extraordinariam, *Gail. libr. 1. de pac. publi. cap. 15 num. 19. cap. 17. num. 7. Menoch. de præsumpt. libr. 1. q. 92. & quæst. 97.* quem vide plenissimè docentem, quando, & ex qua præsumptione quis ordinaria vel extraordinaria pœna puniatur. Christophorus Wimpler.

56. In ciuilibus verò causis, si vtcunque fallimur coniecturis, damnum est pecuniarium & recuperabile. Alterum caput seu genus probationis est semiplena probatio, per quam rerum gestarum fides aliqua sit iudici, non tamen tanta, vt iure possit mouere eum ad ferendum in hanc partem sententiam. Et huius quinque sunt species.

57 Prima, quæ per vnum habetur testẽ & probatæ vitæ. Secunda species semiplenæ probationis in ciuilibus ex fama producitur, quæ tamen vnius testis de veritate deponentis testimonio confirmata iustam probationem facit. *gl. illorum. & ibi Dd. in c. veniens. 1. ext. de testib. confirmat. in l. 3. §. eiusdem. ff. de testib. vide Bart. in l. de minore. §. tormenta ff. de quæst. Ias. in repet. l. admonendi. num. 203. & seqq. ff. de iurejur.* modò non inconstans sit fama, alioqui non probat satis sed coniecturam facit, quia sæpè fallax est rumor, *l. vlt. ff. de hæred. instit.* Tertia species non plenæ probationis ex

58.

59. comparatione literarum constat, *§. si verò moriantur. cum seq. in auth. de instrum. caut. & fide. col. 6.* non enim firmam literarum collatio fidem sine

testibus

testibus facit, propterèa, quod scriptura ætatis, valetudinis, calami, & atramenti vitio mutatur, non eandem vbique retinet similitudinem. Est autem comparatio literarum vltimum subsidium indagandæ veritatis, quotiens neque testes, neque Tabellio produci possunt, vt veritatem scripturæ, cuius controuersia vertitur, attestentur, de qua vide latius tradita, *in l. comparationes. cum auth. at si contractus, & auth ad hæc C. de fide instrum.* (Adde. *Menoch. lib. 2. de arbit. Iud. cas. 114. per tot.*) Quarta species imperfectæ probationis est, quæ constat ex priuatis scripturis, ac alijs, quarum superius mentionem fecimus, & tractatur communi Dd. sententia, *in l. instrumenta C. de probat. vide Panorm. in c. 2. ext. de fide instrument.* vbi etiam tractat an litera, missiua, & libri rationum mercatorum fidem faciant. Adde. *De his Gail. lib. 2. obs. 20. Couar. pract. quæst. cap. 22. Menoch. lib. 2 de arbit. Iudic. cas. 91. & 93.* Christophor. Wintzler. Quinta denique species est, ex illis præsumptionibus, quæ indubitatam fidem non habent, nec tamen contemnendæ prorsus sunt, quarum & superiùs mentionem fecimus. Exemplum est de fuga, quæ magnam suspicionem parit aduersus fugientem, non tamen iustam fidem meretur, nondum cognita re ipsa, vt tractatur per gl. *in l. bonæ fidei. C. de reb. credit. & iureiure. Iaf. in commento l. admonendi. num. 88. & ibi Barthol. ff. de iureiur. text. in l. lege Cornelia. & ibi Barthol. ff. ad Sylla.*

60. 61. 62.

Sub prima & secunda dilationibus. Hac forma in foro ecclesiastico petere solet produces dilationes ad testes examinandos: easq; dat iudex iuxta

63. III.

iuxta priorem interpretationem, gl. *verbi productionem, in c. in causis. ext. de testib.* vbi exponit productionem, id est, dilationem, quia in vna dilatione potest producere plures testes, hodie scilicet vnum, cras alium, sicque ad vltimam vsque diem dilationis. Qua quidem prima, vel etiam secunda finita, tertiã dat & prorogat subinde roganti. ADDITIO. In Camera secunda aut tertia dilatio non prorogatur neque datur, nisi causa cognitâ, & constito prius de impedimento, saltem per literas Commissarij, aut per iuramentum, *Gail. lib. 1. obs. 91. num. 2.* C.W. Quia fortè omnes testes in præfata prima, vel etiam secunda dilatione produci, vel examinari non poterant. Quartam autem nõ
64. concedit *c. in causis, c. vltra tertiam ext. de testib.* nisi præstito ab eo, qui petit, iuramento, quod videlicet per se, neq; per alium testificata subtraxerit vel fuerit percunctatus, neque per dolum aut machinationem, vel artẽ aliquam, quartam productionem, vel, si manis, dilationem exposcat, *d. c. vltra tertiam, & auth. de test. b. §. quæ vero multi verſ. si vero col. 7.* ADDE, Quæ & eadem solemnitate prorogari potest, *Gail. d. obs. 91. num. 15. Wynsing. cent. 1. obs. 72.* C.W. Nec tamen semper quarta annui-
65. tur dilatio, etiamsi producens paratus sit iurare, vt suprà, neque sanè secunda, neque verò tertia, vbi iudex cognouerit plenæ probationis sufficientem testium numerum, ne sit effrenata testium multitudo, *l. 1. ff. de testib. c. significauerunt, ext. eod.* vel etiamsi esset percunctatus testium dicta post primam dilationem, *d. auth. de testibus § illud tamẽ in dubium col. 7.* Quæritur autem vtrùm valeat probatio facta, postquam dilatio probatoria expirauerit? Et primo quidem præmittendum est, hanc dilationem

dilationem variè plerumque concedi. Quandoque enim conceditur ad producendum testes:& tunc sufficit intra dilationem testes ad iurandum produxisse,& transacto termino poterũt iure deponere & testificari, *Panor. in c. licet num. 20. ext. de probat.* Quãdoq; datur terminus ad producendũ, & examinandum testes,& tunc tali tempore produci debent, vt ante vltimum diem termini possint veri similiter examinari, accedente diligenti partis producentis sollicitatione, *Dom. de Rot. dec. 73. & 465. in nouis, & Panor. vbi suprà.* Quandoque verò & frequentius simpliciter datur terminus ad probandum (*vt & supra in forma, vbi, ad probandum negata admitti*)& tunc infrà terminum prefixum fieri debet examinatio, ita vt post terminũ facta probatio stricto iure non valeat, *Felin. in d. c. licet.* quod tamen moderatur, vt non procedat, quando constat producentem summâ quidem ope nisum, voluisse examinari testes, sed per iudicem, aut aliam inexorabilẽ causam subsequentem stetisse, quominus testes intra terminum examinati sint, *Panor. Felin. & alij in d. c. licet Bart. in l. damni §. Sabinus ff. de damni infect.* Adde, *Marant. 2. part. 6. part. princ. act. 3. num.* 19. qui existimat hoc casu sufficere testes citatos, & iuratos esse, etiamsi intra terminum non examinentur, sed post, quia depositio retrotrahitur ad tempus iuramenti, atque ita in practica seruari, quod idem sentit & Felin. *d. c. licet num.* 19. C. 𝔚. Quandoque præfigitur terminus ad probãdum & probatum habendum, seu aliàs per verba præteriti temporis, vt scilicet, debeat intra tale tempus probasse, &c. & certè tunc sola productio non sufficit, sed examinatio quoque accedere debet, *Panor. Felin. & Dd. loco iam citato.*

66.

67.

68.

Idem

Idem iuris quando præfigitur terminus ad probandum, & probatum habendum per omne genus probationum, vt in multis curijs fit, *secund. Panor. in d. c. licet.* (Adde, ad hæc omnia Mynſ.
69. *Cent. 6. obſer. 57.*) Ex præmiſsis itaque generaliter infertur, quod ſi per producentem non ſteterit, quo minus intra terminum peremptorium præfixum probatio plenè facta ſit, ſed vel per iudicem, aut aduerſarium, vel aliam inexorabilem cauſam, tunc lapſus termini minimè obſtabit, quo minus poſtea, ſaltem dato ad hoc nouo termino, fiat examinatio & probatio. Si autem culpa producentis factum ſit, quominus intra terminum plenè probatum ſit, tunc ſuccedet ea
70. quæſtio; An nihilominus poſt terminum ſaltem re integra facta productio, examinatio, ſeu probatio valeat? & dicimus quod non, de ſtricto iure, dato, quod terminus ſit peremptorius, *c. coram. ext. de reſtit. in integ.* vbi eccleſia aduerſus lapſum termini non auditur de iure, ſed per reſtitutionem in integrum, accedit quod terminus iſte præfigitur, ne lites plus iuſto protelentur: quæ ratio non ceſſat, etiamſi aduerſarij nihil interſit, qua ratione etiam res non poteſt videri integra eſſe, *Spec. titulo de dilationibus §. videndum. verſ. quid ſi datus. Panormit. num. 4. & alij in c. cum dilectus. ext. de fide inſtrument. Felin. in d. c. licet. num.*
71. *15. & ſeqq.* vbi diuerſas refert Dd. opiniones cum pluribus limitationibus. Moderatur iſtud inter cœtera, vt non procedat, ſi iudex aduerſario præſente, vel ad hoc citato, æquitate ſuadente admitteret probationem poſt huiuſmodi terminum peremptorium, frequentiùs tamen pars per

in inte-

in integrum restitutionem ad hoc admitti solet, si nihil malitiæ subsit ex parte producentis. Sed de his casu occurrēte vide plenius Felinum *vbi supra.* Annotandum est præterea hoc loco probationem factam non data ad hoc dilatione valere, *l. vnius §. cognituru. ff. de quæstio. l. in crimine. & ibi Bartolus ff. de adult. Bartolus in extravag. ad reprimendum. Quomodo in crimin. læs. maiestat. proced. in verb. & figura. verſ. item an debeant dari dilationes.* (Adde, *Felin. d. c. licet. num. 14. Marant. d. act. 3. num. 13*) 72.

Ad mensem. Spacium probatoriæ dilationis secundum locorum distantiam definit, *l. 1. C. de dilat.* vt si ex ea prouincia, vbi lis agitur, vel persona, vel instrumenta poscentur, non amplius quam tres menses indulgeantur. Si verò ex continentibus prouincijs, sex menses custodiri iusticiæ est. In transmarina autem dilatione nouem menses computare oportebit, *d. l. 1.* Sed & iudici permissum intelligitur, vt hoc secundum locorū distantiam, & personarum & negotij qualitatem possit moderari. Vnde si probatio fienda in propinquum, tunc considerabit, quanto temporis spatio egere poterit, probare volens. Si verò procul eminusque iter fuerit, tunc similiter extendet iudex latius dilationes secundum arbitrium suum, vti obtinet communis practica, *vide not. in c. cum sit Romana. ext. de appel. auth. de testib. §. quia verò multi. verſ. si verò. in fin. col. 7. in c. 2. ext. de dilat. & in l. 2. ff. de re iud.* (Adde, *Marant. 6. part. 2. 7. part. princ. act. 3. num. 15. Gail. obs. 91. num. 13.* Christ. Winzler. IIII. 73. 74. V.

Sabino Notario committi. Hoc pacto solet is, qui probare vult suam intentionē, vnum vel plures

plures iudici denominare; vt eos vel vnum eorum aduerſa parte conſentiente,& non reluctante in Commiſſarios deputet. Quocircà ſciendum eſt, iſtud examinationis officium in cauſis criminalibus committi non poſſe, *l. iudices cum auth. ſeq. C. de fide inſt.* ADDITIO. Camera verò Imperialis in cauſis fractæ pacis, quas criminales eſſe conſtat, etiam commiſsiones decernit, *Gail. lib. 1. obſ. 96. in fin. Idem de pace pub. lib. 1. cap. 9. num. 1. Mynſing. Cent. 3. obſ.* 40. Aliæ cauſæ criminales per viam appellationis eò nõ veniunt, *Ord. Camer. part. 2. tit. 28. §. 5.* niſi quandoque ratione euidentis nullitatis principaliter intentatæ, *Gail. lib. 1. obſ. 1. num. 28.* C. Ꝟ. in ciuilibus verò negotijs poſſe. ADDE, Præſertim quando iudex in loco iudicij ſuo Notario & Actuario committit legitimè impeditus, in quo ſuæ aſſertioni ſtatur, *Menoch. d. loc num. 350. & ſeqq.* quod & conſuetudine ſeruatur *ſecundum Menoch. d. loc. Oſtauia. Veſt. lib. 6. cap. 2. num. 12.* qui dicit hanc conſuetudinem à iure communi non abhorrere, & eſſe caſum *in clem. 1. de offic. deleg.* C. Ꝟ.

76. Et ideò cum examinationis officium ſatis onerosum ſit, rarò ipſi iudices per ſe examinant, ſed Notarijs committunt, ſuper quo queritur Hoſtienſ. vt ſcribit Io. And. *in c. præſentiũ ext. de teſtib. lib. 6. ſuper gl. interrogatoria.* Sed potius deberent iudices alia committere, quam teſtium examinationem. Quia in probatione, quæ ex teſtibus habetur, totum ius cauſſæ ac omne iudicium pendet.

77. Quando tamen aliàs cauſſa legitima impedimento eſt, quo minus teſtes ſuapte Minerua audire, vel ipſi ſe coram iudicis præſentia præſtare non poſſunt, vt quia valetudinarij ſunt, ſenes, debiles, pauperes, miſerabiles, *c. ſi. qui teſtium ext. de teſtib.* vel aut ſunt egregiæ (vt aiunt) aut nobiles perſonæ, *c. 1. & in not. ext. de teſtib. cog. l. ad perſonas. cum gl. ff.*

*cum gl. ff. de iureiur.* vel etiam, si in vocandis testibus plus impendendum foret, quam tota causa in æstimatione valeret, *Bart. in l. mediterraneæ. C. de anno. & tribut. libr. 10.* tunc juxta *c. cum causam & d. c. si qui testium. ext. de testib. c. constitutus. in fine. ext. de fidemss. l. iudicis. C. de fide instrum. auth. de test ib. §. & quoniam scimus col. 7. c. 1. ext. de testib cog. & d. l. ad personas*, licitè committet judex tale officium, probatis tamen idoneis, discretis, & neutri partium suspectis Notarijs, vel Commissarijs, *gl. verb. artificis in §. & quod sapè, authi. de trient. & semiss. col. 3.* Quod ipsum & delegatus à Principe potest, *vt in clem. vnic. de offic. iud. deleg.* Quod autem ad aliorum delegatos attinet, generaliter dicendum est, quod nullus subdelegatus nec etiam delegatus à Legato. Adde. In delegato Legati hoc nō videtur procedere quum posit articulum Iurisdictionalem, qualis dicitur receptio testium, committere, *per c. cum Bartholdus ext. de sent. & re iudic.* licet cōmissionem ibi nullam fuisse existimet verius Covar. *lib. 3. var. resol. cap. vlt. in fin.* quasi in *d. c.* non fuisset legatus de latere, quod multi ibidem præsupponunt, quo etiam præsuppositō, nihilominus dictum suum verum putat, cōstituens ob id differentiam inter Legatum Procōsulis & delegatum Legati de latere. Verum consuetudo permittit vt delegatus Legati de latere receptionem & examen testium alteri subdeleget, sive committat, quæ etiam multorum opinione juridica est, vt videre est apud Covar. *d. loc.* Quinimō memini delegatum Officialis Colonienſis alteri receptionem & examen testium commisisse, quod majus dubium habet sine Officialis ratificatione, sub cujus nomine literas commissoriales isto casu emitti tutius est. Christop. Wingler. vel ordinario, & breviter nullus delegatus ab alio quam Principe, potest testium examen alteri cōmittere, quemad-

78.

79.

80.

modum nec citationem, vel litis conteſtationem, vel ſententiæ prolationem, *c. cum cauſam. ext. de appel c. 1. ext. de conſang. & affinit.* Quia talia ſunt iurisdictionis, ſeu iudicialia, *c. quoniam. ext. de probat.* & cauſæ cognitionem deliderant, *l. à procedente. C. de dilat.* vndè iſti talia committere non poſſunt. Quia à iudice iudex datus, iudicem dandi poteſtatem non habet, *l. à iudice. C. de iudic. & d. c. cum cauſam ext. de appel.* Sed hæc vera ſunt, quando delegatus ab alio, quam à Principe delegat articulum iurisdictionalem, vt eſt receptio teſtium, cum teſtes non ſunt approbati, ſeu interrogatoria non ſunt facta, nam talis tunc iudex deputatur ſuper receptione teſtium, *vt in d. clem. iuncta gl. 1. de offic. iud. deleg.* & is cogit teſtes, citat eum contra quem producuntur ad videndum eos iurare, audit exceptiones, recipit iuramenta, refrenat teſtium multitudinem, examinat interrogatoria, punit teſtes, qui aures eius offendunt, *vt not. d. gl. 1.* Secus autem eſt, in articulo non iurisdictionali, nam illum poteſt delegatus inferioris ſubdelegare; putà ſi approbauit teſtes producendos, & examinauit capitula ſuper quibus debent interrogari, ita quod Commiſſarius habeat nudã facti receptionem & examinationem, quia eo caſu eſt articulus ſine iurisdictione, quod eſt mente tenendũ, *c. cum Bertholdus. & ibi Innoc. & Panormit. num. 19. ext. de ſent. & re iud. Io. And. & Panormit. num. 10. in d. c. cum cauſam ext. de appel.* Idem ſentit gl. pen. *in auth. vt defuncti ſeu funera non inmur. col. 5. & habetur d. gl. 1. in d. clem. 1. de offic. iud. deleg.* (Adde eorum ſententiam communem teſte, Couar. *lib. 3. variar. reſolut. cap. vlt. num. fin. Rot. deciſ. 3. de offic. deleg. in no.*)

81.

82.

Conſueuit

Consueuit autem interdum requiri subdelegans, quatenus causam ad se reuocet, & receptionem iuramentorum & examē testium alicui committat, literasque commissionis & alias oportunas concedat, ac causam denuò ad subdelegatum remittat, quod tamen non videtur necessarium, quando subdelegatus nudam examinationem testium per se receptorum committere velit, per supra dicta. Porrò & hoc notandum est, Commissarium expensis producentis sustineri, sicut & testes testimonij causa reuocati, vt notatur per Cyn. & alios Doctores, *in l. quoniam liberi. C. de testib. c. statutum in fine cum gl. & in §. insuper. verb. moderatos ext. de rescript. lib. 6.* (Adde, *Gail. lib. 1. obs. 99.*) pro qualitate tamen personarum. ADDE, Quia rusticus non debet venire eques, sed pedes, *gl. vero. cum oportere in l. Idemque §. Idem Labeo ait, ff. mand. Gail. d. obs. 99. num. 4. Peckius cap. 51. num. 2. inf. cap. 41. num 67.* nec debet vti pane albo, pullis & alijs delicatis cibis, sed caseo, cœpis, & fabis, *gl. in l. ferus vrbanis 97. verb. cibarijs ff. de leg. 3.* Christ Winsler. & sicut victuri essent domi suæ & rationabiliter lucraturi, vel nisi aliquo loco testium salarium consuetudine iam taxatum esset. De mercede autem Commissarij, id est, quantum ei debeatur vltra viaticum, respondendum sicut in alijs fermè omnibus quæstionibus, consuetudinem loci esse inspiciendam. Nec hoc prætereundum, videlicet, Commissarium quidem testes etiam die feriatâ examinare posse, si die non feriatâ iurauerint, quia die feriata iurare prohibentur, *c. 1. de fer. Spec. tit. de fer. §. 2. vers. quid si tum gl. 1. in clem. 1. de offic. ord. deleg.*

83.

84.

85.

86.

87.

Literasque commissorias. Rectè petun- 88.

tur literæ commiſſoriæ decerni, niſi enim de ipſa commiſsione conſtet, quicquid agit Commiſſarius nullius eſt momenti. Quia nuſquam reperi-
88. tur, quod Notarius ſine commiſsione judicis poſſit recipere juramenta teſtium, *gl. verbi depoſitiones in l. hac conſultiſſima §. penult C. de teſtam.* nec etiam inſtrumenta vel confeſsiones *gl. fin. in l. iubemus. C. de liberal. cauſa. Baldus. in l. præcipimus. C. de appella.* ADDITIO, qui tamen putat quod ſcripturas, ſed non teſtes abſque judicis commiſsione recipere valeat, vt *ibi* videre eſt, *num.* 1. C. W. nam illud non eſt officij ſui, vide gl. *in l. 2. C de iure fiſci libr. 10.* ſed in commiſsione benè, *Innoc. in c. quoniam num.*
89. *5. ext. de probat. Dd. vbi ſuprà*, ſed tamen ipſe Notarius non poteſt fidem facere de commiſsione ſibi factâ, quia illi in hoc non creditur, ſed vel per alium Notarium, vel per literas authenticas de ea fides fieri debet, de quo per Hoſtienſ. *in d. c. quoniam & eleganter Baldus. in l. iudices, num. 2. C. de fide inſtrum.* (ADDE *Nicol. Antho. Gravat. ad Veſt. lib. 6. cap. 2. num 48. qui hanc communem dicit.* Chriſtoph. Wintzler. Forma autem hujuſmodi literarum commiſsionis receptionis teſtium ſolet eſſe talis.

90. *Forma cõmiſſionis ad examinandum teſtes.*

ALEXANDER Pius Decanus Eccleſię, &c. à Sede Apoſtolica ſpecialitèr deputatus prouido viro Sabino Notario publico ſalutem in Domino. Tibi, de cujus fide, diſcretione, & induſtria ad plenum in domino cõfidimus, auctoritate Apoſtolica nobis commiſſa, & qua fungimur in hac parte, committimus & mandamus, quatenus omnes & ſingulos teſtes, vtriuſque ſexus perſonas pro parte honeſti viri Sempronij ciuis Lovaniẽſis, in

sis, in causa coram nobis vertente, per & inter dictum Sempronium actorem ex vna, nec nó discretum virum Titium, &c. tibi nominandas, accedendo quò propterea fuerit accedendum, Cites ipsos & eorum quemlibet, ad jurandum de perhibendo testimonium veritati, admittasque, ac eorum & cujuslibet ipsorum solita juramenta recipias, nec non super nonnullis positionibus & articulis pro parte dicti Sempronij actoris coram nobis exhibitis & per nos ad probandum admissis (quos tibi vna cum interrogatorijs partis adversæ præsentibus inclusos transmittimus,) iuxta prudentiam tuam diligenter examines & interroges, adjuncto tibi in examine testium hujusmodi aliquo Notario publico, fideli & probo, neutri partium suspecto, pro parte Rei, si quem tamen suis sumptibus adjungere voluerit. Ipso tamen reo seu legitimo eiusdem procuratore ad videndum & audiendum testes hujusmodi jurare debitè vocato, ipsorumque testium dicta, depositiones, & attestationes per te in scriptis fideliter redactas nobis fideli sub clausura referas aut remittas. Tibi enim testes hujusmodi citandi, aut per alium fidelem Notarium citari mandandi & compellendi facultatem, authoritatem, & mandatum speciale impartimur & concedimus per præsentes, ratum siquidem, gratum, stabile, atque firmum perpetuò sumus habituri omne id, & quicquid in præmissis coram te factum fuerit, perinde ac si coram nobis, ac per nos actum foret. Datum, &c.

*Alia forma secundum stylū Colonienſ.*

OFFICIALIS Curiæ Archiepiſcopalis Colonienſis Index ordinarius. &c. diſcreto & erudito N. N. Notario publico in N. ſalutē in dño Cum alias in quadam cauſſa, &c. in primis quidē articulatus libellus, & deinde nonnulli articuli declaratorij ſive additionales pro parte N. Impetrantis contra memoratum N. opponentem corā nobis ſucceſsivè exhibiti fuiſſent, hujuſmodiq; libello & articulis declaratorijs pro parte dicti N. opponentis ſucceſsivè reſpōſum extitiſſet, ſic quod prę fatus impetrās ad probandū negata prętactorū libelli & articulorū declaratoriorū ſuorū nonnullos teſtes in partib⁹ producere neceſſariò habeat, q̄ ros in & ad hāc inclitam civitatē Colonienſem noſtrum; conſultū Tribunal propter loci diſtātiā, viarū diſcrimina, aliaq; diverſa pericula & incommoda nō poſsint cōvenienter adducere. Idcircò nè jam dict⁹ impetrās in probatione hujuſmodi libelli & articulorū ſuorum deficiat aut periclitetur, de expreſſō prędictorū hinc inde partiū apud hujus cauſſæ acta conſtitutorū Procuratorū cōſenſu tibi N. de N. Notario noſtro antedicto, de cuius legalitate & induſtria plenariam in Domino habemus fiduciā, tenore prędentiū cōmittimus & mādamus quatenus cū & poſtquā pro parte prędicti Impetrātis deſuper fueris requiſit⁹ omnes & ſingulos vtriuſq; ſexus & ſtat⁹ homines tam Eccleſiaſticos quā ſeculares, tibi pro parte ejuſdē impetrātis in ſpecie nominandos, corā te in teſtes ad jurandū de perhibēdo & perhibendū veritati teſtimoniū in prędenti cauſſa & inter prędenominatas hinc inde partes ad certos diem ſeu dies & horas tibi congruentes, dummodò tamē dies illi feſtivi

festiui sive dominici rō fuerint, ad Parochialem Ecclesiam N. N. oppidi N. quem locum ad hoc tenore præsentium deputam⁹ cites seu per alium fidelem citari facias & demandes. Ipsosque testes & eorū quēlibet, si se gratia, odio vel metu, quod absit, subtraxerint, seque examini tuo submittere recusarint, extunc censeris quibus convenit Ecclesiasticis ad hoc ipsum faciendum auctoritate nostra moneas & compellas, & quaten⁹ ipsi indigeant, à quibuscunq; suspensionum sive excommunicationum sententijs, si quibus forsan innodati fuerint quoad actum deponendi hujusmodi duntaxat, auctoritate nostra in Dei nomine absoluas, inque testes admittes, ac eorum iuramenta dicendæ veritatis in forma juris recipias ac eosdem testes iuxta interrogatoria memoratæ partis opponentis, si quæ tibi præsentata fuerint, nec non super prætacto libello ac articulis declaratorijs præfati impetrantis diligenter interroges & fideliter examines, ac depositiones sive attestationes eorundem testium in scriptis debitè redactas, manuque tua propria sub scriptas, sub debita clausula, vti moris est, consignatas, quanto citius poteris nobis reportes, cæteraque omnia & singula auctoritate nostra facias & exerceas quæ hujusmodi nostræ commissionis qualitas exigit quomodolibet & requirit. In quorum omnium & singulorum præmissorum fidem & testimonium præsentes nostras literas exinde fieri & per Notariū nostrum publicum infrascriptum subscribi, sigillique officialatus dictæ curiæ nostræ Colonien sis iussimus & fecimus appentione communiri. Datum, &c.

INSVPER hoc loco annotandum eſt, quod cum coram judice ordinario deſiderãtur aliqui
91. teſtes, qui ſunt extraneæ & alienæ juriſdictionis, vbi juris dicundi poteſtatem non habet, tunc neceſſarium eſſe, vt judex teſtiũ hujuſmodi examinationem cõmittens, ſcribat ad judicem cujus juriſdictionis teſtes ſunt, quos examinare debet, rogans eundem extraneum judicem, vt vel ipſe hujuſmodi teſtes recipiat & examinet, & atteſtationes clauſas requirenti remittat, *iuxta c. conſtitutus. ext. de fideiuſſ. l. iudicis. C. de fide inſtrum.* vel (quod frequentius eſt) vt teſtes hujuſmodi citet, & ſinat coram judice requirente vel ipſius commiſſario venire ad perhibendum veritatis teſtimonium, in cauſa tali, &c. Et ſcribi ſolet ſub hac forma.

92. *Forma requiſitorialium.*

VENERABILI viro domino Officiali Mechlinienſi, Lovanij reſidẽti, Officialis Leodienſis ſalutem in domino ſempiternam. Cum honeſtus vir Sempronius civis Lovanienſis actor in cauſa coram nobis per & inter dictũ Semproniũ actorem ex vna, &c. motâ & indecisâ pendente, ſuper nonnullis articulis pro parte ejuſdẽ actoris exhibitis, ac per nos, ſaluo jure impertinentiũ, ad probandũ admiſsis, quoſdam teſtes intra veſtrę ordinariæ juriſdictionis limites corã nobis ſeu fideli noſtro Sabino clerico publico & curiæ noſtræ Leodien. Notario jurato, noſtroq; in ea parte ritè dato Cõmiſſario cõtra dictũ reũ (vt aſſeruit) producere vult, & intendit. Hinc eſt, quod vos venerabilem virũ dominũ Officialẽ in ſubſidiũ rogamus & in domino hortamur, quaten⁹ quoſcunq; teſtes intra veſtræ ordinariæ juriſdictionis limi-

tes com-

tes cõmorantes,& vobis subjectos, quos dictus actor seu ipsi⁹ legitim⁹ procurator pro eo seu eius nomine in prædicta causa coram nobis, dictouè nostro Cõmissario producere vult,ad certũ diẽ, horam,locum,seu dies,horas,& loca cõpetẽtia & decentia, corã nobis seu præfato nostro cõmissario ad perhibẽdũ sua veritatis testimonia citari,& quid p vestros subditos factũ fuerit,nobis rescribi facere velitis,& dignemini,quẽadmodũ nos in casu pari vel maiori facere velletis. Datum,&c.

*Alia forma requisitorialium secundum stylum Colonienſ.*

Officialis curiæ Archiepiscopalis Colonienſis venerabili & egregio Domino Officiali curiæ Archiepiscopalis ciuitatis Confluẽtinenſis dioces. Treuirenſis,salutem & syncerã in Domino charitatem, atque in cõmissis fidelem adhibere diligentiam. Notum facimus D. V. quod ortâ pridem & introductâ coram nobis lite & dissentionis materia per & inter prouidũm N. agentem seu impetrantem ex vna, nec non honestum N. de N. oppidanum in N. Colonienſis dioces. reum & opponentem ex altera partibus, in qua quidem causa libello pro parte dicti impetrantis exhibito, liteque desuper contestata & terminis substantialibus,ac de iure, stylo ac consuetudine seruandis seruatis, dilationibus quoque probandi negata statutis, tandem comparuit coram nobis iudicialiter prouidus ac eruditus vir Mag. N. de N. curiæ nostræ antedictæ Colonienſ. iuratus ac præfati N. impetrãtis apud acta cõstitutus Procurator,asserens & viva voce allegans,partem suam quendam testem extradioceſanum, videlicet prouidum virum N. ciuem atque incolam dictæ

ciuitatis Confluentinenſis in hac cauſa neceſſario procedere habere, quem commodè abſque magnis expenſis & ſumptibus propter loci diſtantiam & viarum diſcrimina ad noſtram minimè poſſet adducere audientiam. Quamobrem à nobis humiliter atque inſtanter petijt, quatenus ſibi partique ſuæ impetranti in præmiſſis de opportuno juris remedio providere, nec non literas iuris ſubſidiales ſive mutui compaſſus ad vos venerabilem & ac egregium Dominum Officialem Confluentinum antefatum, cuius juriſdictioni idem teſtis dignoſcitur eſſe ſubjectus, decernere ac concedere dignaremur. Nos tunc Officialis Curiæ Colonienſ. antedictus attendentes hujuſmodi imploratione fore & eſſe juſtam & rationi ac æquitati conſonam, eo potiſſimum attento, quod judicia & tribunalia noſtra hinc inde ſibi mutuò pro juſtitiæ complemento aſſequendo ſuffragari debeant: idcircò negotium commiſsionis hujuſmodi examinis vnici producendi teſtis, provido viro M. N. curiæ noſtræ cauſarum ipſiuſque opponentis Procuratore præſente ac expreſsè conſentiente V. D. commiſimus & committimus, eandemque V. D. in juriſsubſidium hiſce imploramus, quatenus præfatum N. teſtem vnicum pro parte dicti impetrantis producentis nominatum coram eadem D. V. ad certos diem, horam & locum D. V. congruum, citare peremptoriè ſeu citari facere, eundemque ad jurandum de perhibendo & ad perhibendum veritati teſtimonium de & ſuper prætacto conventionali libello ac interrogatorijs ex adverſo præſentatis & datis hiſce præſentibus tranſ-

bus transfixis admittere, eiusdemq ue veritatis dicendos juramentum, citatis citandis, recipere, ac deinde super prę̃missis coassumpto & adjuncto ac hoc provido M.g. N. dictæ civitatis Confluentinensis Secretario & Notario, tanquam hinc inde partibus minimè suspecto iuxta designationem appositam examinare & interrogare, illoque teste vnico examinato dicta & attestationes eiusdem in scriptis redigi, claudi & sygillo D. V. muniri, atque nobis fideli cum nuncio transmitti & transferri curare, cæteraq; omnia & singula, quæ negotij hujusmodi qualitas exigit quomodolibet, & requirit, facere, statuere, decernere atq; exercere dignemini, salario cujuscunque exinde competenti saluo. In quorum omnium & singulorum fidem ac testimonium præmissorum, has literas iurisfubsidiales exinde fieri, per Notarium infrascriptum subscribi, sigilliq; Officialatus nostræ Curiæ Colonienſ. iussimus & fecimus subappensione communiri, Actum & datum. &c.

Ad dandum interrogatoria. Rectè, actore si quidem volente, testes producere, reo quoque terminus ad dandum interrogatoria, cõcedi debet, quum sic ex cõsuetudine sit introductum, quæ est optima legum interpres, *l. si de interpretatione. ff. de legib.* Dãtur autem interrogatoria ad instructionem examinatorum, & ob id maximè, quod testium veritas vel falsitas ex interrogatorijs plerũque deprehẽditur. Et dicuntur interrogatoria, quæstiones, quas pars fieri vult super negotij circumstantijs, testibus contra se inductis, *c. præsentium §. testes & ibigl. verbi interrogatoria ext. de testibus* VII. 93. 94.

95. *de teſtibus lib.6.* Sunt autem duplicia, aut enim ſunt generalia, aut ſpecialia. Generalia ſunt, quæ generalitèr in omnibus depoſitionibus interuenire neceſſariò debent, quæ enumerantur paulò infra, & partim habentur in *l.3. ff.de teſtib. & in c. cum*
96. *cauſam ext. eod.* Specialia ſunt, quæ pro cauſæ & articulorum qualitate conficiuntur. quare in his conficiendis aduocatus articulos, ſuper quibus teſtes examinabuntur, præ oculis habere debet, & ſecundum illos interrogatoria concipere. Si enim interrogatoria aliud contineãt, quam quod ad cauſam faciat, non admittentur, & concipi ſolent, ſub hac forma. (Adde, *Gail. lib. 1. obſ. 95.*)

97. Interrogatoria infraſcripta, dat, facit, & exhibet procurator & eo nomine honeſti viri Titij huius cauſæ Rei, ſecundum quæ omnia & ſingula petit omnes & ſingulos teſtes per partem aduerſam producendos diligentèr interrogari & examinari, alioquin de nullitate productionis & examinis eorundem, ac aliàs proteſtatur, prout eſt iuris, moris, atque ſtyli.

98. Et in primis reducatur cuilibet teſtium ad memoriam iuramentum per ipſum præſtitum, & quàm periculoſum ſit, falſum dicere teſtimonium, & veritatem celare, quodque falſus teſtis Deum offendit, iudicem decipit, & partem lædit, & animã ſuam æternaliter dãnat, *c. 1. ext. de crim. falſ.*

Deindè interrogetur, vtrùm nouit huius cauſæ litigatores? & qua ſeu quali notitia & quamdiu ipſos nouerit? Item quonam loci teſtis degat, & antea degere ſolitus ſit? An colloquutus ſit cum ſuis conteſtibus, aut ipſorum aliquo, vt cum eiſdẽ in vnum, eundemque præmeditatum ſermonem concor-

Digitized by Google

concordaret? Vtrum sit edoctus, vel instructus, quomodo & qualiter in hac causa deponere debeat? per quem, seu per quos? An sit delator cõtentorum in articulis? vtri partium magis faueat? an intimus sit amicus producentis, vel inimicus parti contra quam producitur? an producenti aliquo consanguinitatis gradu, & quoto coniunctus sit? an commodum ex sua depositione sentiat aut speret? An sibi aliquid promissum, vel donatum, vt pro actore contra reum testimonium dicat? An citatus, vel rogatus veniat depositurus? per quem, & cuius iudicis authoritate?

Insvper si quis testium contenta primi articuli, incipientis. In primis ponit, &c. dixerit vera esse, interrogetur causa scientiæ, vnde sciat fundum ad Caium pertinuisse. Item, quomodo & quando Caius dominium illius acquisierit. Item de confinibus eiusdem fundi? 100. *Interrogatoria specialia.*

Super secundo articulo, incipiente. Secundò ponit, &c. Si quisquam deponere conetur, quæratur ab eo causa scientiæ. Item quo anno, mense, & die, & loco, per quem, quo precio, & per quæ verba venditio celebrata sit? Item an rogatus contractui interfuerit, vel an sponte, aut solus. Item an in totum vel pro parte & quot fundus venierit? item an precium interuenerit?

Et secundum hunc modum super omnibus articulis ad vltimum vsq;, pro eorum qualitate confectis interrogatorijs, in fine subiungi solet.

Postremò interrogetur testium quilibet, cuius sit ætatis, status, conditionis, famæ, & fortunæ, & an

& an honeſtæ vel inculpatæ vitæ? an verò excommunicatus ſit, periurus, homicida, adulter publicus fornicator, vel vſurarius manifeſtus, aut de aliquo iſtorum vel ſimilium criminum aliquando condemnatus aut publicè diffamatus; ADDE. Hæc quia pertinēt ad generalia interrogatoria ſemper in principio poſita animadverti. C. Wintler.

Cætera ſuppleat diſcretio examinatoris.

101. Hujuſmodi interrogatoria dantur iudici, vel examinatori, nec datur copia parti teſtes producēti, propter periculum ſubornationis, *gl. verbi interrogatoria in c. præſentium. de teſtib. lib. 6. Spec. tit. de teſte. § iam de interrogatoriis, in princ. Panormit. in c. per tuas. num. 2. ext. de teſtib.* (ADDE, *Nicol. Anibo. Gravat. ad Veſt. lib. 6. cap 2. num. 55. Baldus. in tract. de teſtib. part. 3. num 40. Gail. d. obſ. 95.* vbi, quod examen non ſit nullum, etiamſi culpa, vel negligentia examinatoris ſuper interrogatorijs teſtes nō examinentur, ſed ad poſtulationem partis repeti debeat, Idem Mynſ. *cent. 1. obſ. 32.*

## De Teſtiū productione & examinatione.

## TITVLVS XXXII.

1. *Quomodo Commiſſario literæ commiſſionis præſententur, iſque eas acceptet, & in effectum deducat.*
2. *Teſtes aduerſario præſente aut contumaciter abſente, recipi debent.*
3. *Prodeſt aduerſario parti aduerſæ duabus ex cauſis, vt ſit præſens, quando teſtes iurant.*
4. *Quando debeat pars proteſtari, quod velit contra perſonas & dicta teſtium excipere.*
5. *Teſtes vltrò ingerentes, ſuſpecti reputantur.*

6. Citatio

6. *Citatio testis nō est de ordine iudiciorum, nec requ*ritur vbi testis præsens.
7. *Ad quorum testium ædes Commissarius accedere debet.*
8. *An eo casu pars aduersaria citanda.*
9. *Quid faciet commissarius teste comparente.*
10. *Capita iuramenti testium.*
11. *Testes secretè & sigillatim examinari debent.*
12. *Præmonitio ad testes.*
13. *Quo ordine procedet Commissarius in examinatione & dicta conscribet.*
14. *Examinator nihil mutabit, addet, vel detrahet dicto testium.*
15. *Aliter scribens, quàm testes deposuerint, tenetur pœna falsi.*
16. *An credatur magis Notario, quam testi asserenti aliter scriptum, quàm dictum.*
17. *Examinator non intelligens idioma, adhibebit interpretes.*
18. *Dictum testis iam scriptum ipsi præleget.*
19. *Nō datis interrogatorijs, officium iudicis est de causa scientiæ & circumstantijs interrogare.*
20. *Seni testi quando magis credatur, quam iuueni.*
21. *An & quando criminosæ interrogationi testis respōdere teneatur.*
22. *Examine finito examinator imponet testi silentium.*
23. *Forma conscribendi dicta testium.*
24. *Non valet consuetudo scribentium, talis testis deposuit sicut primus, &c.*
25. *Quomodo in fine rotuli, sive dictorum testium subiungendum.*
26. *Commissarius dicta testium clausa & signata iudici committenti transmittet.*

Volens

VOLENS igitur producere teſtes, faciat eos
1. per iudicem vocari, aut ſi iudex occaſione teſtium in alijs locis degentium examinationem commiſerit alteri, ſi quidem extra locum iudicij habitanti, tunc aduerſario vel eius procuratore, qui per litis conteſtationem dominus litis effectus eſt, præſente, vel ſe contumaciter abſentante, literæ commiſsionis, quibus articuli & interrogatoria includuntur, Commiſſario mittuntur, vel ſi Commiſſarius in loco iudicij habitet, is acceptis literis commiſsionis, articulis, & interrogatorijs, accedit locum in quo teſtes degunt, parte, contra quam teſtes producuntur, vel eius procuratore citato ad comparẽdum ſingulis diebus, & horis vtilibus, dilatione probatoria pendente, in eccleſia tali, ac alijs honeſtis coram Commiſſario ad videndum & audiendum ibidem nonnullos teſtes pro parte actoris produci, recipi & jurari. Nam teſtes aduerſario præſente, vel ſe con-
2. tumaciter abſentante recipi debent, *c. 2 ext. de teſtib. vbi Felin. & alij Bald. in l. ſi quando num. 2. & 4. C. de teſtib.* (Adde *Gail. lib. 1. obſ. 102. in princ.*) Proderit autem plurimum parti, cõtra quam fit pro-
3. ductio, ſi ad teſtes jurare videndum compareat, duab⁹ potiſsimum rationibus. Prima, ſi commiſſarius iniquus, vel aliàs corruptus teſti ſacramentum ſolemne remittere vellet, quia fortaſſe pecuniam accepiſſet à parte producẽte, quo minus veritatem cogeretur manifeſtare, id cum plurimis alijs poſſet animadvertere examini & receptioni præſens, vide *l. 1. 2. ref. ff. ad l. Cornel. de falſ.*
4. Secunda, quia in juramento faciendo, vel continuò poſt præſtationẽ proteſtari poterit, ſe velle

contra

contra testium personas, vel eorum dicta de more opponere, *c. præsentium ext. de testib.* Verum tamen est, quod si examini præsens non fuerit, atque ita ante examinationem protestari non potuerit, illum nihilominus posse ante publicationem hujusmodi protestationem interijcere, vt in Tit. seq. *de attest. publicat.* admonebimus. Deinde Commissarius per se, vel per alium citabit testes, vel simul, & semel, si commodè fieri poterit, vel particulatim. Quandoquidem si testes nõ juridicè vocati se ingerant, vt suspecti à testimonio repelluntur, *l. quæ omnia. §. 1. ff. de procur. auth. rogati. C. de testib.* (Adde. *Marant. part. 2. d. 6. part. princ. actu. 6. num. 1. Menoch. lib. 2. præsumpt. 55. num. 2. Mynsing. cent. 4. obs. 3.* Christop. Winsler.) Si tamen testis à producente requisitus veniat, non ideo minus valebit ejus depositio, quod citatus non sit, modò aliàs sit fide dignus, *secundum Baldum in addit. ad Specul. titul. de teste §. qualiter vers. volens ergò.* (Nam (inquit) citatio testis non est de ordine iudiciorum, nec requiritur, si præsens sit, *l. legatum §. hu verò. ff. de his quib. vt indig. Idem Baldus in l. præsbiteri. num. 9. C. de Episc. & cler. Lanfranc. in repetit. c. quoniam contra falsam in verb. testium depositiones, vers. quintò quæro num. 11. ext. de probat.* (Adde. *Mansuer. in sua practic. titul. de testib. num. 33. Mynsing. cent. 6. obs. 16. Antho. Gravat. ad Vesl. lib. 6. cap. 2. num. 25.* in abundantem tamen cautelam, vidi aliquoties in alto seculari iudicio Colonienſi testes à producente adductos, & sic præsentes, per nuncium iudicij ibidem citari, ad perhibendum veritati testimonium, quæ citatio extunc ad acta reproducitur, vt sic eviteur omnis disputatio & suspicio. Christophorus Winsler.) §. 5. 6. 7.

Interim tamen hoc notandum interdum Commissari-

missarium ad testes eorum ędes accedere debere, videlicet, si sint nobiles, egregiæ personæ, debiles, infirmi, valetudinarij, Doctores, eorumque familiæ quos privilegiatos plerumque d. c. si qui testium & ibi Dd. ext. de testib. notat. gl. in l. ad personas ff. de iureiur. allegans l. medicos. C. de profess. & mod. lib 10. quod etiam cómunis obtinet practica. ADDITIO. Ad eum itaque locum
8. etiam pars citanda ad vidēdum testes jurare, *Marant. d. act. 6. num. 6.* Cujus cōtrarium videtur tenere Mynsing. *cent. 2. obs. 91 num* 20. vbi asserit honestam mulieram examinari posse in sua domo non citata parte, *ex Innoc. Alexand. Bartol.* Christophorus Wirsler. Secus si sunt honestæ personæ, vel humiles aut simplices, tum enim tales ad se vocabit & coget Iudex vel Commissarius, vt suprà dictum est. Teste itaque in loco, tempore & hora, præfixis corā Cōmissario comparēte, sive adversarius vel pro-
9. curator citatus compareat, sive non, Commissarius illi primum declarabit, quam ab caussam ipse eum vocarit, vel coegerit, si satis aliàs non manifestasset in citatione. Et deinde tactis per testem sacris Evangelijs, *c. hortamur. 3. q. 9. gl. verbi corporaliter. in c. vt circa. de elect. lib. 6.* vel se. undum consuetudinem digitis duobus, indice & medio manus dexteræ in cœlum erectis, recipiet Commissarius ejusdem juramentum, ac ei sic dicet: Tu ju-
10. rabis & juras, quod dices veritatem, quam sciveris, & notā habueris de ea re, super qua à me examinaberis. Item, quod nullā interferes, implicabis, immiscebis, seu intertexes fallitatem. Item quod pro vtraque parte dices veritatē, quā sci-. Item quod dices omnē veritatē sive rogatus sive nō rogatus. Item quod nō precio, nec amore, nec timore, nec

odio, seu

odio, seu pro alio quovis commodo testimonium dices, sic te Deus adiuvet & sancta ejus Evangelia. Hæc forma probatur per gl. fin. *in c fraternitatis. ext. de testib. gl. vlt. in c. nullam. 2. q. 4.* licet nō soleat plerumque ita per commissarium testi explicari, quod tamē fieri vtile esset partibus litigantibus. Et hæc omnia Commissarius rotulo inferere debet.

Recepto igitur testis juramento, tunc judex vel Commissarius ad examinationem procedens illud in primis observare debet, vt testem secretè & singulatim examinet, nam hoc fieri debet, *l. nullum. C. de testib. & c. venerabili. ext. eod. tit.* licet plerumque aliter observent alij, sed quàm probè ipsi viderint. In aliis autem locis, vbi jus scriptum ritè observatur, secretè & singulatim fit examinatio, exemplo prophetæ Danielis, referente scriptura sacra *Danielis 13. cap. not. gl. audire. in c. 2. ext. de testib.* Commissarius itaq; vel judex acceptis in manib⁹ articulis, & interrogatorijs, quemq; testem vocabit ad se se. retò & separatim, ita vt neutra partiū, aut cœteri cōtestes examinationi interfint. Et prēmonitione factâ, nempè, quàm periculosum sit falsum dicere testimonium, & veritatem celare, prout *suprà in princ. Interrogatoriorum*, & habetur *in c. 1. ext. de trim. falsi.* Deinde super interrogatorijs generalib⁹ primò loco fieri petitis, testē diligēter interrogabit, *vt suprà in forma interrogatoriorum.* Nā talibus testis respōdere tenetur, & respōdētis verba diligēter in scriptis rediget, hoc ordine, à principio annū, mēsem, diē, & locū examinis, nomē & cognomē testis, locū, vbi moratur, cuius status &c.

11. *De examinatione testium.*

12.

13.

vt ſi clericus, an graduatus, & ſi laicus cuius officij, artificij, cuius ætatis, &c. vt paulò infra fuſius oſtendemus. Poſtea articulum, ſuper quo producitur, illi diligenter leget, & exponet, & requiret, quid de huiuſmodi articulo ſciat, viderit cognouerit, aut audierit, ſecundum quod res exigit,
14. & reſpondentis verba diligentèr excipiet, planèq; vt à teſte proferuntur, nihil mutando, addendo, vel detrahẽdo conſcribet, ac vulgarem ſermonẽ in latinum fideliter trãſponet, nec ſcribet teſtem dixiſſe, credo, cum dixerit, ſcio, & cõtra. Nam eo pacto ipſe parti ius ſuum auferret, & ſe ad reſti-
15. tutionem obligaret. Tum etiam quia tenebitur pœna falſi, ſi aliter dicta teſtium cõſcripſerit, quã ipſi ea protuliſſent, *l. 1. in princ. ff. ad l. Cornel. de falſ.*
16. ADDE, Contradictio tamen teſtis aſſerentis alitèr ſcriptum, quàm dictum, non derogat ſcripturæ Notarij, ac Commiſſarij in ciuilibus, ſed in criminalibus facit illius fidem vacillare, *Menoch. lib. 2. præſumpt. 79. num. 15. & ſeqq. Couar. lib. 2. var. reſolut. cap. 13. num. 10.* Chriſtophorus Wintzler.
17. Et ſi ſortè examinator idioma teſtis non intelligat, adiungat ſibi duos interpretes, ſi poteſt, *arg. c. quoniam ext. de probat.* vel vnum, ſi plures non inueniat, *arg. l. comparitiones. C. de fide inſtrument. text. & ibi not. Barto. in l. 1. §. vlt. ff. de verb. obligat.*
18. (Adde, *Mynſing. Cent. 5. obſ. 45.*) Porrò cum iam Commiſſarius verba teſtis reſpondẽtis conſcripſerit, iteratò ea teſti prælegat, vt poſsit ſe corrigere, ſi teſtis, vel etiam ſcriptor errauerit, *c. præterea ext. de teſt. lib. eod.* & cauẽdum eſt iudici, vel commiſſario ne in tam neceſſario actu & maximo, calliditate materiam citò percurrat, cauſſamque ſic ſubuertat, ſed maturè multum cuncta rimetur,

*arg. l.*

*arg. l. iudices. C. de iud. c. iudicantem 30. q. 5.* Deinde interroget de cauſis ſecundum formam interrogatoriorum ad illum articulum datorum. Et ſi aduerſarius fortè nulla interrogatoria dediſſet, ſui officij tamen eſt, vt diligentèr & prudentèr interroget teſtem de cauſa ſcientiæ, vtpotè an viderit, audierit, quomodo, & qualiter, & ſimiliter de alijs cauſſæ & facti qualitatibus, ad eruendam veritatem, de quibus in *c. cum cauſam. ext. de teſtibus.* Et deindè abſolutis articulis omnibus, interrogabit teſtem ſecundum interrogatoria generalia poſtremo loco fieri petita. (Adde, quæ plerumque hiſce in partibus præmitti ſolent, *vt ſupra dixi.*) 19.

videlicet cuiuſnam ſit ætatis, quia magis ſeni creditur, quàm iuueni, *arg. l. fin. ff. de fide inſtrument. l. cum quid. cum gl. nouum ff. ſi cert. pet.*) 20.

ADDE. Hoc verũ in actibus antiquis, aliàs in indifferentibus arbitrariũ cui magis credatur *ſecund. Gail. lib. 2. obſ. 66. nu. 9.* C. 23. Cuius item ſit ſtatus, conditionis, famæ, & fortunæ & an honeſtæ & inculpatæ vitæ, vide *l. teſtium ff. de teſtib.* Item vtrùm ſit excõmunicatus, periurus, vel homicida, &c. *vt in forma interrogatoriorum.* Sed vtrùm teſtis eiuſmodi interrogationi criminoſæ ſibi factæ reſpondere teneatur, dubitari poteſt? & magis eſt, vt dicamus eum non teneri reſpondere ad ea, quæ ſuam turpitudinem detegunt, vt ad infamiam, excommunicationem vel aliud crimen. Si tamen reſpondeat nocet ſibi, producenti, & teſtificationi, ad alia verò, vt paupertatem reſpondere debet, *ſecund. Io. And. in addit. ad Spec. tit. de teſte §. iã de interrogatorijs verſ. porrò & verſ. ſed numquã & Panor. in c. cum cauſam nu. 13. & 14. ext. de teſtib.* Poſtremò teſti iniunget ſilentium, 21. 22.

lentium, nè partibus vel alij ea, de quibus interrogatus, & examinatus fuit, reveler, quousque dicta fuerint aperta, & publicata, vide *l. qui falso. ff. de testib.* Cõscribet autem commissarius vniversa hæc dicta, scilicet depositiones, & attestationes testiũ hac vel simili formâ.

23. *Formatõ scribendi dicta testium.*

VENERABILIS Domine Officialis, Literas vestras commissionis in causa, quæ coram vobis inter honestum virum Sẽpronium civem Lovanien sem actorem ex vna, & providum virum Titium N. ex altera partibus pendet indecisa, obsequioso suscipiens affectu, testes, quos dictus Sempronius cõtra prefatum Titium coram me Commissario vestro infrascripto produ[illegible]re voluit, citavi, & ab eis iuxta morem recipien[illegible]orum testium, in partis adverse, seu illi⁹ procuratoris ad hoc per me legitimè citati absẽtia, prius prestito & per me recepto juramẽto, anno, mense, & die, seu diebus inferiùs annotatis, eos super articulis mihi transmissis coegi, & cõpuli perhibere testimonium veritati, quorũ nomina & cognomnia, dicta, depositiones, & attestationes, sequũtur, & sunt tales.

Anno, mense, & die tali, in tali loco, receptus, juratus, & examinatus est honest⁹ vir Mævius Laicus civis oppidi Antverpiensis, natus Athenis, degens autem Antverpiæ, mercator, ætatis quadraginta annorum.

Et primò reducto testi ad memoriam quã periculosum sit, &c. & iuxta formã interrogatoriorum generalium interrogatus testis, respondit se nosse re litigatores hujus causæ, & iam annos decem noviss e, notitia communi & vulgari, neutri consanguinitatis aut affinitatis gradu conjunctus,

favet

favet parti potius jus habenti, ad alia autem interrogatoria generalia interrogatus testis, generaliter negativè respondit.

Super materia principali partis producentis, incipiente Procurator & eo nomine, &c. & primò super primo articulo incipiente. In primis ponit, &c. testi prælecto & exposito examinatus, medio juramento præstito respondit, &c. scribitur integra responsio.

Præterea iuxta formam interrogatoriorum ad hunc articulum datorum interrogatus testis respondit, &c. scribitur integra responsio.

Super secundo articulo incipiente. Secundò ponit, &c. testi similiter prælecto & exposito examinatus testis respondit &c.

Iuxta formam interrogatoriorum ad hunc articulum datorũ interrogatus testis respondit, &c.

Et idem in cæteris articulis ad vltimum vsq; observandum, quibus absolutis interrogatur testis iuxta interrogatoria generalia postremo fieri petita, & scribitur sic.

Super interrogatorijs verò postremò fieri petitis interrogatus testis respõdit, quod est ætatis, status, conditionis præscriptæ, quodque non est excommunicatus, periurus, aut adulter, sed boni nominis & famæ bonæ, vt sperat.

Super vltimo articulo interrogatus testis, dicit priora testificata sua fore vera.

Et fuit per me testi injunctum silentium vt est moris.

Alibi etiam alitèr testes examinant, & eorum dicta conscribunt, prius ad omnia interrogatoria, & deinde ad articulos, non iungendo ita sin-

gula ſingulos, & ſpecialia interrogatoria, ad ſuos articulos, vti hæc vſus paſsim docet.

Anno quo ſuprà, menſe & die tali, in loco tali juratus, & examinatus eſt providus vir Seius, &c. vt ſupra, & eodem ordine integrè & per ſe deſcribet commiſſarius cuiuſlibet teſtis depoſitionem, nec enim placet aut valet quorundam con-
24. ſuetudo ita ſcribentium. Talis teſtis dixit per omnia, ſicut primus vel ſecundus, nam hoc aliud nihil eſt, quam teſtes vnum eundemque præmeditatum ſermonem attuliſſe atteſtari. Adde. Quare idem improbat Gail. *lib. 1. obſ. 104. num. 5.*

His omnibus ſuo ordine ſcriptis, concludit Commiſſarius dirigendo ea omnia ſuo judici deleganti, dicendo.

25. Præmiſſa omnia & ſingula, ſic vt præſcribũtur fuiſſe & eſſe ſucceſsivè acta, facta, & geſta teſteſque in vim dictæ commiſsionis mihi præſentatæ, ſuper articulis, & interrogatorijs præſentibus inclusis, per me fuiſſe & eſſe citatos, receptos, iuratos, & examinatos, ego Notarius & Commiſſarius infraſcriptus vobis domino Officiali ſigno, nomine, & cognomine, meis ſolitis & conſuetis ſignifico & atteſtor, eorumque dicta, depoſitiones & atteſtationes per me in formam publicam redactas, vobis ſub mei ſigilli impreſsione inclusas tranſmitto.

Ita eſt Sabinus quoad receptionem & examen teſtium præſcriptorum Notarius & Commiſſarius.

26. His igitur eo ordine conſcriptis, Cõmiſſarius diligẽtiſsimè dicta teſtium ſeu atteſtationes & depoſitiones reviſas & recognitas, ſive (vt aiunt) collationa-

collationatas, filo duplicato claudet, sigilloque proprio aut alieno, modo dicti fili ceram apponendo signabit, nè quacunque parte aperiantur, vel discantur attestationes, & iudici suo deleganti mittet.

## De attestationum publicatione.

## TITVLVS XXXIII.

1. *Quomodo exhibeantur dicta testium, eorumque publicatio petatur.*
2. *Pars aduersa copiam nominum, & dictorum testium & terminum contradicendi.*
3. *Petēs copiā protestabitur sibi saluas fore exceptiones.*
4. *Volens producere testes super eisdem aut contrarijs articulis non petet publicationem retuli.*
5. *Quando receptio testium non est ritè facta, non possunt testes iterum examinari.*
6. *Quatuor alij casus, quibus testes possunt repeti.*
7. *An consentiente aduersario testes repeti possunt.*
8. *Per modum restitutionis in integrum possunt testes repeti.*
9. *An maiori succurratur per clausulam generalem, si qua mihi iusta, &c.*
10. *In matrimonali, alijsque causis, in quibus fauor publicus, vel animæ periculum versetur, testes iterum examinari possunt.*
11. *In causis criminalibus quādo obstet publicatio testiū.*
12. *Quando periti in arte, aut testes ad perpetuam rei memoriam examinati, non obstat didicisse testium dicta.*
13. *Quando viua voce ad corrobor andum instrumentum*

*testificatum, non obstat publicatio.*

14. *Peremptæ instantia noui testes produci possunt.*

15. *Variato iudicio, mutatis personis, noui testes produci possunt.*

16. *Ad exceptionis peremptoriæ probationem, publicatio testium principale non nocet.*

17. *Super nouo articulo iterum testes produci possunt.*

18. *Publicatio testium non est de substantia.*

19. *Sententia non facta publicatione lata, non est ipso iure nulla.*

20. *De stylo plurium Curiarum publicatio testium denegatur.*

21. *Quid seruetur in districtu Louanien si.*

1. TESTIBVS itaq; productis & examinatis eorumque attestationibus per examinatorem transmissis, si producens nolit plures testēs inducere, solet tunc præsente aduersario in iudicio repetere dicta & depositiones testiū in actis & petere vt aperiātur, quibus apertis, & manu Cōmissarij per aduersarium, sub protestatione de non approbando contenta, recognitâ, petit sibi publicari attestationes testium pro parte sua productorum, & sibi copiā decerni, vel vterq; petet publicationem, & copiā fieri, & tunc iudex pronunciet attestationes partibus publicandas esse & pro pu-
2. blicatis haberi debere. Et deinde pars, contra quā testes producti sunt, petit copiā nominum testiū, & terminum ad excipiendum contra personas & dicta eorundē & hic terminus illi concedi debet, *secund. gl verb. induijs in c. vlt. cessāte vero de hæret. lib. 6.*

3. Hic tamen quilibet admonendus est. Primò vt priusquam petat sibi attestationū testium contra se productorum publicationē fieri, protestetur, quod

quod exceptiones tam contra personas, quam testium dicta sibi competentes saluas esse velit, & ea protestatione interueniente petat ac recipiat publicationem, vide *c. ex parte c. præsentium. ext. de testib.* Et hoc si examini præsens nó fuerit, *vt suprà*, quoque meminimus. Secundò, vt si super eisdem articulis, vel directò contrarijs etiam in causa appellationis velit inducere testes, non petat sibi publicari attestationes, aut earum publicationes quantum ad se, non acquiescat, aut alioqui excludetur ab vlteriori testium productione, super eisdem articulis aut directò contrarijs, *c. fraternitatis, ext. de testibus. clem. 2. de testibus.* Moderatur tamen istud per Doctores iuris multis casibus non procedere, quorum duodecim, ad quos & cœteri pertinent, recensebimus. Primò, quãdo non rite facta est priorum testium receptio, vel publicatio, *per d. clem. 2. iuncta gl. verbi rite, cum seqq.* ADDE, *Sichard. in auth. at qui semel num. 9. 14. & seqq.* C. *de probat.* vbi docet quando dicatur ritè facta, *Gail. obs. 105. num. 12. Henning. Goed. Rub. 20. num. 6.* & huiusmodi dicta testium etiam de consensu vtriusq; partis publicata non confirmantur, *Mynsing. Cent. 4. obs. 52.* Christophorus Wintzler. nisi tamen pars didicisset testificata, *secund. Cardin. ibid. vide Felinum. in c. fraternitatis num. 5.* Huc referendum, vt etiam attestationibus publicatis, admittatur noua probatio, quando testes priores nó plenè interrogati sunt, *vt in c. per tuas ext. de testib.* Item quando obscurè vel confusè testificati sunt, *c. cum clamor. ext de testib.* Item quãdo directè probare quis vellet testes corruptos falsum dixisse, de quo *in c. licet. ext. de prob.* (Adde *Gail. d. obs. 105. nu. 8.*) Item quando priora testium dicta per incuriam

4.

5.

6.

cuiusquam

cuiuſquam perierunt, *Spec. tit. de teſte. §. ſatis vtiliter verſ. pen.* (Adde, *Gail. d. obſ. num. 13.*) Secundò, non procedit, quando aduerſario conſentiente fieret noua productio, nam partium fauore videtur conſtitutum, vt poſt atteſtationum publicationem, teſtes inducere non liceat, *Panor. num. 5. & Felin. num. 5. in d. c. fraternitatis.* ADDE, *Bart. d. auth. et qui, num. fin. Gail. d. obſ. num. 14.* ſed contrarium ex Angel. determinat Sichard. *in d. Auth. at qui ſemel. num. 24.* quaſi in fauorem publicum introductum, quod teſtes poſt didicita dicta iteratò produci nō poſsint, propter periculum ſubornationis, falſitatis, cui partes renunciare nequeant, Idem contra Bart. cum Bald. probat Nellus à S. Gemin. *in ſuo tract. de teſtib part. 3. nu. 126.* quamuis hoc ſecundum Sichard. ab imperitis iudicibus malè obſeruetur. Chriſtophor. Wingler.

7.

8. Tertiò, moderatur vt non procedat, quando per beneficium in integrum reſtitutionis admitteretur teſtium productio, quod facilè conceditur minori, & eccleſiæ, *c. auditis ext. de reſtit. in integ.* ADDE, *Felin. in c. cum dilectus num. 23. ext. de fide inſtrum. Sichard d. Auth. Qui ſemel num. 12. Menoch. lib. 1. de arbit. iudic. quæſt. 34. num. 11. Matth. de Afflict. deciſ. 216. num. 2. & alios per eoſdem allegatos, fac. Myns. Cent. 4. obſ. 60.* contra quos tenet Card. Zabarel. *dict. cle. 2. num. 13. de teſtib.* quare tutius eſt, hoc arbitrio iudicis relinquere perſonarum, cauſæ qualitate, & alijs circumſtantijs conſideratis, ſecund. Io. And. quem refert Pet. de Anchora, *d. clem. 2. num. 4.* C. W. interdum etiam maiori 25. annis ex generali clauſula, ſi qua mihi iuſta, &c. *arg. c. ex literis, ext. de reſtit. in integ.* ADDE,

9. *Felin. d. c. cum dilectus num. 23. ext. de fid. Inſtr. deciſ. Capel. Tholoſſ. 421.* & *ibi* adfert Stepha. Auffrer. exemplum, quod vide, alius maior difficillimè audietur per ea, quæ tradit Bart. *in l. 1. §. nunciato ff. de noui oper. nunc.* vbi nè quidem ruſtico & mulieri alias priuilegiatis, iſto caſu reſtitutionem in integrum indulgendam putat,

ex quo

ex quo eis non succurratur in his, quæ ad rigorem iuris conseruandum constituta sunt, ex quorum numero est, post didicita testium dicta, non posse iterum testes produci, nisi forsan peritiores consulere non potuissent, vt *ibi* habet additio, vide & Maurit, *in tract. de restit. in integ. cap. 390. & cap. vlt.* cuius tamen authoritas in multis locis dicti tractatus mihi suspecta est. C. ℣. Quarto moderatur vt non habeat locum in certis causis, in quibus admittitur noua testium inductio, vel ob fauorem publicum, vel vt animarum periculum euitetur, vt in causa matrimonij carnalis, *c. series ext. de testib.* & etiam matrimonij spiritualis, *c. præsens clericus & ibi gl. verbi patrem 40. q. 3.* Adde, Quomodo, & quãdo in causa matrimoniali non impedit publicatio testium, vide pulchrè Gail. *lib. 1. obs. 105. num. 5. & 6. obs. 107. num. 12. plenius Mascard. de probat. vol. 2. concluſ. 1027. vbi num. 5.* idem in causa beneficiali, producens tamen prius iurabit testes non esse subornatos. *Menoch. de arbit. Iudic. lib. 1. quæſt. 34. num. 7.* C. ℣. Item in causa hæreseos, *Angel. in l. per hanc. C. de temp. & repar. appel. Domi. in c. vt officium. §. verum de hæret. lib. 6. fac. text. in c. vlt. eod. tit. in 6* Item in causa inquisitionis ex officio iudicis motæ, vt traditur, *in c. cum clamor. ext. de testib.* Item in causa criminali idem testis super eodem articulo interrogari potest, *arg. l. Diuus ff. de custod. & exhibit. reor. l. 1. §. vlt. l. repeti ff. de quæst.* Sed tamen didicisse testificata, in causa criminali obstat nouæ productioni partis, sed non receptioni, quàm iudex ex officio facere potest, *Bart. in auth. Qui semel. in col. vlt. vers. quæro nunquid. C. de probat.* Adde, *Gail. d. obs. 105. num. 10. obs. 107. num. 11. Mynſ. cent. 5. obs. 13.* Innoc. etiam ad Rei instantiam hoc fieri posse probat. Idem Gail. *lib. 1. de pac. public. cap. 18. num. 9.* C. ℣. Quintò, moderatur locum non habere,

10.

11.

12.

bere, quando priores propriè non vt teſtes, ſed vt periti in arte ſua inducti ſunt, vt matronæ ſuper virginitate probanda, medici ſuper lethali vulnere, *Panor. in c. cauſam 2. notab. de probat.* (Adde *Mynſing. cent. 6. obſ. 35. vbi communem dicit.*) Sextò moderandum vt non procedat, quando teſtes priores recepti erant ad æternam rei memoriam, & publicati ſecundum formam traditam *in c. ſignificauit. ext. de teſtib. ſecund. Spec. tit. de teſte §. ſatis vtiliter. verſ. decimoſeptimo.* 13. Septimò moderatur vt non obtineat, quando Tabellio viua voce, vel etiam teſtes deponerent, ad corroborandas vires inſtrumenti producti, *Baldus in l. ampliorem num. 5. C. de appel.* 14. Octauò moderatur non procedere, quando perit inſtantia, vt quia abſoluitur reus propter ineptam petitionem actoris, *c. examinata. ext. de iudic.* (ADDE Quia tunc nihilominus reſeruatur actori ius agendi, etiamſi per iudicem appellationis caſſato priori proceſſu abſolutoria lata fuerit, *Mar. part 5. princ. num. 50. & 51.* C.W.) vel ſecundum ll. propter tranſactum triennium, *l. properandum §. 1. & §. cum autem C. de iud.* ADDE Perempta inſtantia ex communi ſententia acta probatoria non pereunt, ſi fuerint publicata, *Gail. lib. 1. obſ. 107. in princ. per text. & ibi gloſſ. in l. fin. C. de re iud. Marant. part. 5. num. 55.* hoc verum in cauſa ciuili, nam in criminali per lapſum inſtantiæ omnia acta indiſtinctè pereunt, *ſecund. Mar. ibid. num. 57.* ſed quia hodie inſtantia per lapſum temporis non periclitatur, *c. venerabilis ext. de iudic.* Hæc in iſto caſu erunt modicæ vtilitatis, verum in perempta inſtantia per abſolutoriam ab obſeruatione iudicij ob libellum malè conceptum, ſimilemve cauſam, hoc eodem locum & 15. vim habebunt *Marant. d. loc. nu. 62.* C.W. Nonò moderandum eſt, non procedere, quando variatur

judicium,

judicium, vel modus agendi, *c. præsentata de testib. l. vlt. C. eod. c. veniens 2. c. cum in iua text. de testibus.* (Adde *Sichard. d. auth. at qui semel. num. 20. & num. 11.* Vnde testes in summario iudicio examinari in ordinario repeti possunt. Si tamen in summario ritè parte aduersa præsente examinati etiam in plenario fine ordinario fidem ex veriori sententia facient. *Gail. d. obs. 105. per tot.* C. 2B. Decimò moderatur, quãdo inter alias personas agitur, *c. constitutus. ext. de testib.* Vndecimò moderatur, vt locũ nõ obtineat, quãdo excipitur perẽptoriè de præscriptione, pacto de non petendo, & re iudicata, nam talis exceptio peremptoria, apertis & publicatis attestationibus proponi & probari potest, cum iam cõstet actoris intentionem probatam esse, *l. si quidem. C. de except. l. exceptionẽ. C. de probat. c. cum venerabilis in princ. ext. de except. c. de testibus. addita gl. vlt. ext. de testib.* Tum etiam quod huiusmodi exceptio peremptoria nouus sit articulus. Adde. *Gail. d. obs. 105. num. 16. Bart. in l. peremptorias C. Sent. rescind. non posse.* contra *gl. ibid.* quam communiter reprobari testis est Cast. *ibid.* & rectè, quia est contra text. *in d. c. de testib. 29. ext. de testib.* quinimò reus non cogitur recipere terminũ ad probandas suas defensiones, nisi postquã suam intentionem probauerit *Philip. Franc. in c. 1. num. 2. ext. de luiscont. in 6.* C. 2B. Duodecimò moderatur quãdo nouus est articulus, etiam ex priori emergens & pendens, *c. fraternitatis. ext. de testib.* vbi de hac materia breuitatis causa vide plenius tradita per Dd. & Spec. *tit. de testib. §. satis vtiliter per tot. Io. de Imol. & alios in clem. 2. de testib.* 16. 17. 18.

Publicatio attestationũ est de iustitia, nõ de subtilitate, vt omissa iudiciũ reddat nullũ, sed ita, vt si petẽti denegata sit, præstet iustã causam appellãdi, *c. cũ 1. & a. & ib; Panor. nu. 10. ext. de sent. & re iud.* *Publicatio non est de substantia ordinis.*

Adde,

ADDE, *Gail d. obſ.* 103. *num.* 5. *obſ.* 105. *in princ.* magis cõmunem dicit Mar. *part.* 4. *princ. diſtinct.* 9. *num.* 22. *Idem part.* 2. 6. *part. princ. act.* 11. *num* 4. *Mynſing. Cent.* 4. *obſ.* 52. *Vant. de nullit. ex defect. proceſſ. num.* 40. Chriſt. Wintzler.

19. Vnde ſi feratur ſententia, publicatione non factâ ſententia dicetur cõtra ius litigatoris, & non contra ſubſtantialem iudicij ordinem prolata, *Panor. d. c. cum I. & A. & in c. cum dilectus num.* 1. *ext. de fide inſtrum. pulchrè Bart. in l. prolatam. C. de ſent. & interloq. om. iud. Lanfranc. in clem. ſapè. ſuper gl. verbi defenſiones. de verb. ſignif.* Quinimò de ſtylo plurium curiarum publicatio fieri non conſueuit, vt in curia Flãdriæ Mechlinien. & Cancellariæ Brabantiæ. ADDITIO. Inde in cauſa quadam publicationem teſtium à parte expreſsè petitam in Camera denegatam fuiſſe meminit Gail. *d. obſ.* 101. *nu.* 5. C. W. atque ita etiam non admittitur exceptio contra dicta teſtium, ſed vtrùm dicta eorũ concludant, nec ne? vtrùm teſtes ſingulares ſint nec ne? iudicium diſcretioni relinquitur. Si tamen pars velit reprobare teſtes, vel inſtrumenta, tunc benè conceditur copia inſtrumentorum, & nominũ teſtium productorum, & terminum quatuordecim dierum ad excipiendum contra eadem, publicatione tamen atteſtationum non factâ. In iu-

21. dicio ſeculari oppidi Louanienſis & diſtrictus eiuſdem, habita publicatione & copia dictorum teſtium, licet tam contra perſonas, quàm dicta teſtium excipere. Imò hoc ipſum ſimul, & vnica vice facere cogitur, aduerſus quam exceptionẽ altera pars ſcribit, reſpondẽdo & ſoluendo exceptiones propoſitas, & ſimul facit cõcluſionẽ, hoc eſt, iuris informationẽ, quæ quidẽ non communi parti, & per hoc cenſetur concluſum in cauſa.

De teſtium

# De testium reprobatione.

## TITVLVS XXXIIII.

1. *Dictum inhabilis testis valet, si non opponatur.*
2. *Iudex de facto non supplet.*
3. *Quando ex confessione testis constat de sua inhabilitate, iudex ex officio repellere potest.* (lit.
4. *Iudex ex officio indignas personas à testimonio repel-*
5. *Forma exceptionum contra personas & dicta testiū.*
6. *Quid operetur solita protestatio, remissivè.*
7. *Testis varius quis dicatur.*
8. *Testis varius nō probat, & falsitatis suspectꝰ habetur.*
9. *Varians circa demonstrationes non punitur pœna falsi, sed stellionatus.*
10. *Testes singulares nè quidē semiplenā fidem faciunt.*
11. *Vnus testis facit semiplenam fidem, & locum iuramento in supplementum.*
12. *Quomodo producēs testē de negotio instruere possit.*
13. *Qui testes dicantur singulares.*
14. *Quando testes in substantia conveniunt, licet in alijs discordent, non dicuntur singulares.* (res.
15. *Quādo testes possunt cōcordari, nō dicuntur singula-*
16. *Consanguinitatis ratio à testimonio repellit.*
17. *In qua causa repellatur consanguineus.*
18. *Iniuria vni ex consanguineis facta censetur omnibus facta.*
19. *In causa civili affinis pro affine testimonium dicit.*
20. *Coniunctiores affines non possunt esse testes.*
21. *Parentes in causa filiorum, & è converso non possunt esse testes.*
22. *Super religione & ætate parentes testificantur.*
23. *Super matrimonio quando parentes testificantur.*



Digitized by Google

24. *Quod dicitur de affinitate, intelligitur de durante, non dissoluta.*
25. *Amici testimonium diminuitur.*
26. *Iudex inspiciet amicitiæ causam, an ex ea testimonium reprobandum.*
27. *Magna affectio veritatem impedit.*
28. *Sollicitatores non possunt esse testes.*
29. *Advocatus & procurator non possunt esse testes.*
30. *Testis deponens extra articulos nihil probat.*
31. *Consultum est, vt testis iuret super tota causa.*
32. *Dictum testis super eo, quod sensu corporeo apprehenditur, absque causa valet.*
33. *Testis de causa scientiæ interrogatus, non reddens, nihil probat.*
34. *Reddens ineptam causam non probat.*
35. *Ratio testis magis attenditur, quàm ipsius dictum.*
36. *Ratio de auditu subvertit dictum.*
37. *Super eis, quæ intellectu percipiuntur, testis etiam nõ interrogatus sui dicti rationem reddet.*
38. *Testimonium domestiorum reprobatur, & domestici qui dicantur.*
39. & 58. *Mercenarius, quam diu est sub mercede, non potest esse testis.*
40. *Infames à testimonio arcentur.*
41. *Infames qui sint.*
42. *Excommunicatus potest esse testis in testamento.*
43. *Infamia si retrotrahitur, non infringit testimonium intermedium.*
44. *Minor & mulier quando possint esse testes.*
45. *Monachi & regulares, an & quando testentur.*
46. *Mendicantes in testamentis possum esse testes.*
47. *Omnes testimonij dictionem habent, qui non prohibentur.*

48. *Dictum*

48. *Dictum vacillantis & titubantis nullius est momẽti.*
49. *Iudex potest vacillantem pœnis afficere.*
50. *Dictum obscurum, & confusum non valet.*
51. *Dictum obscurum declarari potest.*
52. *Testis negativam astruere satagens, est de falso suspectus.*
53. *Testimonium de auditu non probat.*
54. *Tres casus, in quibus testimonium de auditu valet.*
55. *Testis de credulitate deponens non probat.*
56. *Testis absque iuramento nihil probat.*
57. *Inimicus, & inimico cohabitans à testimonio repellitur.*
58. *Famulus nisi licentiatus, pro domino non probat.*
59. *Licentiatio sive ablegatio famuli in fraudem facta non prodest.*
60. *Datur exceptionum copia, & terminus replicandi.*
61. *Quomodo producens replicabit contra exceptiones.*
62. *Quando detur terminus ad duplicandum aut respõdendum exceptionibus.*
63. *Quæ exceptiones probatione non indigeant.*
64. *Quæ exceptiones probationem exigant.*
65. *Testes possunt per alios testes reprobari.*

REVS acceptâ copiâ nominum testium dispiciat, vtrum nè quicquã cõtra personas testiũ obijcere possit, & si non legitimos testes de facto receptos invenerit, illos omnimodò reprobare studeat. Nã estò, quod testis sit criminosus, vel aliàs inhabilis ad testificãdum, si tamẽ nihil opponatur cõtra eũ, valebit ejus depositio. *Angel. in auth. de testib. §. quia vero. col. 5.* Nã talis exceptio nõ propriè obijcitur cõtra testẽ, sed magis cõtra partem producẽtẽ, quæ ex ea damnũ sẽtit. *Innoc. in c. verũ. nu. fin.* 1.

vt ibi etiam refert Panor. *num. 18. ext. de foro compet.* nec ſuper hujuſmodi exceptione litigatur cum teſte, ſed cum parte, *Angel. in l. Lucius num. 1. ff. de his qui not. infam.* Quum itaque judex non de-
2. beat ſupplere de facto, in his quæ aguntur in judicijs, *vt not. gl. & Dd. in l. vnica. C. vt quæ deſ. advoc.* ſequitur dictum teſtis etiam inhabilis valere, ſi per partem non opponatur. Quod tamen intellige, niſi ex confeſsione teſtis ad interrogatoria factâ,
3. appareret de ſua inhabilitate, tunc enim repelletur etiam exceptione non oppoſitâ, nam quando aliquid eſt notorium judici ex actis, tunc poteſt ſupplere de facto. *Innoc. in c. ex inſinuatione. ext. de appel. & in c. per tuas num fin. ext. de teſtib. Angel. in l. ſi pars. ff. de inoffic. teſtam. & in l. vlt. ff. de hæred. petit.* & ita intelligitur, quod not. Innoc. in *c. intimavit. ext. de teſtib.* vbi dicit judicem ex officio ſuo poſſe
4. etiam nullo excipiente, indignas perſonas à teſtimonio repellere *l. quos prohibet. ff. de poſtul.* Cõtra perſonas itaque teſtium excipiẽdo ſigillatim ſpecificabit crimina, & alia, quæ contra eos obijcere voluerit, *vt in c. præſentium. §. teſtes in fine cum ſeqq. ext. de teſtib. lib. 6.* Et poterit excipere ſub hac vel ſimili formâ.

5. PROCVRATOR & eo nomine honeſti viri Ti-
*Forma exceptionum contra teſtes.* tij excipiendo contra perſonas teſtium pro parte Sempronij civis Lovaniẽſis productorũ, eorumque dicta & depoſitiones, aliaſque ad omnes fines & effectus ſibi & parti ſuæ magis vtiles & prodeſſe valentes, dat, facit, & exhibet poſitiones & articulos infraſcriptos, quos & quas ad reſpondendum, & in eventum negationis ad probãdum admitti

Digitized by Google

admitti petit, citra tamen onus alicujus ſuperfluæ probationis, de quo proteſtatur.

Et in primis proteſtatur, quod ſi in dictis, aut depoſitionibus teſtium aliquid cõtineatur, quod faciat, ſeu facere poſsit, aut videatur pro dicto Titio, & contra Sempronium, illud nõ aquam tale acceptat, ſaltem per modum tacitæ confeſsionis, neque quoad illud dictos teſtes reprobare, aut contra eos excipere intendit, ſed quatenus in eiſdem dictis, & depoſitionibus quicquam continetur, quod faciat, ſeu facere poſsit, aut videatur pro dicto Sempronio, & cõtra dictum Titium, in illum eventum, & quo ad illud excipiendo cõtra hujuſmodi teſtes ponit, & articulat. I.

Quod dicti teſtes fuerũt, & ſunt in ſuis dictis & depoſitionibus varij, ſingulares, diſcordes. II.

Itẽ conſanguinei, affines, amici & fautores ſingulares dicti Sẽpronij, eidẽq; nimium faventes, hujus cauſæ pro eo ſollicitatores, extra materiam, ad quam probandũ producti ſunt, favorabiliter deponẽtes, cauſam ſcientiæ dictorũ ſuorum minimè reddentes, ac aliàs tales, & taliter deponentes, quod ipſis aut eorũ dictis nulla in hac cauſa veniat fides adhibenda. III. IIII. V. VI. VII. VIII. IX. X.

Secundò quantum ad primum in ordine teſtẽ Mævium ſcilicet, ſpecialiùs excipiendo, ponit & articulat, ſub proteſtatione præſcripta. Quod dictus teſtis, in dictis ſuis ſingularis, nullum habens conteſtem, ac extra articulata, ad quæ probanda productus eſt, deponens. Hoc verum.

Tertiò ponit & articulat in eventum præſcriptum & aliàs minimè. Quod Seius teſtis in ordine ſecundus, tempore ſuæ depoſitionis fuit & eſt capitalis inimicus dicti Titij Rei, manuſque ſuas XI.



Digitized by Google

violentas in eundem ſępiùs inijcere tentavit, prout & hoc verum.

Quarto cõtra Stichum teſtem in ordine quartum ſub proteſtatione præſcripta, excipiendo dicit, ponit & articulat, quod tempore ſuæ depoſi-
XII. tionis, ac ante & poſt, & nunc eſt familiaris, & famulus ipſius Sempronij, ac illius impenſis vivens, adeò vt illum veluti dominum & ſuperiorem ſuum revereatur, cujus gratię non auderet quicquã deponere contrarium. Hoc verum, ponitque & articulat conjunctim & diviſim.

Vltimò ponit & articulat, quod præmiſſa omnia & ſingula ſunt vera, &c.

Quare dictus quo ſuprà nomine procurator, conſtito de præmiſsis, quantum ſufficit, actis & actitatis hujus cauſæ attentis, per vos veſtramque ſententiam diffinitivam dici, pronunciari, decerni & declarari, dictum reum ab impetitione actoris, aut aliàs ab inſtantia judicij eſſe abſoluendum, & per vos abſolui, eundemque actorem dicto reo in omnibus & ſingulis expenſis, damnis & intereſſe occaſione hujus litis factis & paſsis, de faciendis & patiendis proteſtando, condemnandum, & per vos cõdemnari, veſtrum benignum officium, &c.

I. *Formæ explicatio.* Proteſtatur quod ſi in dictis, &c. Quam ob cauſam hæc proteſtatio adijciatur, & quid operetur, brevitatis cauſa, vide *in c. præſentium & ibi not. per Dd. ext. de teſtib.* (ADDITIO. In Camera Imperiali etiam omiſsâ tali proteſtatione, exceptiones poſt publicationẽ rotuli ſive examinis tam contra dicta quam perſonas teſtium admittuntur, *Gail. lib. 1. obſ. 87. num. 5.* Chriſtophor. Wimpler.)

6.

Varij,

Varij. Dicitur autem teſtis in dictis ſuis varius, & quaſi ſibi contrarius, qui nunc hoc, poſt aliquod temporis intervallum diverſum aſſerit, ſine aliqua erroris allegatione, ſecundum Salyc. *in l. nullum. num. 5. C. de teſtib.* vt ſi nunc dicat ſe ſcire, poſtea autem neſcire, vel ſi dicat, nunc hoc loco, vel tempore, mox alio loco vel tempore quid factum eſſe, vt in *c. dilectus. ext. de tempor. ordinand. & in c. cum Eccleſia, & ibi gl. extra de cauſa poſſ. & propriet.* ADDE *Menoch. libr. 5. præſumpt. 23. per tot. & libr. 2. de arbit Iud. caſ. 108.*) Et teſtis ille nedum nihil probat, ſed etiam vti ſuſpectus falſitatis condemnari poteſt. *c. ſuper his. ext. de pœn. l. qui falſo. ff. de teſtib.* Et hoc verum ſecundum Barthol. *in l. eos. ff. ad l. Cornel. de falſ.* quando circa factum principale, vel qualitates loci & temporis, varius eſt, vel ſibi contrarius. Secus ſi circa demonſtrationes aliquas, aut cœteras parùm ad cauſam facientes qualitates, putà quod ſit conſanguineus, vel de parochia, nam ſi tunc mentiatur, non debet puniri pœnâ falſi, ſed extra ordinem pœna ſtellionatus. *Iacob. Butrig. in l. Lucius ff. de his qui not. infam.* quibus ſubſcribit Nicolaus de Middelburgo, *de locis leg alib. in loco à contrario ſenſu, ferè in fine, verſ. item quæro an argumentum.* dicens hoc perpetuò mente tenendum, quia quotidianum. II. 7. 8. 9.

Singulares. Teſtes ſingulares nullam faciunt fidem, *c. cum dilectus. ext. de elect.* nec ſemiplenam probationem. Ideoque non poteſt deferri juramentum in ſupplementum probationis, ei qui habet teſtes ſingulares ſecund. Bald. *in l. de quibus. num. 33. ff. de legib.* Quocirca fecerit conſultè is, III. 10.



Digitized by Google

qui vult teſtes producere, ſi antequã eos producat, cũ eis loquatur, & ſi viderit illos in dictis ſuis
11. ſingulares eſſe, nõ niſi vnũm producat, quia tunc vnicus teſtis faciet ſemiplenã probationem, *c. ex inſinuatione. ext. de procur. c. vlt. de ſucc. ab inteſt.* Et in ſupplementum probationis poterit ei deferri juramentum, quod nõ poſſet, ſi eſſent producti plures & ſingulares, *Bald. in l. data opera. num. 28. & ſeqq. C. qui accuſ. non poſſ.* nec abſurdum eſt, quod dictum eſt, partem producẽtem poſſe cum teſtibus producendis colloqui. Nam teſtem, qui ne-
12. gotio interfuit, illud ad memoriam revocando inſtruere poteſt, vt plenè & aptè verba ſua proferat. (Adde *Mynſing. cent. 3. obſ. 75.*) & ſi interrogatus, vtrũ fuerit inſtructus, reſpondeat, quod non, periurus non eſt, quia interrogatio illa de vetita inſtructione accipitur. *Bald. in l. vltima num. 18. & ſeqq. C. ſi ex falſ. inſtrument. & in auth. qui ſemel. C. de probatio.* Dicuntur autem teſtes ſingulares,
13. reſpectu obiecti non percipiendi, quia ſenſus vnius non eſt alterius, ſecundum Panormit. *in c. bonæ. 1. num. 7. ext. de elect.* quando ſcilicet deponunt ſuper diverſis factis, quod ex diverſitate loci vel temporis etiam deprehenditur, vt ſi vnus teſtis dicat, contractum initum fuiſſe Antverpiæ, alter Mechliniæ, nam impoſsibile eſt, eundem contractum, in diverſis locis eodem tempore potuiſſe iniri. Idem ſi teſtes in rebus teſtificatis, id eſt, in ſubſtantia teſtificationis diſcordant, ſecus autem ſi in vno rei fine conve-
14. niant, *l. qui ſententiam. C. de pœn.* Vnde ſi tempus & locus ſint de exiſtentia actus, ita quod ex temporis & loci varietate veritas cauſæ variaret, tunc

aret, tunc teſtes in tempore & loco ſingulares non probarent. Sin verò ad ſubſtantiam actus, ad articulũ cauſæ principalis tempus & locus non ſint neceſſaria, certè eo caſu ſingularitas in huiuſmodi qualitatibus non noceret, vide gl. *in l. ob carmen ff. de teſtib. c. cum cauſam verbo tempore ext: de teſtib. c. licet. ext. de probat.* ADDE, *Mynſ. Cent. 2. obſ. 20.* quia hæc teſtimonia cauda colligata ſunt, *Bald. in l. de quibus num. 38. ff. de ll.* & in actu reiterabili & diſtinctiuo teſtes non dicuntur ſingulares. *Nell. á S. Geminia. in tract. de teſtib. num. 214.* C.ℳ. His adde, quod teſtes nunquam cenſentur ſingulares, ſi poſſunt aliqua congrua verborum interpretatione concordari, *Bald. in d. l. de quibus num. 37. & ſeq. ff. de ll.* vide pleniùs tradita per gl. & Dd. *in c. cum tu. & in c. in noſtra ext. de teſtib.* (Adde, *Menoch. lib. 5. præſumpt. 23. num. 12. Zaſ. in l. 2. §. creditum nu. 16. & ſeq. ff. de reb. credit.* C.ℳ. 15.

Conſanguinei, affines. Conſanguinitatis & affinitatis ratione contra ſuum cõſanguineum non compellitur, pro ipſo quoque non admittitur, *c. 1. c. ſimiliter 3. q. 5. 3. q. 9. c. abſens 2. l. lege ff. de teſtibus.* Lege (inquit Paulus) Iulia & Papia iudiciorum & publicorum cauetur, nè alicui inuito denuncietur, vt teſtimonium dicat aduerſus ſocerum, generum, vitricum, priuignum, ſobrinum, ſobrinam, ſobrino, ſobrinaue natum, eoſq; qui propiore gradu ſunt. Item nec liberti ipſius, liberorumuè eius, parentum, viri, vxoriſuè, &c. IIII. 16. " " " " " " " " " "

Quod in criminali quidem cauſa, & iniuriarum actione, etiam ciuiliter intentata procedit omninò ſecund. Bart. *in l. lex Cornelia ff. de iniur.* Et eſt ratio, quia dedecus, quod incurrit aliquis de parentela, & iniuria, quæ fit vni de parentela, dicitur fieri omnibus de eadem parentela, *l. 1. 2. & 3. ff. de liber.* 17. 18.

*liber. cauſ.* & ſic affinis efficeretur, quodammodò teſtis in cauſa propria, quod iure prohibitum eſt,
19. *l. omnibus. C. de teſtib.* In cauſa autem ciuili affinis pro affine teſtimonium dicere poteſt, *gl. verbi ſubeſſe in c. accedens 1. ext. vt lite non conteſt. Bart. in l. qui teſtamento § per contrarium & §. ſeq. ff. de teſtam.* licet non ſit omni exceptione maior, atque ita non poſsit deferri iuramentum in ſuppleméntum probationis *Iacob. Butrig. in d. l. lege Iulia. ff. de teſtibus. & Bartolus in l. admonendi ff. de iureiur.* & intellige affines vſque ad ſeptimum gradum connumeratum,
20. *d. c. licet. ext. de teſtibus.* Hoc autem vendicat locum in perſonis affinibus, quæ non ſunt pater, mater, frater, ſoror, filius, & vxor, &c. in illis enim perſonis aliud ſtatuitur propter coniunctiſſimam ſanguinis affectionem. Nam parentes in
21. cauſa filiorum & hi in cauſa parentum teſtes eſſe neq' eunt, ſiue filij emancipati ſint, ſiue non, ſiue etiam legitimi ſint, ſiue ſpurij, *l parentes. C. de teſtib l. teſtes ff. eod. Spec. titulo de teſte §. 1. circa. princ.* In quibuſdam tamen caſibus parentes poſſunt eſ-
22. ſe teſtes pro filijs. Primò, cum filius tranſit ad religionem, & dubitatur, an tranſierit animo profitendi, tunc admittitur pater ſuper hoc in teſtem *c præſens clericus 20. quæſt 3.* Secundò ſuper ætate filiorum, *l. etiam matris ff. de probat.* non tamen facit nec plenam nec ſemiplenam probationem, ſed quandam præſumptionem & inſtructionem iudici, *ſecund. Accurſ. ibi.* Tertiò in matrimonio, quando eſt quæſtio vtrum matrimoniũ propter
23. conſanguinitatem vel affinitatem contrahi poſſit, nec nè, *c. 1. 35. q. 6. videatur ext. qui matrim. accuſ. poſſ.* Quando autem quæritur, an matrimoniũ ſit

contractum

contractum vel non, ſponſa dicente contractum eſſe, ſponſo hoc negante, ſiquidem ipſe ditior ſit, vel nobilior, pater & mater ſponſæ non admittuntur, *c. ſicut ex literis. ext. de ſponſal. c. ſuper eo 2. ext. de teſtib. vbi plenius.* (Adde & *Menoch. lib. 2. de arbit. Iud. caſ. 102.*) Quartò in teſtamento filij militis, in militia de caſtrenſi peculio teſtantis, *l. qui teſtamento §. per contrarium ff. de teſtament. §. in teſtibus. Inſtitution. eod.* Quod autem dictum eſt de affinitate, intellige de præſente & durante, nam ſi ea diſſoluta ſit, poſſunt affines eſſe teſtes, & ſunt omnes exceptione maiores. Nam mortua perſona, ex qua cœpit affinitas, ceſſat quo ad hoc nexus iſte. Vnde ſi frater meus moriatur, poſſum pro vidua ſua teſtificari, ſecund. Bald. *in l. 3. §. affinitatis. ff. de poſtul.* 24.

Amici. Amico ad teſtimonium admiſſo de fide diminui conſtat, *Cyn. in l eos. C. de teſtibus.* & ideò ex numero teſtium conualeſcere poſſet, vt ſi vbi alias duo ſufficerent, tres amici reciperentur, addunt aliqui tam immenſam amicitiam deprehendi poſſe, vt non ſolum diminueretur, ſed etiam eleuaretur, *Felinus in c. quoties num. 6. ext. de teſtibus. contra Bald. in l. eos. C. de teſtibus.* cum amicitia virtutis & fidei nomen ſit, non eſſe admittendum vt propter eam fidei minus teſti adhibeatur. Sed in hoc deuentum eſt, vt amicitiæ cauſam iudex inſpiciat, & ſi ex ſocietate ocioſa, vel non multum egregia, nec ſeueris viris laudata conſuetudine proueniſſe deprehenderit, ſummamque eſſe, nihil eis fidat, & ita arbitretur, magna enim affectio veritatem prorſus impedit, *c. accuſatores vel teſtes. 3. quæſt. 5.* nec refert ad amicitiam. ſe inui- F. 25. 26. 27.

ſe inuicem vnquam viderint aliqui, vel id minus, cum ex fama, & bonis operibus ſæpius accidat, *c. 1. 29. q. 1.* vt inter ignotos quoque non vulgaris dilectio exoriatur.

VI. Sollicitatores. Sollicitatores ſiquidem ne-
28. gotiorum ad teſtimonium dicẽdum admitti non debent, *c. inſuper & ibi Panor. num. 15. ext. de teſtib. Dom. de Rot. deciſ. 374. & 159.* Idem & in patronis cauſæ obſeruandum eſt, nam aduocatus & procurator non poſſunt teſtari pro clientulo ſuo, ſi cœperunt prẽſtare patrocinium, ſecus ſi nondum præſtare cœperunt, *l. vlt. ff. de teſtib. c. vlt. eod. tit. lib. 6.* vbi breuitatis cauſſa vide latius tradita per Doctores.

VII. Extra materiam deponentes. Exceptio
30. iſta videtur locum habere, quando teſtes non ſuper tota cauſa ſed ſuper articulo, ad quem probãdum producuntur, iurauerunt dicere veritatem, nam ſi tunc deponãt extra articulos, ad quos probandum producuntur, nihil probant, nempè qui ſuper eo non iurauerunt, & ſic non iurati deponentes non recipiuntur, vt fidem faciant, *l. ſi quis libertatem §. vlt. & ibi Angel. ff. de petit. hæred. c. de teſtib. & ibi gl. & Io. de Imol. ext. de teſtib. Bart. in l. ſi duo patroni §. idem Iulianus ff. de iureiur. Spec. tit. de teſte §. 1. verſ. item quod depoſuit ſuper alio.* vbi plenius
31. vide, & ideò cautum eſt ſecundum eum, vt teſtis non tantum ſuper articulis probandis, ſed & ſuper tota cauſa, in qua producitur, iuret dicere veritatem.

VIII. Cauſam dictorum ſuorũ minimè red-
32. dentes, &c. Valet dictum teſtis, ſi deponat ſuper his

per his, quæ aliquo ſenſu corporeo apprehendi poſſunt, licet non reddat cauſam dicti ſui, ſi non interrogatur, *l. de pupillo §. qui nunciat in fin. ff. de no. op. nunc. c. ſicut ext. de ſent. & re iud.* Et hoc verum, niſi per aduerſariũ data eſſent interrogatoria de cauſa ſcientiæ. Nam tunc ſi iudex de cauſa ſcientiæ non interrogauerit, nec teſtis etiam proferat, depoſitio nullius eſt momenti, *Panor. num. 6. & Felin. num. 5. in c. cum cauſam quæ, ext. de teſtib.* Si autem teſtis interrogatus de cauſa ſcientiæ nullam reddat, nihil probat, *l. ſolam. C. de teſtib. c. ſi habes 24. q. 3. gl. de cauſis, communiter approbata in d. c. cum cauſam.* adeò, vt nec præſumptionem faciat, *Panor. & Felin. ibid. arg. l. 1. §. 2. ff. de quæſt. Spec. tit. de teſte. §. 1. verſ. quod interrogatus.* Idem iuris eſt, ſi cauſam quidem reddat ſed ineptam, vel non correſpondentem, vt per Dd. *in d. c. cum cauſam. Spec. d. verſ. item quod.* Ratio iſtorum eſt, quia cauſa ſcientiæ moderatur & reſtringit vniuerſum teſtimonium, & illi eſſentiam præſtat, adeò quod magis attendatur ratio dicti, quam dictum ipſum, vt traditur per Dd. in *l. ſolam. C. de teſtib. gl. in l. cum ij. in cauſa ff. de tranſact.* vnde ſi teſtis contenta in articulo dicat eſſe vera, ſed cauſam reddens dicat, quia ſic plurimorum relatione audiui, certè cauſa iſta ſubuertit dictum præcedens, vt not. in *l. teſtium. C. de teſtib. & in d. c. cum cauſam, & probatur in c. licet ex quadã ext. de teſtib.* Cœterum ſi teſtis deponat ſuper his, quæ immediatè non apprehenduntur ſenſu corporeo, vt dominio, iurisdictione, & ſimilibus, tũc teſtis depoſitio nulla eſt, ſi cauſam dicti ſui non adferat, ex qua arguatur dominiũ vel iurisdictio, etiam non interrogatus, vnde ſi teſtis dominium

33.

34.

35.

36.

37.

probaturus

Digitized by Google

probaturus, dicat ego talem vidi esse dominum talis rei, certè tale testimonium non valet, vt fusius tractatur in *d. l. solam C. de testibus & d. c. cum causam*, vbi vide. (Adde *Marant. d. part. 2. 6. part. princ. act. 6. num. 9. & seqq.*)

IX. 38. Ac alias tales. Quales autem personæ sint, quæ testimonij dictionem non habent, partim ex præscriptis constare potest, quibus adde domesticos, nec horum testimonium recipitur, *l. 2. C. de testib. l. pen. ff: eod. c. in literis ext. eod. tit.* Dicuntur autem domestici omnes, qui de familia existunt, siue liberi sint, siue non, *l. adiles. §. familiæ. ff. de Aedilit. edict.* vel qui alicui cohabitant, *d. c. in literis.* Item parentes, omnesque propinqui, & serui & affines, *l. parentes. C. de testibus. §. sin autem. Instit. de hæred. qual. & differ.* 39. Item mercenarius tempore quo præstat operas suas, *l. respiciendum §. furta. ff. de pœn. l. si libertus ff. de furt. l. eos. C. de testib. l. vlt. §. sanè. C. de his qui ad eccles. confug.* Cœterum si olim mercenarius fuit, & aliquando operas præstitit, testificari poterit, *arg. l. 3. §. affinitates ff. de postul.* 40. Item infames testimonij dictionem non habent, *l. 3. §. l. Iulia. ff. de testibus. c. testes. 2. q. 7. c. ex parte 1. c. testimonium ext. eod. tit. c. forus §. testes, in fine ext. de verb. signific. l. 2. ff. de senat.* Nam testimonium dare dicitur dignitas, & actus legitimus, à quo infames repelluntur, *c. licet. ex quadam ff. de testib. l. scio. ff. de testibus. l. 1. C. de sum. Trinit. & fide Catholica c. infamibus. de reg. Iur. in 6. d. l. 2. ff. de* 41. *senat.* Hi sunt, ioculator, frequentator tabernarum, latrinarum purgator, & magis carnifex, meretrix, latro, raptor, hæretici, sacrilegi, fures, omnes criminibus capitalibus irretiti, turpiloqui, vsurarij,

vsurarij, incestuosi, homicidæ, peierati, seu periuri, malefici, venefici, adulteri, publicè emendati, vt qui cereum in processione publica gestauerunt. Item omnes anathematizati vel etiam excommunicati, aut pro eorum sceleribus ab ecclesia repulsi, hi nimirum omnes suprascripti iuris, vel de iure à ferendo testimonio indigni, quia funesta eorum vox, *c. infames 6. quæst. 1. c. constituimus 3. quæst. 5. c. ex parte ext. de testibus.* Nota tamen excommunicatum in testamẽto rectè testem adhiberi secund. Io. Pet. Ferrar. *in tit. de forma iur. test. in verb. protestante vers. Quinto dixi.* Nota etiam infamiam, si retro trahatur, testimonium medio tempore datum non infringere, *l. furti §. 1. ff. de his qui not. infam. l. si quis offerenti §. vltimo. ff. de solut.* Item à testimonio ferendo repellitur minor 14. annorum in causa ciuili, *l. testium §. l. Iulia. ff. de testibus. c. testes 1. 4. q. 3.* In causa autem criminali minor viginti annis non admittitur, *l. inuiti 2. cum l. sequenti ff. de testibus.* Item mulier in causa criminali criminaliter instituta, *arg. c. mulierem 33. q. 5.* In ciuilibus verò ciuiliter institutis potest, *c. quoniam. super eo 2. & c. tam literis. ext. de testibus.* Et hoc secundum Canones, secundum leges autem, tam in criminali quam ciuili non prohibentur, *l. ex eo ff. de testibus.* exceptis testamentis, *l. qui testamento §. mulier ff. de testament §. testes Institution. eod.* Item seruus à testimonio repellitur, *l. eos. l. seruos. C. de testibus.* Item Monachus & Canonicus regularis, conuersus vel alius religiosus, vel aliter sub obedientia positus nullam habet testimonij dictionem sine licentia eius, cui subest, licentia verò impetrata etiam compelluntur. In causis

42.

43.

44.

45.

etiam

etiam Monasterij vel ecclesiæ ad testificandum coguntur, *arg. c. monachi 2.16. q. 1. c. cum nuncius ext. de testib. c. tertio loco ext. de probat. c. etsi Christus in fin. ext. de iureiur.* Monachos autem mendicantes rectè in testamento testes adhiberi decidit post alios multos Io. Pet. Ferrar. *in forma iura. test. in verb. protestante vers. vndecimò dixi*, quem vide. Et generaliter nota omnes testimonij dictionẽ habere, quibus non interdicitur, *l. 1. §. 1. ff. de testib.* Quibus autem interdicatur, hactenus diximus. Interdicitur etiam generaliter omnibus in caussa criminali, quibus accusare non permittitur, vt not. in Rub. C. *qui accus. non poss. & in c. testes 4. q. 3.*

46.

47.

X. Et taliter deponentes quod, &c. Hactenus dictum est de plerisque qualitatibus, quæ testium dictis fidem detrahunt, quibus adde & alias præterea reperiri, quę si accidant, testium dicta aut in vniuersitatem tollunt, aut eorum fidem labefactant, nempe si testis vacillando titubandoque testimonium dixerit, dictum illius nullius est momenti, *l. 2. ff. testib.* quia titubans pro ignorante habetur, *l. vlt. C. de condict. indeb. l. non debet §. in re obscura ff. de reg. Iur.* præsumitur enim contra testẽ, si nõ cum cõstantia, sed cum trepidatione deponat, *l. de minore §. plurimum quoque. ff. de quæst.* Et potest iudex, si talem viderit vacillantem, pallidũ, pœnis timorem incutere, *l. nullum in fine C. de testib.* Quia, vt ait Cicero in Topicis, sæpe pallor, vultus, rubor, & titubatio faciunt, vt min⁹ fidei alicui habeatur, iuxta illud Ouidij. O quam difficile est, crimen non prodere vultu. Secundò si testis obscurè vel confusè testimonium dixerit, non valet testimonium, *l. 2. ff. de his quæ pro non script. l. de ætate §.*

48.

49.

50.

Digitized by Google

*ætate §. nihil ff. de interrogat. act.* niſi coactus iterum deponat, & dictum ſuum declaret, quod facere poteſt, *c. cum clamor. ext. de teſtib. c. in præſentia, & ibi per gl. verb. dubium & Dd. ext. de probation.* ADDE, Et hoc abſque nova citatione & iuramento, *Gail. libr. 1. obſ. 101. num. fin.*) Tertiò, ſi teſtis negativam aſtruere ſatagat, ſuſpectus eſt de falſo, *Baldus. in c. ſi quis per triginta num. 3. ſi de feud. controverſ. ſit inter. Do. & ag. col. 10.* (Adde *Gail. libr. 1. obſ. 64. num. 4.*) & dici poteſt perjurus ſecundum Innoc. *in c. cum Eccleſia §. nos igitur ext. de cauſ. poſſ. & propriet. & ibi Panorm. num. 29.* Quartò, ſi teſtis deponat de auditu alieno, nihil probat, *c. in primis verſ. ſed & de perſonis 2. q. 1. c. licet. ex quadam ext. de teſtib. l. teſtium. C. eodem.* Sunt tamen caſus notandi, in quibus teſtimonium valet de auditu alieno. Primus in impedimento matrimonij & conſanguinitate probanda, *d. c. de parentela. 35. q. 6. c. tua ext. de conſanguin. & affinit. c. præterea. c. licet. ext. de teſtib.* (Adde *Mynſing. cent. 6. obſ. 58.*) Secundus in probanda fama vel communi opinione de quo Specul. *titul. de probat. §. 1. verſ. Item autem. ſciendum.* Tertiò cum contenditur, an opus factum ſit, ſufficit memoria auditus facti operis, licet factum non viderint, *l. in ſumma §. idem Labeo 1. ff. de aqua pluvia. arc.* (ADDE. In factis enim antiquis teſtimonium de auditu valet, *Myaſing. cent. 6. obſ. 26. & obſ. 58.* Chriſtoph. Wimpfer.) Reliquos caſus vide brevitatis cauſa enumeratos, per gl. *in c. teſtes in §. de his, 3. q. 9. gl. verb. præſto. in l. teſtium. C. de teſtibus.* Quintò ſi teſtis non de ſcientia, ſed de credulitate deponat, nihil agit, *d. c. teſtes 3. q. 9. c. relatum 5. q. 2. gl. verb. præſto in d. l. teſtium. C. de teſtib.*

512

513

admittitur tamen quandoq; teſtimonium de credulitate, *vt in c. teſtib. ext. de purg. cano. in c. quoties.*
56. *ext. de teſtib.* Sextò ſi teſtis non præſtito juramento depoſuerit, dictum ſuum non valet, *l. iurisiurandi. C. de teſtib.* ADDE *Mynſing. cent. 3. obſ. 80.* ſi tamen in continenti vltrò poſt depoſitionem iuraverit ſatis eſt, *Idem Mynſing. cent. 4. obſ. 77. Nicol. Antho. Gravat. lib. 6. cap 2. num. 36.* Chriſtop. Mintzler.)

XI. Capitalis inimicus, &c. Hic etiam à feren-
57. do teſtimonio repellitur, *l. 3. in princ. ff. de teſtib. l. 3. §. vlt. ff. de adim. leg. in auth. de teſtib. §. ſi verò quis dicat. col. 7. & in auth. ſi teſtis in. C. de teſtib. c. 2. 3. 4. 5. vbi, quod inoffenſus, & non ſuſpectus teſtium affectus quærendus ſit. & ibi gl. heſternum c. in primis §. quia igitur verſ. ſed & de perſonis, cum gl. inimicitias 2. q. 1.* Adeò vt etiam inimico cohabitans repellatur, *c. repellentur c. cum oporteat, ext. de accuſat. l. liberi in fine. C. de inoffenſ. teſtam.* quibus autem ex cauſis oriatur capitalis inimicitia, vide *ſuprà, ſub formula exceptionis declinatoriæ iuriſdictionis in verbis. Vehementer ſuſpectus num. 5. verſ. tertio quod inimicus.*

XII. Famulus. Hic pro domino ſuo teſtimoni-
58. um dicere non poteſt, quia domeſticus, *l. etiam & ibi Bald. C. de teſtib.* quod verum eſt ſi tépore perhibendi teſtimonium ſit famulus, aliàs ſecus, *Angel. in l. ſervos. C. de quæſt.* vnde ſolet hujuſmodi tradi cautela, vt quando dominus nullos habet teſtes, præter famulos, illos ableget, ſive licentiet, & poſtea producat in teſtes, & illorum depoſitio
59. valebit, niſi præſumatur hanc ablegationē factam eſſe in fraudem, putà, ſi ſtatim, poſtquam ablegati producātur, aut ſtatim poſtquam depoſuerint, recipiantur à priore Domino eos producente,

*arg. l. ſi*

*arg. l. si ventri in fi. ff. de privileg. cred.* faciunt tradita per Bart. *in l. post contractum ff. de donat.*

EXCEPTIONES autem sic formatę, in judicio sunt in scriptis exhibendæ, quarum tunc producens obtinet copiã, & terminum ad replicandum aut alioqui ad respondendum, cujus termini die superveniente producens saluationes suo rum testium & dictorum eorum à parte adversa reprobatorum adducet, sive contra exceptiones exhibitas replicabit, scilicet, quod tametsi testis suus quandoque criminosus fuerit, est tamen de crimine suo emendatus, & ideò admittendus in causa civili, nisi fuerit perjurus, aut infamia adhuc comitetur, *c. testimonium ext. de testib.* Item quod licet testis suus aliquando infamis fuerit, sit tamen nunc famæ restitutus, *c. cum te. ext. de sent. & re iud.* vel quod licet testis sit amicus producentis, ea tamen amicitia, si quæ sit, valdè exigua est, &c. Et exhibitis replicationibus dabitur reo alius terminus ad duplicandum si voluerit, *§. 1. Instit. de replicat.* Si autem actor replicationibus se deficere videat, termino superveniente exhibebit responsiones suas ad exceptiones propositas, quas si negaverit, admittetur reus ad probandum easdem, *gl. verb. iuramenta in c. cum lo. & And. ext. de sentent. & re iudic.* 60. *De exhibitione exceptionum & replicationibus contra eas dem.* 61. 62.

ANIMADVERTE tamen, quia exceptionum præscriptarum aliquæ probatione non indigent, sed earum veritas vel falsitas ex ipsis testium dictis reprehenditur, vt illa de singularitate, de causa scientiæ non assignata, de contrarietate, 63. *Annotatio.*

& ſimiles dicta teſtium concernẽtes. In his enim ſola dictorum allegatio ſufficiet & oſtenſio, cœteræ autem probatione indigent, & probari de-
64. bent vel per partem producẽtem, vt quod teſtes jurati depoſuerunt, item quod parte citatâ juraverint,&c. vel per adverſarium, ſcilicet quod teſtis corruptus falſum dixerit, *c. licet. ext. de probat.* Item quod teſtis eſt producentis frater, conſanguineus, affinis, coniunx, vaſallus, libertus, domeſticus, ſocius. Item quod teſtis ſit criminoſus, inimicus, conſpirator, &c. *d. c. cum I. & A. & ibi gl. verb. iuramenta. ext. de ſent. & re iud. vide Io. And. in addit. ad Specul. titul. de teſte §. ſæpè teſtes in princ. gl. verb. repellendum in c. quoniam frequenter §. 1. ext.*
65. *vt lite non conteſt.* Sic ergò poterit reus per alios teſtes reprobare teſtes actoris contra ſe productos, & rurſum actor teſtes Rei reprobatorios poterit per teſtes alios reprobare, factâ ſimili cõtra eos criminum ſpecificatione, vltrà autem non licet teſtes reprobare, *c. licet dilectus. ext. de teſtib. c. præſentium. cum gl. eodem titul. libr. 6.* Et tandem (vel etiam ſi tranſacto tempore ad dicendum contra teſtes & dicta eorum nihil dicatur contra eos) dari conſuevit terminus ad proponendum peremptoriè, ſi reus proponere velit.

# De peremptorijs exceptionibus.

## TITVLVS XXXV.

1. *Probata actoris intentione datur reo terminus proponendi exceptiones peremptorias.*
2. *Reus imprudẽter faciet, si ante probatam actoris intentionem, exceptiones proponat.*
3. 5. *Quæ sint exceptiones peremptoriæ.*
4. *Defensiones quæ dicantur.*
6. *Quomodo & quando exceptiones peremptoriæ proponantur.*
7. *Termino ad proponendum peremptorio elapso, non auditur reus.*
8. *Quando possit purgari mora, quoad actionem conservandam.*
9. 11. 16. *Expresso verbo, peremptorie, reus omninò excluditur à proponendis exceptionibus.*
10. *Omnis dilatio inter primam & vltimam est peremptoria.*
12. *Comminatio habet vim peremptorij.*
13. *Post declaratoriam iudicis reus vlterius nõ auditur.*
14. *Elapso termino ante declaratoriam iudicis semper quis auditur.*
15. *Non sufficit quod quis accusetur contumax, nisi simul & declaretur.*
17. *Iudex non declarabit, quem amplius non audire, nisi ante admonuerit.*
18. *Forma exceptionis peremptoriæ de re iudicata.*
19. *Excipiens non censetur intentionem actoris fateri.*
20. *Excipiens simpliciter non censetur fateri, secundum communem.*
21. *Ex negata exceptione, non potest quis se fundare.*

22. *Quando excipiens censeatur fateri intentionem agentis.*
23. *Præsuppositâ actione super exceptione solummodò agitur.*
24. *Clausulam, citra onus superflui, non habet reus necesse adjicere.*
25. *Probata actoris intentione, reus succumbit.*
26. *Ex eadem causa agens, licet mutata actione, succumbit,*
27. *Exceptio rei iudicatæ tria requirit.*
28. *Quæ dicatur eadem conditio personarum.*
29. *Singulari successori quomodo prosit & obsit exceptio rei iudicatæ.*
30. *Exceptio rei iudicatæ requirit, vt iudex habuerit ius pronunciandi.*
31. *Sententia ritè etiam contra ius litigatoris lata, parit exceptionem rei iudicatæ.*
32. *Sententia absolutoria non perimit obligationem.*
33. *Postea possidens non potest vti exceptione rei iudicatæ.*
34. *Reus conclusionem omittere potest.*
35. *Factum in iudicio deductum efficitur notorium.*
36. *Quando constat ex actis actorem non habere ius, index ex officio potest absoluere.*
37. *Exceptionem, quæ ipsi actioni inest, iudex supplere potest.*
38. *Quando actor locupletaretur cum aliena iactura iudex ex officio supplet.*
39. *Cõmodius est exceptionem rei iudicatæ post litis contestationem opponere, & quæ sit illius ratio.*
40. *Quando sufficiat vnum ex copulativè per actorem deductis, exceptione excludere.*
41. *Sufficit exceptiones verbo proponere.*

42. *Excep-*

42. *Exceptiones quæ in modum actionis proponuntur, in scriptis offerri debent.*
43. *Contra exceptiones actor replicare potest.*
44. *Quid faciendum si actor replicationibus defecerit.*

POSTQVAM igitur actor intentionem suam probaverit, sive per testes, sive alijs legitimis modis, de quibus, *suprà titul. de probat. in verb. ad probandum negata. num. 11.* dari consuevit reo terminus ad proponendas exceptiones peremptorias, si proponere velit. Nam tunc demum reus exceptionem peremptoriam proponere cogitur, cum iam actor intentionem suam fundaverit, *l. siquidem.* C. *de exceptionib. c. venerabilis in princ. ext. eodem titul.* (ADDE. *Gail. d. obs.* 105. *num.* 16. *text. in l. emptor.* 9 C. *de præscript. long. temp.* Chri. Wingler.) 1.
Quinimò imprudenter ageret reus si peremptoriam suam probare vellet, priusquàm actoris intentionem sciret esse probatam. Quoniam actore non probante, ipse etiam si nihil præstiterit, debet absolui, *l. qui accusare.* C. *de ed end. c. cum ecclesia. ext. de cauſ. poſſ & propriet. gl. vltim. in c. de testibus, ext. de testibus.* 2.

EXCEPTIONES autem peremptoriæ sive elisoriæ dicuntur, quod excludant petitionem, perpetuæ, quod perpetuò competant, nec mutari possint, *§. perpetuæ. Instit. de except. l. 3. ff. eod.* Suntque duplices, scilicet, simpliciter peremptoriæ, & quæ defensiones appellantur. Defensiones sunt exceptiones, quæ opponuntur actori sine actione & de facto agenti. Ideoque à quibusdã ex- 3. *Quid sit exceptio peremptoria.* 4.

ceptionis intentionis & facti appellantur; de his vide optimam gl. *verbi intentionem in l. 2. ff. de except. gl. exceptione, in l. de qua re. in fine ff. de iudic.*

5. Simpliciter autem peremptoriæ sunt, quæ rem de qua controversia est, perimunt, semperque agentibus obstant, §. *appellantur. Instit. de exceptio.* tales sunt exceptio rei judicatæ *d. l. 3. ff. de except.* quæ obstat quoties eadem quæstio inter easdem personas in judicium deducitur, *l. Iulianus. ff. de except. rei iudic.* Exceptio doli mali, & metus, ne cui suus dolus per occasionem juris civilis contra naturalem æquitatem prosit. Proindè si creditus pecuniam, stipulatus sim eam mihi reddi, nec tamen numeraverim, & si causa stipulationis, quæ sequuta non sit, certa fuerit, nocebit tamen exceptio non numeratæ pecuniæ §. *idem iuris. Instit. de exception. l. palam. §. circa ff. de dol. mal. & met. except.* Exceptio item pacti conventi, nè omninò pecunia petatur, & si quid contra leges, senatusque consultum factum esse dicetur, *d. l. 3. ff. de except. l. 2. C. ad Velleian.* vide copiosissimè Angel. Aret. *Instit. de except.* qui singulas exceptiones benè & singulariter declarat.

6. *Peremptoriæ quando opponuntur.*

OPPONVNTVR hujusmodi peremptoriæ exceptiones vel plures simul, vel una aliqua eodem, vel diverso tempore ante sententiam, & quamdiu ipsi litigatores omnibus facti atque iuris exceptionibus non renunciaverint, & in causa concluserint, *c. cum dilectus. ext. de fide instrumen. gl. verbi concluserint, in §. quia verò multi, in Auth. de testib. col. 7. Auth. iubemus. C. de iudic.* nisi tamen certus terminus ad peremptoriam proponendum

7. fuerit

fuerit à iudice præfixus, quoniam tunc termino illo transacto, non audietur opponens, vt aliquãdo sit litium finis, *Dd. in l. peremptorias. C. sent. rescin. non posse & in c. pastoralis ext. de except.* Si tamen transacto termino ius actoris non sit factum deterius, vel si reus intra breue tempus post terminum vellet exceptionem obijcere, audietur, quia actori his casibus permittitur moræ purgatio, quo ad actionem conseruandum, *l. si ita quis 135. §. Seia. in fine. ff. de verb. oblig.* & ergò multo magis reo permittendum est, vt possit suas exceptiones proponere, *c. non licet actori. de reg Iur. lib. 6. ita Cyn. Salyc. & Dd. in l. si pro ea. C. qui accus. non pos. & Bart. in l. mancipiorum ff. de opt. leg.* Et si actor velit reum omninò à proponendo suas exceptiones post terminum secludere, faciat illi per iudicem expressè & nominatim prefigi terminum peremptorium, ita scilicet, vt verbum peremptorium exprimatur. Nam tunc transacto tali termino reus minimè audietur, *arg. l. ad peremptorium ff. de iud. Bart. in d. l. mancipiorum.* Quod est notandum, quia omnis dilatio inter primam & vltimam, scilicet, ad audiendum sententiam, censetur peremptoria, etiamsi non dicatur, vt tradit. Bart. & alij *in l. vlt. ff. de fer.* (vide *suprà in explicatione fer. citationis verb. peremptoriè.*) tamen si expressè non dicatur, & peremptoriè, poterit reus suas exceptiones, intra breue tempus proponere, si ius actoris nõ sit factum deterius, *arg. d. l. si ita quis §. Seia. ff. de verb. oblig.* Et si verbum peremptoriè expressum fuerit, post terminum nõ auditur, quia tum apparet de mente iudicis, quod partẽ post terminum audire nolit, facit quod multa expressa nocent, quæ non

8.

9.

10.

11.

mino fuisse contumacem, & propterea deinceps super tali non esse audiendum, *secund. Angel. num. 3. & Io. de Imol. in l. quamdiu. 3.* Quod tamen intelligas verum, nisi in præfigendo termino iudex vsus sit hoc verbo, peremptoriè, vel nisi comminatus fuerit, quod lapso termino partem de cætero non audiet, (vt *suprà* dictum est) quia tunc lapso termino alia declaratoria, vel interloquutoria iudicis opus non est, *secund. Bart. in d. l. mancipiorum ff. de opt. leg.* Est etiam mente tenendum, quod iudex nunquam peterit interloqui, quod de cætero partem non audiet, nisi illam admonuerit, vt intra terminum agat, quod præceptum est gl. *verbi admonitus, & ibi Angel. in auth. de hæred. & Falcid. §. si quis autem non implens. col. 1.* Proponi itaque possunt exceptiones peremptoriæ in termino peremptorio sub hac vel simili forma, 16. 17.

PROCVRATOR & eo nomine egregij viri Titij, præsentis causæ Rei, proponendo peremptoriè aliasque ad omnes fines & effectus sibi, & parti suæ magis vtiles & prodesse valentes, dat, facit, exhibet positiones, & articulos infrascriptos, quibus per partē aduersam respōderi & in euentū negationis ad probandū eosdē admitti petit, citra tamen onus superfluę probationis, de quo protestatur. 18. I. *Forma exceptionis peremptoriæ de re iudicata.* II.

Inprimis ponit & articulat, quod iam pridem anno, &c. actor causæ præsentis eadem actione qua nūc agit, dicto reo, de & super fundo Tusculano, de quo in præsenti causa controuersia est, litem coram Schabinis N. in ea parte cōpetentibus mouit, asserens eundem fundum ad se iure dominij vel quasi ex causa emptionis pertinere. III. IIII. V.

Secundò

VI. Secundò ponit verum, quod lite & cauſa huiuſmodi inter dictas partes coram Scabinis indeciſa pendente, præfati Scabini in ea ritè &

VII. legitimè procedentes, ſeruatis ſeruandis tandem anno, &c. per ſuam ſententiam diffinitiuam dictum reum ab impetitione dicti actoris abſoluerunt.

Tertiò verum, quod dicta ſententia nulla appellatione ſuſpenſa, iamdiu tranſiuit in rem iudicatam.

Vltimò ponit & articulat quod præmiſſa omnia, &c.

Quare concludẽdo petit dictus, quo ſuprà nomine procurator, conſtito de præmiſsis quantũ

VIII. ſufficit, per vos veſtramque ſententiam diffinitiuam dictum reum ab impetitione agentis abſolui, & actorem dicto reo in expenſis huiuſmodi litis factis & poſt hac faciendis condemnari, aliaſq; ſtatui & ordinari, quod iuſtum fuerit & rationis, veſtrum benignum iudicis officium in ſingulis humiliter implorando.

I. Magis vtiles & prodeſſe valentes. Quum

*Formæ explicatio.* ergò reus velit ius ſuum in iudicio deducere omni meliori modn, quo ſibi fuerit vtilius, prę ſumẽdum eſt, quod in dubio excipiendo, nolit cõfiteri intẽtionem actoris, quin potius negare, & caſu, quo actor de ſua intentione docuerit, tunc in ſubſidium opponere ſuam exceptionem, *l. exceptionem. C. de probat.* Quocirca pro regula traditur:

19. opponens non videtur intentionem agẽtis fateri. *c. exceptionem de reg. Iur. lib. 6.* quæ maximè procedit, primò, quando excipiens prius negat intentionem agentis, vt ſi actor intendat, me ſibi debere decem, & ego me defendens dico: nego, & ſi de-

beo,

beo, oppono exceptionem pacti de non petendo *gl. in l. non vtique ff. de except. in d. l. exceptionem. C. de probat. in l. si quidem. C. de except. c. cum venerabilis & ibi gl. verbi confessus ext. de except.* ADDITIO. Imò etiamsi non conditionaliter sed simpliciter reus exceptionem obiecerit, non censetur fateri, secundum magis communem opinionem, teste Couar. *lib 1. var. resolut. cap. 2. num. 3. fac. tex. in l. emptor 9. & ibi not.* Cast. C. *de præscript. long. temp.* de his alias. Christ. Winzler. 20.

Item procedit regula præscripta, quando actor negat intentionem & exceptionem Rei, quoad factum, quia tunc non posset se fundare ex negata exceptione, *c. ex eo. de reg. Iur. lib. 6. notat Bart. in d. l. non vtique & facit quod not. Spec. de positione negata in tit. de posit. §. octauò in princ. & Archid. in c. 1. de conf. lib. 6.* 21.

Fallit autem præscripta regula, quando reus separata intentione agentis à sua exceptione, obijcit exceptionem suam, vt si actor intendat Clodium iniuria à Milone occisum esse, reus cædem à se factam esse fateatur, sed tamẽ per exceptionem se defendens, vim vi repulsam esse dicat, vel si actor intendat, se numerasse Titio decem, Titius excipiendo dicat, verum est, quod decem numeraueris, sed feciſti pactũ de non petendo. His enim casibus excipiens videtur intentionem agentis fateri, *fac. quod. not. gl. in d. l. non vtique. & in d. c. exceptionem de reg. Iur. lib. 6.* & probat Lanfranc. ex communi Dd. sententia in repet. *c. quoniam contra falsam. in verbo exceptiones, vers. istud quoque est notandum, ext. de probat.* & tunc de exceptione solummodò agendum, excipientique incumbit probatio, quam nisi impleuerit, succumbet. Quo fit, vt in peremptoriarũ propositione delectus verborum haberi debeat, *vt traditur in l. si quidem. C. de* 22. 23.

*except.*

*except. Spec. tit. de except. §. viso quando. per tot.* (Adde *Gail. lib. 1. de pac. pub. cap. 17. per tot.*)

II. Citra tamē onus ſuperfluę probationis.

24. Hanc proteſtationem reus excipiendo non neceſſariò adijcere debet, quia cum plures exceptiones etiam contrarias proponere poſsit, *l. nemo. ff. de reg. Iur.* ad ſingularem probationem non conſtringitur. Quinimò & ſi expreſsè offerat ſe aliquid probaturum, & non probet, non ideò minus abſoluitur, ſi actor non probauerit, quod

25. aſſeuerat. Et ſi actor probauerit intentionem ſuam, ſuccumbet reus, niſi intentioni agentis contrarium aut tale quid probet, quod eneruet intentionem agentis, ſiue ad probandum ſe obtulerit ſiue non, *vt tradunt. Cyn. & Salyc. in l. actor. C. de probat. & probatur in l. circa & ibi gloſſ. Bartolus. & alij ff. de probationibus.* Adde, *ſupra titul. de probatio. num. 8.*

III. Eadem actione. Siue eadem, ſiue mutata a-

26. ctione experiatur actor, nihil refert, modò cauſa petendi eadem ſit. *Vlp. in l. de eadem ff. de except. rei iud.* De eadem re (inquit) agere videtur, & qui nō eadem actione agit, qua ab initio agebat, ſed etiam ſi alia experiatur, de eadem tamen re, vtputà, ſi quis mandati acturus ſit, cum aduerſarius ei iudicio ſiſtendi cauſa promiſiſſet, & propter eandē rem agat negociorum geſtorum vel condicat, de eadem re agit, &c.

IIII. Super fundo Tuſculano de quo, &c. Vt

27. autem rei iudicatæ exceptio locum habeat, neceſſe eſt tria copulatiuè concurrere, & vno illorum deficiente non poterit habere locum exceptio, *l. cum quaritur. cum duab. ſeqq. ff. de except. rei iudic.*

Primum

Digitized by Google

Primum quod sit idem corpus siue eadem quantitas, siue idem ius, & hoc loco vnius sunt, *secund. gl. verb. idem ius.* Secundum, quod eadem sit causa petendi, *vt d. ll. & l. si mater. §. eandem ff. eod. tit.* vide ea quæ diximus supra *sub forma libelli in verb. iure domini.* Tertium, quod sit eadem conditio personarum. Dicitur autem eadem conditio personarum, etiam quando cum vniuersali successore agitur, quia is defuncti personam repræsentat, *vt in auth. de iureiur. à morient. præst. §. 1. col. 5.* 28.

Singulari etiam successori sententia lata pro vel contra auctorem prodest, ac nocet respectiuè, vt si venditor priusquam rem venderet fuerit absolutus in actione reali, emptor si conueniatur, ab eo, qui contra venditorẽ succubuit, vti potest exceptione rei iudicatę, & è contrario, si venditor in priori iudicio succubuit, id nocet emptori, *l. si à te §. vlt. & ibi gl. verb. solere ff. de except. rei iud.* 29.

Iudicibus in ea parte competentibus. V.

Vt rei iudicatæ exceptio obstet, necessarium est, quod iudex ius pronunciandi habuerit, *c. at si clerici ext. de iud. gloss. in c. 1. verbi finita in princ. ext. de litis contest. lib. 6.* 30.

Ritè & legitimè procedentes, &c. VI.

Necessarium quoque est, quod sententia non fuerit nulla, propter iuris ordinem non obseruatum, nam licet sententia etiam contra ius litigantis data, regulariter rei iudicatæ exceptionem pariat, oportet tamen eam ritè & solemniter iuris ordine obseruato promulgatam esse, *l. 4. §. condemnatum. l. si cum nulla. ff. de re iud.* Sententia verò iuris ordine seruato contra ius litigatoris prolata, facit ius inter litigatores, *l. 1. §. in hoc interdicto ff. de lib. exhib. l.* 31.

*ferue*

*ſeruo inuito §. cum prætor. ff. ad Trebel. l. ſi ſeruus pluribus §. 1. verſ. ſi tamen ff. de leg. 1. l. res iudicata. & ibi Dd. ff. de reg. Iur.*

VII. Ab impetitione dicti actoris abſoluerunt, &c. Non obſtante huiuſmodi ſentẽtia abſolutoria nihilominꝰ obligatio ipſa durat, & ideò ipſo iure de eadem re poſtea aduerſus abſolutum agi poteſt, & condemnabitur, niſi obijciat exceptionem rei iudicatæ, §. *item ſi in iudicio Inſt. de except. l. iudex l. Iulianus ff. de condict. indeb.* facit quod habetur in *l. vbi pactum. C. de Tranſact. & in l. ſi vnus. §. pactus & ibi gl. & Bart. ff. de pact. Bart. in l. eum qui ita §. quinta ff. de verb. oblig.* quam tamen tunc obijcere non poteſt, ſi ideò fuerit abſolutus, quia probauit ſine dolo malo ſe deſiiſſe poſsidere, *l. ſi à te rem meam ff. de except. rei iud. c. pen. ext. de except.*

VIII. Reum ab impetitione agentis abſolui. Petitio iſta neceſſaria non eſt, ſed reus in libello exceptionum ſuarum cõcluſionem omittere poteſt, vt dictum eſt ſupra *ſub forma libelli, in verbis, petit dictus Sempronius, in fine.* Nam ſufficit reum dicere excipio ad excludendam intentionem agentis, *l. 2. in princ. ff. de except. l. qui proprio §. vlt. cum l. ſeq. ff. de procur.* Sufficit etiam reum narrare ſimpliciter factum, ex quo exceptio apta de excludẽdam actoris intentionem reſultat, nulla adiecta concluſione, nam factum poſtquam in iudicio propoſitum eſt, efficitur notoriũ iudici, & ita ex ſuo officio poteſt & debet reum abſoluere, *l. planè l. vlt. ff. de petit. hæred.* Iſtud tamen, quod de facti narratione diximus, ſanè intelligendum eſt, iuxta declarationem Bart. in *l. ſi vnus §. pactus verſ. ſed contra prædicta videtur l. plane ff. de pact. & in l. 4. §. hoc autem*

*iudicium*

*iudicium & ibi Angel. ff. de dam. infect. & Doct. in l. 1. C. vt quæ. def. advoc. & gl. Bart. & alij in l. vbi pactum. C. de Transact.* nam aut constat in judicio aliquid, 36.
propter quod apparet actorem non habere actionem, & tunc judex debet absoluere reum, licet non opponatur, *d. l. vbi pactum. secundum vnam lect.* & sufficit admonere iudicem in allegationibus, vel dicere exceptionem obstare, *secundum Bartho. in l. quidam §. quidam. in vltim. col. ff. de verb. oblig. & in l. exceptionem. C. de probat. in l. lecta. in princ. § si cert. pet.*

ADDE, Quod existimat Cast. in l. vbi pactum. num. 7. C. de Transact. hoc iudicis arbitrio & voluntati, non necessitati subiacere, vnde si non repellat actorem, nullam habentem actionem ex eo syndicatum non incurrit, secus si reus postulaverit. C. Wingler.

Si vero apparet aliquid in judicio propter quod 37.
actio non tollitur, sed ope exceptionis potest elidi, & tunc aut illa est exceptio, quæ inest ipsi actioni vel obligationi, vt in pactis incontinenti appositis, & tunc potest judex supplere, etiamsi non opponatur à parte, vt not. Bart. in *d. l. si vnus §. si vnus vers. sed contra prædicta. & d. §. quidam.* Si verò non inest sed extrinsecus venit, vt in pactis ex intervallo appositis, tunc si quidem actor locupletaretur cum aliena jactura, si illa exceptio omit- 38.
teretur, poterit iudex adhuc ex officio suo, postquam illud sibi constiterit de facto supplere perinde ac si exceptio fuisset opposita, & absoluet reum, *d. l. planè.* Si autem actor non locupletaretur cum aliena jactura, tũc judex dictã exceptionem nec supplere, nec reum absoluere potest, nisi per reum exceptio proponatur, vt in exceptione pacti de nõ petẽdo postea appositi *secund. Bart. & Dd. vbi suprà.* Animadvertendum prẽterea, quod licet

exceptio rei iudicatæ ante litis conteſtationem proponi poſsit, & eandem impediat, *vt inc. 1. de lit. conteſt. libr. 6.* Longè tamen commodius eſſe, eam poſt litem conteſtatam opponi. Nam ſi ante litem conteſtatam opponatur, concludi debet, quod actor amplius non ſit ad agendum admittendus cum refuſione expenſarum, atque ita reus ab obſervatione judicij tantũ, non autem in principali negotio abſoluitur, quum in eo lis nõdum conteſtata ſit, ſecus quando poſt litem conteſtatam opponitur. Nam tunc reus diffinitivè abſoluitur in principali, nempè ab impetitione actoris, *vt hic arg. not. Specul. titul. de except. §. dicto, verſ. Et vt plenius & verſ. ſeq. Bart. in l. cum querebatur. in fine princ. ff. iudic. ſol. in l. vltim. ff. pro ſuo.*

39.

40. *Annotatio.*

NOTA quod quando actori incumbit probatio plurium copulativè, tunc reo ad hoc vt obtineat, ſufficere, ſi vnum illorum per ſuam exceptionem excludat. Secus quando actor plura in libello deduxit, quorum quodlibet ſufficit ad victoriam cauſæ, nam tunc niſi omnia exceptione ſua perimat, ſuccumbet, *arg. l. ſi hæredi plures. ff. de condit. Inſtit. & l. divus. & ibi Bart. & latè Io. de Imola num. 3. ff. de re iudic. Iacob. But. & Flor. in l. ſi arbiter. in princip. ff. de probat.*

41. *De exhibitione peremptorialium & replicationibus cõtra eaſdem.*

EXCEPTIONES igitur ſic formatæ in ſcriptis ſolent exhiberi, licet de iure ſufficiat eas verbo proponi, vt poſtea redigantur in ſcriptis, *ſecundum Barthol. in l. 1. ff. de except. per l. ſcire oportet. §. oportet. ff. de excuſat. tut.* demptis eis exceptionibus, quæ in modum actionis proponuntur, vt eſt excep-

est exceptio non numeratæ pecuniæ, non numeratæ dotis, nam illæ in scriptus offerri debent, 42.
*auth. hanc querelam. C. de non num. pec. Angel. in l. 1. in num. 7. ff. de edend. adde c. vt circa. ext. de elect. libr. 6. vide Barthol. d. l. 1.* Exhibitis verò peremptorijs datur actori copia eorundem & terminus ad replicandum aut respondendum. Quo termino 43.
adveniente, poterit replicare actor, quod prior sententia ex aliqua causa fuerit nulla, vel quod tunc rem ex aliqua causa petierit, vel si exceptionem generaliter vel obscurè interpositam esse viderit, replicare poterit exceptiones exhibitas tanquam generales & obscuras non esse admittendas, *Angel. & Rapha. in l. 1. ff. de except.* Et exhibitis replicationibus datur reo alius terminus ad duplicandum, si voluerit Si verò actor re- 44.
plicationibus se deficere viderit, die termini dati superveniente exhibebit responsiones suas ad exceptiones rei, quas si negaverit, admittitur reus ad probandum. Si autem reus termino excipiendi peremptoriè transacto nihil excipiat, dari consuevit terminus ad producendum omnia instrumenta, acta, & munimenta.

# De termino ad producendum omnia instrumenta, acta & munimenta.

## TITVLVS XXXVI.

1. *Terminus ad producendum omnia, quando præfigi soleat.*
2. *Terminus producendi omnia in beneficialibus, est omninò necessarius.*
3. *Duabus ex causis hic terminus præfigitur.*
4. *Iudicis est lites diminuere.*
5. *Quando lapso termino instrumenta adhuc produci possint.*
6. *Forma productionis instrumentorum.*
7. *Terminus producendi omnia datur vtrique parti.*
8. *Quare instrumenta per compulsum exhibeantur.*
9. *Instrumenta sigillatim, & non in sacco sunt exhibenda.*
10. *Publica instrumenta quæ dicantur.*
11. *Privatæ scripturæ quæ, & quomodo in iure diversimodè appellentur.*
12. *Quibus nominibus appelletur principalis scriptura & quibus, exemplum.*
13. *Differentiæ inter exemplar & exemplum.*
14. *Instrumentum authenticum quod.*
15. *Originale quod propriè & impropriè dicatur.*
16. *Exemplum fidem non facit nisi publicatum.*
17. *Forma publicandi exemplum, sed inusitata.*
18. *Ad exemplandum sufficit vnicus Notarius cum authoritate iudicis.*
19. *Exemplum ab eodem scriptum, à quo originale, plenè probat.*
20. *Creditur magis prothocollo, quam extracto.*

21. *Notarius*

21. *Notarius non habens imbreviaturam punitur.*
22. *Exemplum contra exhibentem plenè probat.*
23. *Exemplum de consensu partium scriptum probat.*
24. *Exemplum in vim compulsoriæ exhibitum probat.*
25. *Instrumento producto vtitur etiam adversarius.*
26. *Producens instrumenta videtur fateri mihi contenta.*
27. *An & quando producēs scripturam minimè authenticam, censeatur fateri.*
28. 30. *Producens potest protestari se exhibere in pasibus saltem pro se facientibus.*
29. 31. *Adversarius potest non obstante producentis protestatione & pro se producere ex adverso exhibita.*
32. *Iudex potest non obstante protestatione contra producentem pronunciare.*
33. *Quando instrumentum habet diversa capitula, iuvat protestatio.*
34. *Copia totius instrumenti non communicatur, sed designati capituli.*
35. *Sigillum non agnitum nihil probat.*
36. *Sigillum ob antiquitatem sæpè habetur pro agnito.*
37. *Quando negatur manus, aut signum Notarij, instrumentum nihil probat.*

IN causis ecclesiasticis, si litigatores positiones & articulos in termino ad articulandum oblatos, non per testes, sed per instrumenta, acta, aut munimenta probare velint, statim hic terminus ad producendum omnia præfigi solet. Secus si per testes probare velint. Nam tunc ferè testium vtriusque partis attestationibus publicatis hic terminus præfigi solet, quem Domini de Rota *decis. 806. in antiq.* adeò necessarium esse existimant, 1. 2.

iſtimant, vt ſi aliquis auditor ſacri palatij in aliqua cauſa ſpirituali, vel prophana, ferat ſententiam non ſervato hoc termino, ſententiam dicant eſſe nullam, adde Egidium de Bellemere, *concluſ. Rotæ 27.* Putaverim tamen iſtud verum in cauſis beneficialibus, & eis, in quibus ſine figura judicij proceditur, vt probat clem. *ſæpè. de verb. ſignificat.* In alijs verò cauſis non æquè, præſertim ſi coram ordinario judice tractentur. Poterit tamen judex hunc terminum prefigere duabus potiſsimum de cauſis. Prima, vt facultatem habeat adverſarius impugnandi producta. Secunda, vt brevior ſit litis exitus, niſi enim præfigatur hic terminus, poterunt inſtrumenta exhiberi quandocunque voluerit aliqua partium, vſquèquò concluſum fuerit in cauſa, *c. cum dilectus. ext. de fide inſtrument.* Ideoque cum judicis ſit lites quantum poteſt, minuere & abbreviare, *l. quidam æſtimaverunt ff. ſi cert. pet. c. finem litibus. ext. de dolo & conteſt.* poterit non immeritò & hunc terminum antè concluſionem cauſæ præfigere. Cui conſequens eſt, vt quemadmodum poſt concluſionem non admittitur inſtrumentorum productio, ita nec poſt hunc terminum debeat admitti, niſi ex æquitate quadam duobus concurrentibus dicamus illam admitti poſſe, nempè, ſi ius adverſarij non ſit factum deterius, & paulò poſt terminum id petatur, *arg. l. mancipiorum ff. de optio. leg. & eorum quæ dicta ſunt titulo præced. de exceptionibus. peremptor. num. 7. & 8. & Panormit. in c. cum dilectus. num. 4.* qui dicit hanc Ioan. And. & aliorum opinionem

3.

4.

5.

commu-

communem licet non videatur per tot. sequi, *ext. de fide instrument.* (Idem Mynsing. *cent. 2. obser. 53.*) Poterit itaque vtraque pars, hoc termino diplomata, quas bullas vocant, aut instrumenta, privilegia, & alia munimenta quæcunque, quibus causa munitur, exhibere, hisce vel similibus verbis.

Accuso contumaciam partis adversæ non producentis omnia, & in contumaciam ipsius satisfaciendo termino produco instrumentum vnum emptionis fundi Tusculani signatum sigillo Schabinorum oppidi Leodiensis, scriptum verò & subscriptum manu Sabini Notarij, insuper privilegium quoddam Caroli Imperatoris sigillo imperiali signatum, scriptum & subscriptum per Antonium Notarium, & peto per adversarium super recognitione dictorum sigillorum & signorum ipsorum Notariorum subscriptorum responderi. I. 6. II. III.

Accuso contumaciam. rectè. Nam dilatio hæc producendorum instrumentorum causa conceditur vtrique parti. Instrumenta quoque sæpè per compulsum (vt vocant) producuntur. Additio. Et hoc quando tertius quis instrumenta possidet, qui extunc per mandata pœnalia, quæ literas compulsoriales vocant, ad exhibendum in judicio hujusmodi instrumenta, & iura ad causam facientia compellitur, & compulsus exhibet, nè vltroneus & sese sponte offerens suspectus videatur, *arg. l. omnia §. 1. ff de procurator.* & ob id Instrumenta per hujusmodi compulsum exhibita, majorem vim & authoritatem habere dicuntur, vnde manavit ista cautela qua vtuntur I. 7. 8.

procuratores, quando ipſimet iura exhibenda habent, vt tradant aſtanti, quem extunc petunt compelli, vt compulſus exhibeat, *fac. infra hoc titul. num.* 24. Chriſtophorus Wingler.

11. Inſtrumentum vnum emptionis. Hoc
9. pacto quodlibet inſtrumẽtum, quod exhibetur, ſigillatim deſignari debet, *ſecundum Specul. titul. de Inſtrument. edit. §. videndum reſtat. verſ. item non exhibeat.* ADDITIO. Non enim debent inſtrumenta ſimul in facco exhiberi, ea non diſtinguendo, vt dicit Specul. *d. loc.* vnde confuſio & falſitas oriri poſſet, ad quam tollendam directorium probandi, per quod exhibita invicem diſtinguuntur, & ad ſingula ſua capita, quæ probant, diriguntur, optimè in praxi vſurpatur. Chriſtopho. Wingler. Sciendum autem inſtrumenta quæ hic nobis ſcriptura & tabulæ di-
10. cuntur, eſſe vel publica vel privata. Publica ſunt, quæ per manum publicam, id eſt, per Notarium confecta, de jure vel conſuetudine plenam habent fidem producta coram judice, etiam nullo externo auxilio communita. Mortuis enim teſtibus & Tabellione, nihilominus plenam fidem merentur, *c. 2. & ibi Dd. ext. de fide inſtrument. gl. verbi publicum in l. 2. in princ. ff. quemadmo. teſt. aper.*
11. *Innoc. in c. 1. ext. de fide inſtrument.* Privata autem inſtrumenta, quæ chyrographa ab Aſconio Pediano dicuntur. ADDE, Sic & quandoque in jure noſtro baptizantur, *l. ſi chyrographum. ff. de probat. l. chyrographi ff. de adminiſt. tut.* quandoque privatæ ſcripturæ, *l. privatæ ſcripturæ. C. qui pot. in pig. l. inſtrumenta. C. de probat.* quandoque cautiones, *l. ſi ex cautione. C. de non num. pec. c. ſi cautio. ext. de fide inſtrument. l. 2. ff. de pact.* quandoque Epiſtolæ, *l. non epiſtolis. C. de probat. l. epiſtola ff. de pact.* quandoque rationes, *l. rationes. C. de pact. l. nuda ratio ff. de donat., vide Ferrar. in ſua pract. in for. op. con. Inſtrum. verb. & maxime illi, &c.* C. Wingler.

sunt, in quibus quæ gesta sunt, manu priuati hominis conscribuntur vide quę scripsimus *supra de probat. in verbo ad probandum negata. ll. nu. 57.* Principalis autem instrumenti tria sunt vocabula scilicet, authenticum, originale, exemplar. Ex his autem extracta nomina sunt, index, exemplum sumptum,& memoria, *not gl. in l. 2 ff de fide instrum.* 12.

ADDITIO, Et sic nota differentiam inter exemplar & exemplum, illud enim est scriptura principalis, hoc inde transumptum, quod hodie plerumque copiam vocamus, *Bart. in l. componitur ff. de leg. 2. probat. text. in l. 1. §. si a duobus. iuncto § seq. ff de bonor. possess. secund. tab.* C. W. 13.

Instrumentum authenticum dicitur omne instrumentum, cui plenè creditur, *secund. Innoc. in c. 1. in prin. ext. de fide instrum.* & dictum est supra. 14.

Instrumentum autem originale propriè dicitur scriptura, quæ verba dictatis per notas & literarum compendia, hoc est, breuiaturas continet, vulgò prothocollum dicitur quod an fidem faciat nec nè, vide per Bald. *in Rub. num. 20. & seq. C. de fide instrum. & per Albert. in l contractus. C. eod tit.* 15.

Impropriè autē originale dicitur scriptura omnis quam Notarius extrahit rogatus, fidem faciens, *ita Bald. in l publicari. nu. 9. C. de testam.* 16.

Exemplum verò siue sumptum instrumentum, regulariter est, quod nullam fidem facit, *l. quicunque ff. de fide instrum.* exceptis certis casibus. Primo, quando illud exemplum publicatum est à Notario, tunc plenam fidem facit. Fit autem publicatio exempli hoc modo. Instante parte iudex citabit aduersarium, si notus sit, vt interfit publicationi, vel si ignotus sit, citabitur per edictum generaliter, *vt in auth. si omnes. C. si minor se ab hæred. abstin.* & tum adhibentur tres tabelliones, quorum 17.

primus ita ſcribit. Ego Petrus, &c. Originali inſtrumento diligenter auſcultato, viſo, & intellecto, præſens exemplum extraxi, & quia in omnibus & per omnia concordare inueni cum originali, non raſo, non cancellato, ideò me ſubſcripſi, &c. & conſimiliter alij duo Notarij ſubſcribent. Et poſtea iudex interloquendo decernet, tali exemplo plenam fidem adhibendam eſſe. De qua pronunciatione iudicis, conſultum eſt fieri inſtrumentum publicum. Hanc publicandi formam tradunt Alberi. *num. fin. & alij in d. l. quicunque. & in auth. ſi quis in aliquo. C. de edend.* ADDITIO.

18. Certè hæc publicandi forma eſt inuſitata, nec de iure neceſſaria, ſufficit enim vnicus Notarius cum authoritate iudicis, *text. & ibi Panormitan num. 4. in c. fin. ext. de fide inſtrument.* aduerſario ad hoc citato, *Caſt. in d. Auth. Si quis num. 3. C. de edend.* Chriſtoph. Wintzler.

19. Secundò quando eadem eſt perſona tabellionis, quæ ſcripſit originale, & quæ ſcripſit exemplum, quia tunc exemplum ſiue tranſumptum plenam fidem facit, ſicut ipſum originale, quum idem tabellio de eodem actu plura poſsit con-

20. ficere inſtrumenta, *l. vnum ff. de Teſtament.* vbi autem diſcordarent, prothocollum ſiue imbreuiatura Notarij, & extractum ex prothocollo, credetur prothocollo, *Bartolus in l. Sempronius proculò. ff. de leg. 2. Angelus in l. publicati. C. de Teſtam. gloſſ. in §. pen. in auth. de Tabellion. col. 4.* Hinc voluit Baldus. *in Rubr. num. 28. C. de fide inſtrument.* quod cum conſuetudo habeat, quod Notarij conficiant imbreuiaturas, ſi Notarius conficiat de aliquo

21. contractu imbreuiaturam, poterit puniri de falſo, ſi apud eum non reperiatur iſta imbreuiatura.

Quinimò

Quinimò si dubitetur de viribus instrumenti, recurritur ad imbreuiaturam, quam si Notarius dicat se reperire non posse, poterit subijci torturæ, quia subest præsumptio falsitatis. (Adde *Couar. pract. quæstion. cap. 19. num. 4. verſ. quinto.*) Tertiò 22.
quãdo aduersarius exhibet mihi exemplum, nam tunc facit fidem, *l. in fraudem. §. neque ff. de iure fisci. & ibi Bartolus.* tamen sit cautus ille, cui datur exemplum per aduersarium, vt faciat in actis redigi, quod aduersarius dederit ei illud exemplum. Quartò, quando exemplum est scriptum de con- 23.
sensu ambarum partium. Nam & tunc fidem facit, *Io. de Imol. in c. 1. ext. de fide instrument. Bartolus. & Baldus. in d. auth. si quis in aliquo.* (Adde communiter receptum, *Couarruuias cap. 21. num. 5. pract. quæst.*) Quintò, quando transumptum extractum 24.
est in vim compulsoriæ, nam & tunc fidem facit, *secundum Domin. de Rota. decis. 689. in antiq. fac. suprà num. 8.* Aduertendum autem est tibi, qui vis producere instrumenta, vt benè legas & perlegas, an sint pro vel contra te, nec hoc Ouidianum tibi contemnendum sit. Heu patior telis vulnera facta meis. *l. scripturæ. C. de fide instrument. c. imputari. ext. eodem titulo. Speculat. titulo. de instrument. edit. §. videndum restat. verſ. item nota.* vbi enim ederis instrumentum in iudicio, ad- 25.
uersarius tuus eo etiam vti potest, nam instrumenta in iudicio producta communia sunt vtrique parti, & producens videtur fateri & approbare & pro se & contra se, quicquid in instrumento continetur, adeò vt contrarium al- 26.
legare non possit, *Innoc. in c. cum olim. num. fin. ext. de censib. & in c. cum venerabilis num. 3. & seq. ext. de excep.*

*except. l. 1. §. edere & ibi not. ff. de edend. l. cum precum. C. de liber causa.* (Adde *Marant. 2. part. 6. part. prin. act. 10. num. 2.* qui communem dicit.) Quod intellige, quando ſcriptura exhibita eſt authentica, *ſecund. Alex. conſil. 108. num. 5. volum. 5. Panor. in d. c. cum venerabilis. nu. 36. & ſeq. ext. de excep.* ADDITIO.

27. Contra hos tenent Bald. Angel. Iaſ. & communiter Dd relati à Menochio *lib. 2. præſumpt. 45. num. 4. & 5.* quod producens inſtrumentum minimè authenticum & ſolemnitatibus ſolius ſcripturæ carens, cenſeatur etiam approbare illius contenta, huiuſmodi ſolemnitatibus partes renunciare poſſunt, quæ reſpiciunt ſuum ſolum commodum, ſecus in ſolemnitatibus principalis negotij, quæ à voluntate partium non dependerent, vt in alienatione rerum minoris, aut eccleſiæ, tunc enim producens non cenſetur nec poteſt huiuſmodi inſtrumentum approbare, vt ibi Menoch. *d. num. 5. & 15.* quem vide plenius, quando producens cenſeatur probare contenta producti & quando non. C. M. Quocircà ſolet interdū pro-

28. ducens inſtrumenta proteſtari ſe iura & munimenta ſua non aliter exhibere, quam ſi pro ſe & contra partem aduerſam faciant, aut facere poſſint, & ſic productio hæc nihil faciet in fauorem aduerſarij, cum actus agentium vltra ipſorum intentionem non operentur, *l. non omnis. ff. ſi cert. pet. l. ſi cum teſtamento argentū. in princ. ff. de except. rei iud.*

29. Sed poteſt nihilominus aduerſarius præſens quoque producere vel repetere hæc eadem iura pro ſe, quatenus ſuum fauorem concernunt, & facient fidem etiam pro ipſo, non obſtāte dicta proteſtatione. *Iacob. But. in l. minus graue. C. de teſtibus. Bart. in l. poſt legatum. in princ. ff. de his quib. vt indig. & Bart. in l. Aurelius. §. idem quæſiit. ff. de lib. leg. Bald. num. 5. & Salyc. in lib. 1. C. vt quæ deſ. aduoc. ind. ſup.*

*facit l. ſi*

*facit l. si ita stipulatio. in fine ff. de ope. lib. & l. nam absurdum ff. de bon. lib. & l. cū quæritur. ff. de admin. tut. Ferrar. in sua pract. in for. produc. inst. verb. In illis passibus.*

ADDITIO, Præmissam protestationem producēti proficere, vt producta in pasibus præiudicialibus ipsi non obsint, ex communi Doctorum opinione & obseruantia tradidit Octauia. Vest. *lib. 6. prax. Roma. cap. 1. num. 6. & ibi addit. Antho. Gravat. num. 20.* à quibus discessit Bald. prout refert Cast. *in l. 1. §. editiones nu. 7. ff. de edend.* & alij plures recensiti à Mascardo *de probat. conclus. 955. num. 17. & seq.* quorum opinio eo casu procederet, quando pars aduersa expresè repetijt siue, reproduxit contenta exhibitorum in pasibus pro se facientibus, quasi tunc iudex illorum intuitu sententiam contra producentem ferre posit, aliter non, & eo pacto contrarias has opiniones reconciliandas existimauit Zasius in *d. §. editiones num. 23.* quod idem author noster innuit; Castrensis nihilominus in *l. vnica. num. 5. C. vt quæ des. aduoc.* & alij in eā rem à Mascardo *d. loc.* citati putarunt etiam ex officio, nō obstante hac protestatione contra, producentem pronunciare posse, quare alias reconciliationes vide apud Mascard. *d. loc. num. 19. & seqq.* ex quibus tandem colliges parum aut nihil præmissam protestationem proficere. C. ℣. nisi instrumentum diuersa capitula continet, tunc potest producens protestari se nolle vti isto instrumento, nisi quoad tale capitulum tantum, & non aliter neque vltrà. ADDE. Bart. in *l. Aurelius §. quidem quæsit ff. de liber leg.* quod ita à Doctoribus communiter receptū authore Antho. Gravat. *ad Vest. lib. 6. cap. 11. num. 19.* nec eo casu posset aduersarius in punctis vtilibus pro se reproducere, *Felin. in d. c. cum venerabilis num. 24. de except.* quem vide plenius. C. ℣. tunc aduersario non dabitur integrum exemplum instrumenti, sed capituli signati duntaxat, *c. cum contingit. ext. de fide instrument.* (ADDE Cast. & alios in *l. fin. C. de precib. Imper. offer.*

30.

31.

32.

33.

34.

quorum

quorum opinionem communem dicit Couar. *pract. quæst. cap.* 20. *num.* 7. C. W. legetur tamen iudici instrumentum totum, *vt in c. cum personæ 1. respons. in fine ext de priuileg. lib. 6. Speculat. titulo de instrument. edit. §. videndum restat. vers. quid si produco & ibi addit. Io. And.* (Adde Gail. *obs. 106. num. 10.*)

III. Super recognitione dictorū sigillorum. Non abs re producens petit per aduersarium responderi super recognitione sigillorum instrumentis exhibitis appensorum, nec non agnosci signum & probitatem Notarij, vel Notariorum, qui instrumētis exhibitis sese subscripserunt. Quia

35. si sigillum literis appensum non recognoscatur per aduersarium, tali sigillo veluti ignoto nulla adhibetur fides, *c. quod super his. c. inter. ext. de fide instrument. c. 1. ext. de cleric. peregrin.* nisi producens probet sigillum esse authenticum, *l. vnica. C. de mand. princip. not. in c. post cessionem. ext. de probation. vide Speculat. titulo. de procur. §. ratione autem formæ vers. item quod non sunt sigillo. in princip. & in titul. de probationib. §. videndum restat. versic. decimo per literas.*

36. ADDITIO, Ob antiquitatem tamen temporis sæpè pro agnito habetur, quod & reformatio Iudiciorum Senatus Colonienſis probat, & ad centum annos vel circiter diffinit, *sub titul.* Von Instrumenten, Siegel vnd brieffen. ex eadem ratione, qua instrumentum ex remotis locis productum habetur pro recognito, *Octauia. Vest. in sua prax. Roma. lib. 6. cap. 1. num. 9. Castrens. in l. etsi contractus. num. 5. C. de fide instrum.* Chri. Wintzler.

37. Similiter si Notarij signum & probitas per aduersarium non recognoscatur, vel si ille, qui se literis subscripsit, negatur esse Notarius, oportet producentem probare illum Notarium esse, aut alioqui instrumentum productum nihil valebit,

*secund.*

*secund. Egid. de Bellemere. conclus. Rotæ. 193.* Sed de hoc articulo dicetur *infra* plenius. *Tit. 38. num. VI. in fine num. 67.*

## De petitione copiæ aliorumque exhibitorum.

## TITVLVS XXXVII.

1. *Instrumentorum copia debetur aduersario.*
2. *Faciens mentionem instrumenti in Libello limitatiuè illud ante responsionem exhibere tenetur.*
3. *Tres casus in quibus non tenetur quis edere instrumentum, cuius fecit mentionem limitatiuè.*
4. *Quando instrumenti mentio facta declaratiuè non tenetur quis edere.*
5. *Reus non potest cogi per actorem ad edendum instrumenta.*
6. *Reus tenetur Fisco & ecclesia agente edere.*
7. *In matrimoniali aliisque causis, in quibus fauor pietatis vertitur, reus cogitur edere actori.*
8. *Argentarij, mercatores, vsurarij & similes tenentur edere libros rationum.*
9. *Ad probandam quantitatem actionis reus actori edet.*
10. *Ad probandam replicam eius tenetur edere actori.*
11. *Acta iudicialia sunt edenda.*
12. *Editio fiet aduersario sinè die & consule.*
13. *Ioan. Ferrar. iudicium de sententia ICti. circa editionem sine die & consule.*
14. *Instrumenta communia ac propria petentis cum die & consule edenda.*
15. *Instrumenta sua propria non tenetur quis edere.*

16. *Quando*

16. *Quando quis vult instrumentum arguere falsitatis cum die & consule edi debet.*
17. *Quando reus non potest esse certus sine data & die, illa edi debet.*
18. *Vbi dies non est de substantia instrumenti, illa semper edetur.*
19. *Originale, relicta copia apud acta, producens repetere potest.*
20. *Cautela pro producente.*
21. *In plerisq; Curijs non præfigitur terminus producendi omnia, sed proceditur vt author hic declarat.*

1. POSTQVAM instrumenta exhibita sunt, facienda est parti aduersæ instrumentorum copia, & concedendus terminus ad dicendum contra producta. Quandoquidem instrumẽtorum, quibus quis in iudicio vtitur pro se, debet etiam aduersario fieri copia contra se, *l. 1. §. edenda ff. de edend. l. apud quem. C. eod.* siue actor sit siue reus. Dicitur aut quis vti instrumento dupliciter. Primò, qui illud producit, & tunc semper illius exemplum aduersario petẽti concedi debet. Secundò, qui in libello vel positionibus instrumenti mentionem facit, & tunc liquidem illius mentionem facit limitatiuè, id est, dicit, vendidisti mihi
2. fundum prout continetur & constat in tali instrumẽto, &c. tunc tenetur illud instrumentum edere antequam aduersarius cogatur respondere, nam dictio, prout, limitatiua est, *vt not. Bart. vlt. col. l. edita. C. edend. & in const. ad reprimendum verb. prout in Extrauag. Quo in crim. laes. maiest.* Et si lis nondum contestata sit, tunc instrumentum tale ad deliberandum duntaxat edi debet, non ad disputan-

disputandum, quum exceptiones peremptoriæ post litem contestatam duntaxat locum habeant, *Bald. in addit. ad Spec. tit. de instrum. edit. §. videndum restat, vers. illud autem certò.* Quod autem dictum est, si instrumẽti mentio fiat limitativè, editionem fieri debere intellige verum, nisi verisimile esset simile instrumentum vel illius exemplum penes 3.
partem adversam esse, vti est casus in *l. si legatum. ff. edend.* Secundò verum intellige, si instrumentum, cujus quis mentionem facit, suum est, non alienum, *vt probat. Specul. titul. de instrument. edit. §. nunc dicamus vers. quid si quis.* (ADDE. Quin & eo casu edendum autumat Stephan. Ranchinus *in annot. ad Guid. Papæ, quæst.* 16. Christ. Wingler.) Tertiò obtinet, quod dictum est, si habet instrumentum illud in promptu. Nam alioqui de hoc facta fide per iuramẽtum, procedetur in causa, licet instrumentum non exhibeatur, & cogetur adversarius respondere libello, vel positioni, (perfectam interim & absolutam sententiam continenti) simpliciter, *secundum Specul. vbi suprà.* Si verò quis in li- 4.
bello vel positionibus instrumenti mentionem faciat declarativè, putà, quia dicit, vendidisti mihi fundum tanti, quod constat in instrumento à tali rogato, &c. tunc non statim, sed lite contestatâ tempore suo exhiberi debet tale instrumentum, vt tradit Barthol. in *l. postquam §. vltimo. ff. vt leg. no. caveat. Io. de Imol. in c. 1. ext. de probationib. Lanfranc. in repetit. c. quoniam contra falsam. in verbis, instrumentorum productiones, vers. quæro, pone aliquis. ext. de probatio.* (Adde, *Guido Papæ, d. quæst. 16.*) Reus autem si instrumentis suis in iudicio 5.
non vtatur, non potest per actorem compelli,

vt edat eadem, ad fundandum intentionem sive originem petitionis suæ, *c. 1. ext. de probat. l. nimis*
6. *grave. C. de testib. l. vlt. C. de edend.* Quod moderare primò, vt non procedat in Fisco, nam Fisco agenti reus propria instrumenta edere cogitur, *l. nec quicquam ff. de edend.* modò tamen causa civilis sit, & reus privata persona, non si causa criminalis, vel etiam reus similiter Fiscus, vel privilegiata persona sit, *vt per Panorm. num. 18. & Felin. in d. c. 1. ext. de probat.* (Adde *Gail. d. obser. 106. num. 11.*) Idem etiam juris est in Ecclesia, nempè quod illi agenti editio fieri debeat à reo, *Panorm. d. c. 1. num. 19.* quia jure Fisci gaudet, *vt not. per gl. & Dd. in c. 1.*
7. *ext. de restit. in integ.* Secundò moderare, vt locum non obtineat, in causa matrimoniali *secundum Panormitanum. d. num. 19. & alios Dd. in d. c. 1.* Idem intellige in alia quavis causa, in qua vertitur favor pietatis, vt in causa alimentorum, dotis, legati ad pias causas, libertatis, hospitalitatis, & hujusmodi, modo tamen probatio aliter fieri nequeat, vt quia testes mortui sunt, & Notarij prothocollum perijt, *secundum Doctor. vbi suprà.* Tertiò moderare non procedere, in argentarijs, numularijs, mercatoribus, vel artificibus, qui de jure vel cõsuetudine libros rationum suarum confectos habent, *l. non est novum. C. de edend. l. prætor. ait. 1. quidam. §. numularios. l. argentarius ff. eodem.* vide plenius Dd. *in d. c. 1.* Quartò moderare in vsurario, à quo repetuntur vsuræ. Is enim quicquid scripti privatim habet, actori edere debet, *clem. vnica. §. cæterum cum gl. de vsur.* (Adde *Gail.*
9. *d. obser. num. 12.*) Quintò moderare, quando probata principali intentione actoris, incidat dubium

dubium in replicationibus aut allegationibus alijs super quantitate, tunc enim ad probandam eam quantitatem compelli potest reus edere actori, *secundum omnes in d. c. 1. & Barthol. Baldus. & Angel. in l. 1. §. editiones. ff. de edend. text. in l. Titia & l. creditor. ff. de edend.* Sextò moderare vt non habeat locum, quando actor in probationem replicationis fuæ petit à reo fieri editionem, *gl. & Dd. d. loc & in l. fina. C. eodem.* vt si actore petente legatum, reus excipiat de lege Falcidia, actor vero replicet, legata defalcari non debere, quia hæreditas sufficiens est, Certè vt hæc actoris replicatio probetur, cogi potest reus, vt inventarium vel instrumenta hæreditaria exhibeat, *l. maritus. §. post aditam. & ibi Bart. ff. ad legem Falcid.* Septimò moderare non procedere in actis iudicialibus, illa enim edi debent, *l. 2. C. de edend. c. quoniam contra ext. de probat.* Facienda est autem parti instrumentorum editio sine die & consule, *l. 1. §. editiones. §. edenda. ff. de edend.* Additio. In hoc quod instrumenta sine die & cõsule edi debeant Iurisconsultum errasse putat Io. Ferrar. *in sua pr. ct. in for. petend. cop. instrum. Verb. cum anno, mense, & die, &c.* quasi vix pars informari queat, nisi viso & cognito tempore obligationis, & ob hoc legislatores animadvertentes, quod in quibusdam errare possent, cõstituisse. quod quælibet civitas sibi leges possit condere, prout melius sibi viderit expedire, *l. omnes populi. ff. de iust. & iure.* Sed quia in illis casibus, in quibus pars super iure suo certa esse, & se facis informare non potest, vt in casu prescriptionis, & prerogativę, inter plures concurrentes creditores, & similium, Doctores copiam instrumenti cum die & consule edendam asserunt, vt *inf. à num. 17.* Hanc illius opinionem, in qua se semper fuisse testatur, approbare, mihi religiosum est. C. 29.

10.

11.

12.

13.

Quod tamen fallit, si instrumentum est commu-
14. ne ratione proprietatis sive dominij, vel proprium, vt Instrumenta hæreditaria, vel quod quis proprijs expensis redemit. Item rationes, nam tunc dies edi debet, *l. procurator. C. de edend. l. si quæ cautiones. ff. famil. herciscund. l. pacto successorum. in fine. C. de pact. gl. Barthol. Castrens. & Dd. in d. §. editiones. & §. rationes Panorm. num. 31. & Felin. in d. c. 1. ext. de probat.* (Adde Gail. *obs. 106. num. 4.*) Sin
15. autem instrumentum, quo quis in iudicio vtitur, est proprium ratione proprietatis, vel vtilitatis, illud cum die edi non debet, vt est instrumẽtum mutui, quod creditor à Notario redemit. (Adde *Gail. d. obs. num. 3.*) Istud tamen, consideratâ causâ
16. editionis petitæ, fallit primò, si quis velit instrumentum falsitatis arguere, nam tunc dies & consul edendi sunt, *gl. in d. §. editiones & ibi Barthol. & alij.* Quod tamen ita verum est, si circa diem & cõsulem velit falsitatem arguere, & debet de hoc per iudicem diligenter interrogari, quo pacto velit arguere falsitatem, *Panorm. d. c. 1. num. 3.* Secundò fallit, vbi reus non potest sine data vel die
17. instrumenti certus fieri, vtrùm cedere vel contẽdere expediat, vt si antiquior creditor agat cõtra posteriorem hypothecariâ, certè reus sine die instrumenti certus fieri nõ potest, vter illorũ prior sit, vnde tunc rectè ei dies editur, modò tamen reus suæ obligationis diem in judicio declaravit, *Bart. in d. §. editiones. Panorm. d. c. 1. num. 30.* (Adde Zas. *d. §. editiones* qui id dicit communiter proba-
18. tum.) Hæc tamen quæ dicta sunt de die nõ edenda, vera sunt, quando dies est de substãtia contractus, vbi autem dies de substantia contractus non est, tunc

eſt, tunc ſemper dies edi debet, quare dies inſtrumenti procuratoris, vel inventarij, edi debet, vt probat Caſt. Angel. in *d. §. editiones.* Illud etiam ſilentio prætereundum non eſt, ſufficere inſtrumenta originalia in judicio exhiberi, & ea adverſario non contradicẽte, vſque ad finem litis poſſe reſtitui producenti, relictâ copiâ authenticâ in actis, præſtito etiam iuramento, quod iudice mandante ea reproducet, *ſecund. Dom. de Rota deciſ. 741. in antiq.* Quod interdum cõſultum eſt producenti, nè perdantur originalia, *ſecund. Panorm. in d. c. 1. nu. 32. ext. de probat.* (Adde, Et iſtud quotidie practicari videmus, *Marant. act. 10. num. 3. & 6. part. princip.* Ipſum autem originale, non relictâ ibidem eius copiâ, repeti non poteſt, etiamſi producens pœniteat cum cõmune ſit factum, *Mynſing. cent. 6. obs. 76.* C. M.) 19.

Cavendum etiam producẽti, nè permittat inſtrumẽtum productum tradi adverſario ad tranſcribendum, ſed per Notarium, vel per duos viros idoneos ad hoc deputatos tranſcribatur, & parti adverſæ copia fiat, *Specul. titulo. de inſtrument. edit. §. videndum reſtat. verſ. porrò ſi quæras.* 20.

Nota quod in pleriſque curijs ſecularibus non ſoleat prefigi terminus ad producendum omnia, ſed in cauſis pecuniarijs generalis & vnica dilatio ad probandum vtrique parti præfigitur, in qua per omne probationum genus intentionem ſuam adiuvare debent, vnde ſi inſtrumenta, acta, & munimenta, producere velint ea coram Commiſſario ad audiendum partium probationes ſive (vt ipſi loquuntur) ad inqueſtum expediendum, dato, priuſquam tempus examinis expiret, exhibere debent, poſtea verò ad producendum non admittuntur, niſi cauſa aliqua rationabilis 21.

intercedit, aut per libellum Principi oblatum, ad hoc si admitti obtineant. Exhibitis verò instrumentis, conceditur parti petenti copia munimentorum productorum & terminus competēs pro loci consuetudine ad impugnandum produc[illegible], vti etiam meminimus, *supra tract. de attest. publicationib. in fine.*

## De termino ad dicendum contra producta.

## TITVLVS XXXVIII.

1. *Quid faciet pars, cui terminus cōtradicēdi statutus*
2. *Forma impugnandi producta.*
3. *Ad exceptionem falsi non est facilè decurrendum.*
4. *Cui incumbat probatio, quādo de falsitate excipitur*
5. *Falsitas per testes probari potest.*
6. *Vnus testis super numerarius inscriptus non improbat instrumentum, secus si numerarius.*
7. *Vnicus testis non inscriptus non reprobat instrumentum.*
8. *Duo testes numerarij reprobant instrumentum.*
9. *Duobus contradicentibus, reliqui pro instrumento deponentes, non probant, nisi tot fuerint, qui adversum quirat.*
10. *Testes non recordantes de contentis instrumenti non vitiant illud.*
11. *Duo testes non descripti sufficiunt ad reprobandum instrumentum ex arbitrio iudicis.*
12. *Vtens falso instrumento quando teneatur de falso*
13. *Infra terminum ad hoc statutum debet quis declarare, an velit instrumento vti.*

14. *Quid an ex protestatio, qua quis declarat se non vsurum instrumento, si falsum reperiatur.*
15. *An invocatio divini nominis sit de substantia instrumenti.*
16. *Consuetudo loci circa solemnitatem instrumenti inspicienda.*
17. *Instrumentum debet continere annos Domini.*
18. *Annus quot habeat dies.*
19. *Supputatio anni Domini, secundum stylum Camerae Apostolicae, & Cancellariae Galliae.*
20. *Quomodo in hisce partibus annus supputetur.*
21. *Indictio in instrumento necessaria.*
22. *Instrumentum continebit mensem, & diem actus.*
23. *Dies rogationis, & non extensionis inserendus.*
24. *Nomen Imperatoris vel Papae exprimendum.*
25. *Locus contractus instrumento inserendus.*
26. *An requiratur specialis loci expressio.*
27. *Testes requiruntur in instrumento.*
28. *Testes rogatos fuisse, necessarium non est.*
29. *Septem casus, in quibus testes debent esse rogati.*
30. *Ad cautelam magis ponitur, testes fuisse rogatos quam ad necessitatem.*
31. *Notarius subscribet nomen & cognomen & se ad hoc rogatum.*
32. *Notarius an praesumatur in dubio rogatus.*
33. *Ex quibus verbis praesumatur Notarius rogatus.*
34. *Quatuor requisita ad hoc, vt Notarius instrumentum conficere possit.*
35. *Notarius signum suum apponet instrumento.*
36. *Mutans consuetum signum punitur de falso.*
37. *Ex defectu solemnitatum instrumentum corruit.*
38. *Notarius emittens debitam solemnitatem punitur de falso.*

39. *Quando mulier de S.C. Velleiano certiorata, & decretum aut consensus intervenit, & Notarius hoc omiserit, punitur de falso.*

40. *Notarius intelligitur rogatus, vt consuetas clausulas interponat.*

41. *Instrumento dotis Notarius apponet hypothecam.*

42. *In contractibus dominium transferentibus Notarius opponere potest clausulam precarij vel constituti.*

43. *Quando instrumẽtum conficietur ad sensum sapientis, etiam inconsueta apponi possunt.*

44. *Contractus censentur celebrati, prout consueverunt.*

45. *Consuetum intelligitur tacitè inter partes actum.*

46. *Instrumentum carens causa debendi & testibus & habens repugnantia, fidem non meretur.*

47. *Quid de nomine practico.* Assertus, a, um. *sentiendum.* (*meretur.*

48. *Instrumentum circa substantiale rasum nullã fidem*

49. *Quando rasura non noceat instrumento.*

50. *Rasura in loco suspecto invalidat totum instrumentum.*

51. *Instrumentum falsum in vno capitulo principali corruit in totum, secus si in non principali.*

52. *Quando Notarius testatur se rasuram fecisse, cessat omnis suspicio.*

53. *Parti non licet instrumentum corrigere vel cancellare.* (*villosi.*

54. *Exceptionem* Tu non es Notarius, *obijciunt ca-*

55. *Per instrumẽtum & testes probatur quis Notarius.*

56. *Sufficit probare quem communi opinione Notarium habitum, aut instrumenta per ipsum confecta, habita rata.*

57. 59. *Quando communis error facit quem Notarium & quando non.*

58. *Instrumenta ex remotis producti scriptor præsumitur Notarius.*
60. *In dubio inducit possessio lõgi tẽporis præsumptionem.*
61. *Qui modi probãdi quem Notariũ, sint frequentiores.*
62. *Forma positionum ad recognoscendum instrumentũ.*
63. *Quomodo deponent testes super factis positionibus.*
64. *Sigillum etiam per comparationem probari potest.*
65. *Qualiter respõdebit testis ad positionem, quoad personam Notariĭ.*
66. *Testes super huiusmodi positionibus possunt palàm examinari.*
67. *Instrumento ex remotis partibus producto creditur absque recognitione.*
68. *De potestate Principis disputare non licet.*
69. *De scientia principis disputare licitum.*
70. *Rescripta principis habent clausulam.* Si preces veritate nitantur.
71. *Sub & obreptitiè impetrare quid sit.*
72. *Priuilegium per falsi suggestionem & veri suppressionem impetratum, vitiatum.*
73. *Rescriptum lite pendente impetratum non valet.*
74. *Confirmatorium non valet, nisi ostenso principali.*
75. *Priuilegium personæ datum perit, secus si loco.*
76. *Super dubio priuilegĭ recurritur ad concedentem.*
77. *Quando ob cessantem causam cesset priuilegium remissuè.*
78. *Veniens contra priuilegium, aut non vtens decem annis, abutens, perdit illud.* (perditur.
79. *Propter delictum aut enorme damnum priuilegium*
80. *Principe iudicante contra, aut aliud concedente, aut reuocante, tollitur priuilegium.*
81. *Quando nudis, vel generalibus verbis contradicatur productis.*

1. ACCEPTA itaque instrumentorum productorum copia, & termino eadem impugnandi, primò omnium perlegat ea opponens, & diligenter consideret, quis contraxerit, quis stipulatus fuerit, quid & cui, & an ibi, vel alij, & an adsit, qui hoc potuerit, &c. vt per Specul. *tit. de instrum. edit. §. instrumentum in princ.* Item videat & consideret, vtrum in instrumento sit rasura, vel innouatio prioris figuræ & maximè in loco suspecto quoniam sic impugnari poterit, & poterit hac vel simili forma, contra producta obijcere.

2. *Forma impugnandi producta.*

PROCVRATOR & eo nomine egregij viri Titij huius causæ rei, excipiendo contra omnia & singula acta, literas, instrumenta, & munimenta pro parte Sempronij ciuis Louanensis producta, aliasque ad omnes fines & effectus, sibi & parti suæ magis vtiles & prodesse valentes. dat. facit, & exhibet exceptiones & articulos infrascriptos, quos & quas ad respondendum, & in euentum negationis ad probandum, admitti petit, citra tamen onus alicuius superfluę probationis, de quo protestatur.

Et in primis protestatur, si quæ sint aut contineantur in dictis literis, instrumentis, & munimentis, quę faciant seu facere possint, aut videantur pro dicto Titio & contra Sempronium, illa in ea parte duntaxat non impugnat, nec impugnare intendit. Quinimo illa expresse acceptat, tacitem per modum tacitæ confessionis. Quatenus verò pro dicto Sempronio & contra dictum Titium faciant, seu facere possint, aut videantur, illum euentum contra eadem excipiendo

& articulat, quod dicta prætensa instrumenta, acta & munimenta, fuerunt & sunt nullius roboris, vel efficaciæ, falsa, rasa, & in pluribus locis suspectis cancellata, solemnitatibus requisitis carentia, ac alias talia, quod illis in iudicio vel extra non est aliqua fides adhibenda. I. II. III. IIII.

Specialius vero contra huiusmodi producta, & primò contra assertum instrumentum emptionis, pro parte dicti Sempronij exhibitum sed protestatione præmissa excipiendo, dicit quod dictum instrumentum fuit & est cancellatum, & rasum, in eo loco, vbi fit mentio de fundo vendito precio cẽtum florenorũm, hæ enim dictiones (precio centum florenorum) suppositiciæ sunt, & in locum aliarum dictionum deletarum, dissimilibus characteribus asscriptæ. V.

Tertiò verum, quod assertus Sabinus, qui rogatus prætensum instrumentum conscripsisse dicitur, non fuit, nec est Tabellio publicus, aut talis cuius instrumentis tanquam publicis, in iudicio vel extra, fides deberet adhiberi. VI.

Quartò ponit verum, quod assertum priuilegium pro parte eiusdem Sempronij exhibitum fuit & est surrepticiè, & obrepticiè tacita veritate, & expressa falsitate per dolum, & fraudem à sacratissima Cæsaria maiestate, siue Romanorum Imperatore impetratum, & obtentum, & tali veritate tacita, quæ si expressa, & tali falsitate expressa, quæ si tacita fuisset, prædictus Sempronius, dictum priuilegium nullo modo obtinuisset. VII. VIII.

Vltimò ponit & articulat, quod præmissa & singula sunt vera, &c. Adde Quomodo hic termin⁹ in Curijs Colon. obseruetur, *suprà. Tit. VII. nu. 29.*

Falsa.

3. Falsa. Falsitas quidem instrumentorum o-
*Forma explicatio.* bijci potest, *vt in l. 2. & 3. C. de fide instrum. & in c. inter dilectos. ext. eod. tit.* Sed tamen non facile ad hanc exceptionem decurrendum est, quia ea res multis respectibus est periculosa valdè, *secund. Io. Pet. de Ferrar. in tit. de for. oppo. con. instrum. in princ.*

4. Quando tamen contra instrumentum de fallsitate excipitur, à quo exigenda sit probatio, requirendum est iudici, vtrum instrumentum, quod producitur prima facie suspectum sit, puta, cancellatum, corrasum, aut à Tabellione aliàs mendacij conuicto, descriptum, vt tunc producens probet rei veritatem, *l. iubemus. C. de probat.* an verò nulla ex parte suspectum videri possit, vt magis debeat excipiens probare fallsitatem, *l. si scriptum. C. de probat. l. qui accusare. C. de edend.* vide *Spec. tit. de probat. §. probari autem debent. vers. sed pone eccepeto & ibi Io. And. in addit.*

5. Probari autem potest fallsitas instrumento in modum exceptionis obiecta, per testes, *gl. vlt. in c. tertio loco. ext. de probat. l. optimam. in fine. C. de contrall. & com. stipul. c. cum Iohannes ext. de fide instrument.* Quocirca quæritur quot testes requirantur, vt instrumenti fides improbetur? Et summatim dicimus, aut vnus testis contradicit, aut plures, si vnus, subdistingue, aut is instrumento inscriptus est, aut non est. Si quidem

6. dem inscriptus est, non improbat instrumentum si supernumerarius. (Adde *Menoch. de arbit. Iud. 2. casu 95. num. 11.* vbi ita communiter teneri testatur.) Si verò numerarius est, & de illis qui in instrumento requiruntur, tunc reddit instrumentum suspectum, ita vt fidem non faciat, *l. §. vlt. ff. quemad. testam. aper.* Vnus autem testis in-

mento non inſcriptus non reprobat inſtrumentum, *ſecund. Io. Calderi. & Io. de Imol. in c. cum Iohannes. ext. de fide inſtrum.* Quando autem plures teſtes contradicunt inſtrumento, diſtingue iterum aut inſtrumẽto inſcripti ſunt, aut non ſunt. Si deſcripti ſunt, tunc ſi dicant ſe non interfuiſſe contractui, ſiquidem ſupernumerarij ſint, præiudicant inſtrumento, ſi numerarij etiam duo reprobant inſtrumentum. Quia (vt diximus) etiam vnus numerarius inſtrumento præiudicat multò igitur magis duo, niſi tamen per alios probetur iſtos cõtractui interfuiſſe, de quo vide Bart. *in d. l. 1. §. quemad. teſtam. aper.* Si verò teſtes deſcripti dicant, ſe quidem cõtractui interfuiſſe, ſed negotium aliter geſtum, tunc per duos reprobatur inſtrumentum, niſi coadiuuetur per alios in illo deſcriptos, viua voce deponentes, vera eſſe quæ in inſtrumento continentur, modo tamen tot ſint teſtes, quot in illo actu vel contractu requiruntur. Quo ſit vt ſi ex quinq; teſtibus in codicillo deſcriptis, duo contradicant, alij vero tres pro codicillo deponant, codicillus ſuſtineri non poſsit, quia tres duntaxat teſtes reliqui ſunt qui in codicillo non ſufficiunt, oportet ergò quinq; pro codicillo deponere. Idem iudicium eſt de cæteris ſimilibus, *Bart. in d. l. 1. §. 1. ff. quemad. teſtam. aper. Io. Calderi & Io. de Imol. in d. c. cum Io. annes ext. de fide inſtrum.* (Adde Quod in hoc nonnulli diſcordent, contrarium ſequentes, quare tutius eſt arbitrio iudicis relinquere, an huiuſmodi teſtes calumniosè potius, quam verè contradicant, *Menoch. lib. 2. de arbit. Iud. caſ. 105. num. 17. & ſeqq* C. M.) 8.

Si denique teſtes deſcripti afferant, ſe non recordari de contentis in inſtrumento, propterea non 9.

10.

censetur instrumentum vitiatum, *Io. Calderi & Io. de Imol. vbi supra. fac. gloss. in l. 2. §. sed etsi dubitetur ff. de iudicib.* Potiremò si testes in instrumento descripti non sunt, tunc secundum crebriorem opinionem, duo testes sufficiunt ad reprobandum instrumentum, nisi coadiuuetur per testes in eo descriptos, viua voce deponentes, arbitrabitur tamen iudex personarum qualitate inspecta, cui magis credi debeat. Nam si Notarius homo probus, & bonæ famæ sit, nec instrumentum suspectum appareat, & testes contra illud deponentes viles sint, creditur potius instrumento, si contra si Notorius sit homo non admodum probus, vel instrumentum suspectum, testes verò contra illud deponentes sint omni exceptione maiores, tunc potius testibus habebitur fides, *secund. Bartolum. in d. l. 1. §. 1.* (ADDE, *Menoch. d. cas. 105. num. 41. Mynsing. Cent. 4. obs. 29. Zasium lib. 2. sing. respons. cap. 23. per tot. Richard. in l. in exercendis C. de fide instrum. Covarruvium pract. quæst. cap. 20. num. 1. & lib. 2. var resolut. cap 1. num. 11. Nicol. Antho. Gravet. ad Vell. lib. 6. rep. 1. num 23.* Christophor Wingler.)

11.

12. Fit præterea secundum, quod is vtatur falso instrumento, ita demum tenetur de falso, qui ab vsu non abstinent, *l. si falsò. & ibi gloss. ff. de fals.* Si is quàm primum exprimat, falsum instrumento nolle vti, liberatur à pœna falsi, & instrumentum caret effectu, *l. si aduersus. & ibi Doct. C. de fide instrum.* & eandem esse secund. Barto. *in l. Primo. ff. de fals.* quod instante parte præfigatur prodenti terminus ad declarandum, verum tali instrumento vti velit, an non, & eo termino adempto tenetur hoc declarare, *per d. l. 1. §. 1. & ibi d. l. si falsum. 2.* (ADDE Quod is tantum

13.

putet hoc moditum releuare, nisi doceatur quod de falsitate fuerit instructus. Christophorus Winzler. 14.
Et nota quod cum quis producit instrumentum cum protestatione, quod non intendit illo vti, si falsum reperiatur, si aduersarius apud acta dicat illud falsum esse, & exprimat causas falsitatis, nisi producens desistat ab vsu dicti instrumenti, non excusabitur à pœna falsi, non obstante dicta sua protestatione, nam ex quo certior factus fuit, & instrumentum reperitur falsum, negari non potest, quin non desistendo fuerit in dolo, & ergò tenetur, *arg. d.l. si aduersarius. & l. si falsos & ibi not.*

Solennitatibus requisitis carentia, &c. 11.
Quæ ad solennitatem instrumẽti requirantur recensentur per auth. *vt præpo. nom. Imper. §. 1. col. 5.* (Adde de his omnibus solennitatibus plenè *Conar. pract. quæst. cap. 20. per tot.*) Primò enim requiritur inuocatio diuini nominis, puta In nomine 15.
domini amen. *d. auth. vt præpon. nom. Imper. §. nos enim & ibi gloss. verbi auctore col. 5.* Hoctamen vult Spec. *titulo de instrument. edit. §. breuiter. in princ. & Io. Fab. in princ. proœm. num. 1. institution.* locum habere in arduis, perpetuisque instrumentis. In minoribus autem, & intra breue tempus duraturis, & in publicationib⁹ actorum iudicialium, dempta sententia diffinitiua, putat omitti posse, inchoando sic instrumentum. Anno Domini, &c. Panor. autem, *in c. 1. num. 3. ext. de fide instrument.* dicit, quod etiam in arduis & perpetuis instrumentis non probatur iure hoc omnino necessarium esse, ita, vt invocatione huiusmodi omissa, vitietur instrumentum, sed attenta consuetudine hodierna, quæ requirit, vt apponatur omni

instrumento

instrumento publico, posset dici instrumentum
16. publicum aliàs non valere. Quia circa instrumẽti solemnitatem, cõsuetudo loci in quo fit instrumentum maximè est attendenda, *vt not. in d. auth. vt præpon. nom. Imp. §. si qua. in c. cum dilectus. ext. de fide instrum. l. si prius §. rectè placuit. & ibi Bart. ff. de*
17. *aqua plu. arcen.* Secundò continere debet annos domini, *dict. gl. verbi auctore gl. verbi. indictionis in c. inter dilectos ext. de fide instrum. Spec. d. tit. de instrum. edit. & §. in princ. Panor. in d. c. 1. ext. de fide instrum.*
18. Supputatur autem annus domini. ADDE Plenè de huiusmodi computatione Couar. *var. resolut. lib. 1. cap. 12. per tot.* Habet autem annus dies 365. *l. cum hæres. 4. §. stubus si hæres ff. de statulib.* quibus vnus dies quarto quoque anno intercalatur, vnde annus bisextilis in quo bis venit sexta Calendas Februarij quæ loco vnius diei reputatur, *l. cum bis sexto 98. ff. de verb. signif.* & hoc ad cursum solis apud Romanos primo Iul. Cæsar constituit authore Suetonio in eius vita, *cap. 40.* & totus ferè terrarum orbis in hunc vsque diem retinuit, Couar. *lib. 4. var. resolut. cap. 18. Myusing. Cent. 6. obs. 40. num. 18.* Mensis vero quot dies habeat, docet Calendarium & plenè *Menoch. de arbit. Iud. lib. 2. cas. 50.*
C.ℳ. Secundum stylum Cancellariæ & Came-
19. ræ Apostolicæ ab incarnatione, hoc est à die annunciationis deiparæ virginis, quæ est vicesima quinta mensis Martij. Ideoque in diplomatibus scribitur, Datũ Romæ anno ab incarnatione, &c. secundum stylum vero causarum palatij apostolici, annus à natiuitate domini computatur, *dom. de rota. decis. 50. in no.* Gallia autem annum à resur-
20. rectione domini inchoat. Nos verò quemadmodum principium anni tribuimus Natiuitati Seruatoris nostri Iesu Christi ita ab illo die. (Et hoc in Cancellaria nostra Colonienſi, alias communiter non tam

non tam ab ipſa die, quam octava ipſius & calendis Ianuarij, quod & Aſtrologis magis convenit, *Covar. libr. 1. var. reſolut cap 12. num. 1.* C. Wintzler.) ſupputamus annum, vnde ſequitur Notarius conſuetudinem ejus loci, in quo conficit inſtrumẽtum. Tertiò ad ſolemnitatem inſtrumenti requiritur Indictio, de qua vide Specul. *vbi ſuprà & d. gl. verbi indictionis, in c. inter dilectos. ext. de fide inſtrument.* ADDE, Ex quibus etiam cognoſces, quid ſit indictio & quomodo computanda, ad cujus cognitionem recitant hos verſus. 21.

Si per quindenos domini diviſeris annos,
Et tribus adjunctis indictio certa notatur,
Si nihil accedit, quindena indictio currit.
*Quibus adde.*
Cũ venit october nova fit indictio ſemper.

(Vide vlteriº ſi placet Covar. *d. cap. 12. nu. 5. & 6.* C. W.) Quartò continere debet inſtrumentum menſem & diem actus, *gl. verb. eo die in §. item verborum. Inſtit. de inutil. ſtipul. Angel. in l. optimam. C. de contrah. & com. ſtipul. plenius Baldus. in l. cum taberna §. idem quæſit ff. de pignor.* & nota, quod quando inſtrumentum extenditur, non debere diem conſcriptionis, & extenſionis, ſed rogationis ſeu cõtractus initi inſcribi, *Domi. in c. vt officium. §. ad conſcribendas. in fine de hæret. libr. 6.* Quintò ad ſolemnitatem inſtrumenti requiritur nomen Imperatoris, vel Papę, vel Regis illius loci, & quod dicitur de Papa & Rege intellige in loco, in quo Papa vel Rex jura imperij habet *ſecund. Panorm. in d. c. 1. ext. de fide inſtrum.* vtile etiam fuerit addere nomen vtriuſque & diem coronationis, ſeu annum Imperij vel Põtificatus, quod idẽ eſt, & hoc etiã eſt neceſſarium, *vt d. auth. vt præpon. nom. Imp. & Panormit. vbi ſuprà.* 22. 23. 24.

Nomen autem consulis de consuetudine non ap-
25. ponitur. *Panormit d. c. 1.* Sextò post seriem facti, ad finem poni debet locus contractus initi *c. quoniam, ibi, loco de signando. ext. de probat. d. l. optimam. & ibi Cynus C. de contrab. & com. stip. c. abbate sanè. §. ex his. ext. de sent. & re iudic. libr. 6. vbi gl. verb. censeretur Io. And. & Doct. Specul d. titul. de instrument. edit. § postremo vers. quid si locus. & ibi Baldus. in addition.*
26. Quinimò & locus specialis exprimi debet *secundum Io. And. in d. c. abbate. in fine ferè Angel. in d. auth. vt præpon. nom. Imp. Barthol. in l. de pupillo §. qui nunciat ff. de no. oper. nunc. Lanfranc. in repetit. c. quoniam contra. in verb. instrumentorum productiones vers. quæro quæ requirantur. ext. de probatio.* nisi consuetudo habeat quod sufficiat generalis loci inscriptio, vti plenius notat. *Lup. in d. c. abbate sanè. & eodem loco*
27. *Dominicus §. præfatur. num. 11.* Septimò ad solemnitatem instrumenti requiruntur testes. Hi tamen licet instrumento inscribi debeant, non tamen opus est, vt instrumento publico subscribant, *gl. verbi adijciatur, in auth. de instrument. fid. & cautela, §. sed et si instrumenta col. 6.* Privatæ autem scripturæ se subscribere debent, *l. contractus §. 1. C. de fide instrument. l. scripturas. C. qui pot. in pig. hab. Io. And. in addit. ad Specul. titul. de instrument. edit. §. breviter*
28. *vers. post locum.* Præterea licet Tabelliones asscribere soleant, testes vocatos & rogatos fuisse, hoc tamen de jure necessarium non est. *l. ad fidem ff. de testib.* nisi in certis casibus juxta *gl. d. verbi adijciatur.* Primò in instrumento solutionis debiti in
29. scriptis contracti, & in cõfessione creditoris confitentis se recepisse tale debitum, oportet enim in hisce, vt testis rogatus fuerit *c. testes §. de his in gloss. verb. audie-*

Digitized by Google

*verb. audierunt, & verb. pro memoria 3. q. 9. l. teſtium cum auth. ſeqq. C. de teſtib. in auth. de teſtib. §. & licet col. 7.* Secundò in teſtamentis, *d. §. & licet. auth. rogati. C. de teſtib. l. hæredes §. vltim. ff. de teſtament. l. hac conſultiſſima. C. eodem.* Tertiò in matrimonio, *c. noſtrates 30. q. 5.* Quartò in divortio, *l. nullum ff. de divort.* ſed hos duos caſus aliqui non admittunt. (ADDITIO. Priorem enim *gl. ibidem verb. invitatis,* non ita verum credit.) Quintò vbi quis vult caute deponere ſine ſcriptura Tabellionis *vt in auth. de inſtrument. caut. & fid. § ſi quis igitur. auth. ſi quis vult. C. qui potior in pig. hab.* Sextò ſi depoſitarius vni ex hæredibus deponentis partem reddat pecuniæ depoſitæ, *l. 1. §. ſi pecunia in ſacculo. & §. ſi quis tabulas. ff. depoſ.* Septimò & generaliter quando per legem vel ſtatutum certus teſtium numerus exigitur, nam tunc ſecundum quoſdam, niſi rogati fuerint, nihil probant *gl. 1. in fine in l. nullum ff. de divort. & repud.* Quod ergo de conſuetudine 30.
ſemper ſcribitur teſtes rogatos fuiſſe, ad cautelam magis fit, quam ob juris neceſsitatem *ſecund. Spec. tit. de teſte §. 1. verſ. item quod non fuit rogatus.* Octavò poſt nomina teſtiū ponitur Tabellionis nomen & cognomē, & cujus authoritate ſit Notarius, hoc
modo. Et ego P. N. clericus Coloniēſis diocœſis, 31.
publicus ſacra Apoſtolica authoritate Notarius, quia pręmiſsis omnibus, &c. Et Notarius ſemper aſſcribere debet, ſe rogatū fuiſſe vt inſtrumentum cōficeret. Nā eo mortuo, vel rogationis memoriā nō habente, inſtrumētum nullius erit momenti. Si vero vivus memoriā rogationis haberet, dici poteſt ipſius ſolius teſtimonium ad hoc ſufficere, *arg. in auth. de tabel in princ. col. 4. & in auth. de inſtrum. caut. &*

*caut. & fide. §. ſi verò neque. col. 6. Vide Specul. titul. de inſtrument. edit. §. breviter. verſ. & nota. Panormit. in d. c. 1. num. 3. verſ. tertio modo. ext. de fide inſtrument.*

ADDITIO, Qui in dubio ipſum ſemper rogatum
32. præſumunt, & ſi hoc in ſubſcriptione non annotaverit, *Specul. & Panor. d. loc.* quibus adde *Capel. Tholoſ. deciſ.* 182. verùm crebrior Dd. opinio eſt in cõtrarium Notarium in dubio nõ præſumi rogatum, quæ intelligenda, quando ſcriptura aliqua à Notario ſcripta invenitur extra prothocollum, & manus ſua nullis coniecturis ſtabilita, quibus præſumi poſſet eum tanquam Notarium rogatum, ſed potius tanquam privatum ſcripſiſſe, quare ſi inibi teſtetur ſe pu-
33. blicaſſe, ſcripſiſſe, aut recepiſſe tanquam Notarium, aut adijciat hanc quotidianam clauſulam actum, &c. aut præſẽtibus teſtibus rogatus, &c. aut ſignum conſuetum ſui Notariatus apponat, his omnibus caſibus cenſebitur Notarius rogatus *Auffrer. d. deciſ. Tholoſ.* 182. prout hoc longius proſequitur *Menoch. lib. 2. præſumpt.* 81. *per tot.* cum non ſoleant Notarij inſtrumenta conficere niſi rogati, *vt ibid & lib. 6. præſumpt.* 14. *nu.* 17. & ea præſumantur, quæ conſueta ſunt interveniſſe *l. fin. C.*
34. *de fideiuſſ.* C. ℳ. Et nota ad hoc, vt Notarius inſtrumentum conficere poſsit, quatuor intercedere debere. Primum, quod rogetur. Secundũ, quod de perceptis ſenſu corporeo cõficiat inſtrumentum. Tertium, quod de permiſsis *l. iubemus 2. §. his Tabellionibus. C. de ſacroſ. eccleſ.* Quartum, quod adhibeat teſtes. *Baldus. in Rub. num. 15. C. de fide inſtrum.* Nonò & vltimo in fine omnium Notarius ſignum
35. ſuum ſolitum adſcribere debet, vt per illud evidentius, comparatio fieri poſsit, cum neceſſe fuerit, *Specul. vbi ſuprà verſ. in fine autem. gl. verbi oportet. in §. ſed etſi inſtrumenta. in auth. de inſtrument. caut. & fid. col 6. & vltima. Barthol. in proœmio. ff. verſ. ſecundò adverto.* inſtrumentum non valere, ſi non habeat ſig-

Digitized by Google

beat ſignum Notarij, quum de conſuetudine apponi ſoleat, cui aſſentit *Angel in auth de Tabel. col. 4. Panor. in c. 1. num. 3. verſ. decimò. in fine. ext. de fide inſtrument.* Quinimò *ſecund. Bald. in l. 1. num. 4. C. de no. eod. compon.* Tabellio mutans ſignum ſuum ſolitum, puniri poteſt de falſo, ad inſtar illius, qui nomen ſuum mutat, *adde Lanfranc. in repet. c. quoniam. in verb. inſtrumentorum productiones. verſ. pro prædicta tamen declaratione. ext. de probat.* Generaliter igitur ſi harum ſolemnitatum aliqua, in inſtrumento defecerit, vt quia annus domini, vel nomen Imperatoris, vel annus Imperij, indictio, dies, vel menſis, non eſt inſcriptus, inſtrumentum non carebit vitio, iuxta ſuperius dicta. Inſuper ſi Notarius non ſcripſerit ſolemnitates requiſitas in inſtrumento punitur de falſo, nec auditur aliquo modo probare volens errorem. Nam eo ipſo, quod omittit debitam & conſuetam ſolemnitatem, præſumptio juris & de jure eſt, quod ſcienter commiſerit falſum, caſus eſt in *l. iubemus in fine. C. de teſtamen. & ibi hoc tenet gl. vltima.* Addition. Et hæc eſt communis opinio, quam tamen cum Menoch. *lib. 2. de arbitrar. iud. caſ. 370. num. 4. & ſeq.* intelligerem, non quod ordinaria falſi pœna, ſed extraordinaria ſive arbitraria puniatur, ex quo ſaltem ſit in dolo præſumpto commiſsi falſi, qui pœnam ordinariam non meretur. Chriſtophorus Wintzler.

36.

37.

38.

Caveat igitur Tabellio, vt quando mulier cõtrahit, nè omittat, quin ſcribat, mulierem fuiſſe certiorem factam de beneficio Senatus conſulti Velleiani. Quia ſi mulier verò de beneficio illo certior facta fuerit, & illud in inſtrumento ſcriptum non ſit, punietur Notarius de falſo, arg. eorum quæ ibi *not. Angel. in d. l. iubemus.* Similiter ſi

39.

ſtatutum in cõtractu requirat decretum, vel conſenſum propinquorum, & revera decretum, vel conſenſus propinquorum intervenerit, ſi tamen id ſcriptum non ſit, punietur Notarius de falſo *ſecundum Lanfranc. in repetit. d. c quoniam. verb. inſtrumentorum productiones d. verſ. Item quæro pars. ext. de*
40. *probat.* Ad hæc, nota quod Notarius ſemper intelligitur rogatus, vt apponat clauſulas in ſimilibus contractibus apponi ſolitas, etiamſi à contrahentibus hoc dictum non fuerit, *l. vltim. in fine & ibi Baldus. C. de fide.us. Baldus. in l. huiuſmodi. & ibi Alex. ff. de leg. 1. Alex. de Imol. conſ. 27. num. 2. vol. 2. incip. In cauſa & lite. &c. Baldus. in l. ſi quis ſub conditione. in fine ff. de condit. inſtit. in l. ita demum. §. 1. ff. de arbit. & in Rub. ante finem. C. de revocan. his quæ in fraud. cred. & in l. 1. num. fine. ff. ſoluto. mat.* vbi
41. per hoc vult, quod Notarius in inſtrumento dotis debet apponere obligationem hypothecariam, etiamſi non ſit dictum à partibus, ex quo ſolet apponi in ſimilibus inſtrumentis *laſ. in l. vt liberis. num. 14. C. de collat.* ADDE. *Menoch. lib. 3. præſumpt. 43. num. 5.* Imò etiamſi non ex natura contractus veniat hypotheca, ſed conſuetudine Notarij, qui conſueuit, eam ſuis inſtrumentis apponere, habetur pro appoſita, cum cenſeatur de eo pro ſua peritia & conſuetudine rogatus, *Neguſant. de pignc. memb. 1. part. 3. num. 24.* Chriſtophorus Wintzler. *& Io. And. in addit. ad Specula. in titul. de inſtrument. edit. §. inſtrumentum verſ. quod ſi à contrahentibus.* aſ-
42. ſerit, quod Notarius ſimpliciter rogatus in contractu donationis vel venditionis, aut alio quo transfertur dominium, poteſt adijcere clauſulam precarij, vel conſtituti, putà, quod vendens, vel donans conſtituit ſe precario, vel ſimpliciter

poſsidere

posſidere pro emente vel donatario, quia id fieri conſuevit, & efficacius per hoc declaratur mens contrahentium. (ADDE *Ad idem Iaſo. in d. l. vt literis num. 14. C de collat. Felin. in c. ex literis. num. 12. ext. de fide inſtrument.* Chriſtophorus Winzler.) & hoc obtinet ſecundum eum, etiamſi non fuit adiectum, quod inſtrumentum conficeretur ad ſenſum ſapientis, quia hoc adiecto, poſſent etiam 43.
inconſueta ſuppleri, dummodò non ſint ſubſtantialia, vel eſſentialia, nam illa à principio ſic inſunt contractibus, vt ſine illis vitietur ſecundum eum. Per dictam autem clauſulam, ad ſenſum ſapientis, non eſt dubium, quin conſueta poſſent ſuppleri, iuxta *not. per gloſſ. & Dd. in l. ſi mandato. Tityj. §. vltimo. ff. mandat.* vbi de ea clauſula tractat. *gloſſ. & Barthol. & alij Dd. in l. illa inſtitutio. ff. de hæred. inſtitutio. gloſſ. & Doctor. in l. ex ea parte. in princip. ff. de verb. obligat. Speculat. in titul. de empt. & vend. §. 1. verſ. ſed quid ſi in inſtrumento, & in titulo de inſtrument. edit. §. inſtrumentum verſ. quid ſi à contrahentibus.* Facit quod contractus ſimpliciter celebrati, intelliguntur celebrati prout conſueverunt, celebrari in illo loco, *l. quod ſi nolit. §. quia aßidua ff. de edilit. edict. l. excepto cum gloſſ. vltim. C. loca. l. ſi prius §. rectè placuit, ff. de aqua plu. arct. Bart. in l. nemo eſt qui neſciat ff. de duob. reis. Panor. in c. cum M. Ferrar. num. 5. de conſtit.* Vndè ſecund. *Bald. in l. 1. quæſt 2. quæ eſt num. 4. C. pro ſoc.* ſi ita conſuetum eſt fieri, intelligitur tacitè actum in cõtractu. 44.
Quia per cõſuetudinem tacitè pactum induci videtur, *l. licet. C. loca.* Sic & illud præſumitur factũ, 45.
quod fieri conſuevit in loco *Bald. in l. incendiũ circa finem. C. ſi cert. pet. per d. l. quod ſi nolit. §. quia aßidua.*

III. 46. Ac aliàs talia quod illis, &c. Instrumentum nullam meretur fidem. Primò si non contineat causam debendi, scilicet ex mutuo, depositio, vel alia de causa, *c. si cautio. ext. de fide instrum. l. cum de indebito. in fine ff. de probat.* Secundò si præter Tabellionem nõ sunt duo testes inscripti, *c. 1. ext. de procur. In auth. de Instrument. caut. & fid. §. si quis. §. sed & si quis. & §. sed etsi instrumenta. col. 6.* Tertiò si contineat repugnantia, *arg. l. vbi repugnantia. ff. de reg. iur. l. vbi duo. ff. de re iudic. c. in nostra. ext. de testib. & cæt.*

IIII. 47. Assertum instrumentum, &c. Nomẽ hoc assertus a, um, nemo est practicorum, qui in ore non habeat, quando alicujus ab adversario adducti mentionem facit, quod approbare nõ vult, & fortè non omnino absurdè vt nota vit *Pract. Papiens. in form. respons. rei conventi, in verb. asserti libelli & Felin. in c. iuravit quidam. in princip. ext. de probat.* (Cui adde nomen prætensus a, um, quod Germanicè vertitur (vermeint) & frequentius in omnibus ferè exhibitis vsurpatur. Christophor. Wintzler.)

V. 48. Cãcellatum & rasum. Instrumentũ quod cancellatum, deletum, vel rasum apparet, suspectum est, *l. vlt. C. de edict. D. Ad. tol.* quocirca sciendum est, quod si rasura sit circa substãtiale instrumenti, putà, indictionem, annos domini & hujusmodi, tunc instrumentum totum falsum censeri, *Baldus. in l. si ex falsis, num. 14. C. de Transactionib.* (ADDE *Menoch. C. de adipisc. poss. remed. 4. num. 713. & seqq.* plenius *libr. 5. præsumpt. 21. per tot. Zuchard. ad d. l. fin. C. de edict. D. Adria tol. num. 331.* Christo. Wintzler.)

49. Aut rasura est in alia instrumenti parte, & tunc siquidem per non rasum datur fides raso, totum instrumẽtum fidem facit, *l. 1. ff. de his quæ in testam.*

delem.

Digitized by Google

*delent. gl. vlt. in c. cum venerabilis. & ibi Panor. in fine. ext. de relig. domi.* Felin. *in c. ex literis num. 14. ext. de fide inſtrum.* (Add e, Videlicet ſi ex pręcedentibus & ſubſequẽtibus plenus & apertus ſenſus colligi poſſit, *Bart. in l. fin. verſ. contra hoc, C. de edict. D. Adria. tol.* vbi eius pulchram addit rationem, ſi enim illud, quod omiſſum ex pręcedentibus & ſequentibus colligitur, *l. cum pater 79. §. cum imperfecta ff. de leg. 2. l. verbum volo.* 10. C. *de fideicom.* multo magis illud, quod eſt aliqualiter, coadiuuatur, *Menoch. d. loc. num. 721. Sapia. d. l. fin. num.* 80 C. ☞. Sin autem per non raſum non datur fides raſo, puta, quia eſt in loco ſuſpecto, in quo ſtatus ſeu punctus quæſtionis pendet, inſtrumentum nullius eſt momenti, *Bald. in d. l. vlt. C. de edict. D. Adria. tol.* (Add e Et ibidem Zuchard. *d. nu.* 331. quam diſtinctionem communiter probari teſtis eſt *Sapia ibidem.* C. ☞.) Præterea ſi alio falſitatis vitio inſtrumentum laborare comperiatur, an totum falſum dici debeat, videndum erit, vtrum in vno capitulo principali ſit, nam tunc vitiantur omnia connexa. Si verò ſit in vno capitulorum ſeparatorum vitium, quod eſt in vno, non inficit cœtera, Innoc. *in c. fraternitatis ext. de hæret. c. ſi eo tempore. de reſcript. lib. 6. Bald. in l. ſi ex falſis nu. 4. C. de tranſact. vide gl. 2. in c. ſi ad ſcripturas 9. dict. Spec. tit. de. inſtrum. edit. §. poſtremo. verſ. quid ſi aliquod inſtrumentum.* (Add e Menoch. *d. loc. num. 716. Zuchard. d. l. fin. num.* 332. ☞. Notandum etiam quod ſi Notarius qui raſit inſtrumentum, atteſtetur in fine inſtrumenti ſe illam raſuram in tali loco feciſſe, ceſſabit omnis ſuſpicio, *Bart. in l. ſi vnus in fin. C. de teſtam. l. 1. §. & ideò. & ibi idem Bartol. ff. de his quæ in teſtam. delent. Panor. in c. ex literis num. 3. verſ. vnum tamen tene. ext. de fide inſtrum.* (Add e Menoch *d. loc. num. 723. Zuchard. d. l. fin. num.* 333. *& num.* 339. *& ſeq.*

50.

51.

52.

Idem etiamsi hanc atteſtationem non fecerit, ſi tamen eius manus appareat, Zuchard. *d. num.* 333. *& ſeqq.* niſi eſſet in loco multum ſuſpecto, *Sapia. ibid num.* 78. quod in dubitationem trahit, *Felin. in d. c. ex literis. num.* 14. *ext. de fide inſtrument.* quaſi in loco non ſuſpecto non ſit opus comparatione literarum aut Notarij approbatione, Certius tamen eſt omni caſu approbationem Notarij apponere propter multos, qui norunt quorumuis manus fingere ac imitari, quemadmodum de Nerone Imperat. fertur teſte Sichard. *in d. l. fin. num.* 24. C. *de edict. D. Adria. tol.* Chr. Wintzler. An autẽ cancellationis cauſam aſſcribere debeat vide per *Baldum in l. noſtram. C. de Teſtament. num.*

53. *2. & 3.* Parti autem non concedi corrigere vel cancellare inſtrumentum, quod ſi fecerit punitur, *ſecund. Panor. vbi ſupra.*

VI. Non fuit nec eſt Tabellio publicus, &c.

54. ADDE Hanc exceptionem ſolent frequenter opponere cauilloſi procuratores, ſecund. *Io Pet. de Ferrar. in ſua pract. ſer. oppo con. inſtrumen. verb. non fuit, nec eſt publicus, &c. in princ.* Chriſtophor. Wintzler. Debet ergo producens docere illum Notarium eſſe, alioqui inſtrumentum productum nihil probabit, vt dictum eſt ſupra, *ſub for. product. inſtrument.*

55. *in verb. ſuper recognitione.* Quocirca ſciendum eſt quem probari Notarium, primò per inſtrumentum creationis, vel per teſtes, qui creationi interfuerunt, ſecundum *Innoc. in c. 1. ext. de fide inſtrument.* Oportebit tamen caſu etiam conſtare, quod is, qui inſtrumentum illud conſcripſit, ſit Tabellio, quia talis non naſcitur, & ita hæc res in infinitum abibit, *ſecundum. Speculat. titulo. de inſtrument. edit. §. reſtat. videre verſ. illud autem notandum.* ADDE Niſi priuilegium inſertum & ſigillum creantis appoſitum haberet, hoc enim ſufficiet, *arg. c.*

*poſt ceſſi-*

*post cessionem ext de probat.* quod hodie fere videmus. Christ. Wintzler.) Secundò si per testes probetur, 56.
quod tempore confecti instrumẽti de quo contenditur, publica fama & opinione communi habebatur Notarius & Notariatus officio fungebatur, *arg. l. Barbarus Philippus ff de offic. præt. & ibi not. l. 2. in princip. ff. ad Maced. Panormitan. in c. innotuit. in fine. ext. de eo. qui furt. ord suscep.* Tertiò si apparent plura & diuersa instrumenta, per eundem inter personas diuersas confecta & conscripta esse, quæ rata manent, & sine contradictione ab omnibus tanquam publica recipiuntur & fidem faciunt, vti hæc tractat *Speculat. vbi supra.* Hic tamen animaduerte, quia *Speculat. titulo. de instrument. edit. §. restat vers. quid si is.* videtur his duobus postremis probandi modis contrarium sentire, ait enim communem errorem non potuisse facere Notarium, eum, qui non habuit pri- 57.
vilegium ab eo, qui potestatem habuit creandi Notarios, secus si priuilegium habuit, licet ex latenti vitio non potuerit esse Notarius, vt quia seruus iuxta, *d. l. Barbarius.* Quod præterea latius tractans *Io. And. in addit. ad Speculat. vers. & scias. in eodem. §.* concludit probari oportere officium Notariatus illi commissum fuisse, nec vsurpationem & possessionem officij releuare ab onere probandi, nisi forte instrumentum ex partibus remotioribus producatur.

ADDE Quando ex remota regione instrumentum 58.
producitur, habens debitas suas solemnitates, nec aliquod vitium visibile, ille, qui illud conscripsit, Notarius præsumitur, *Menoch. libro. 2. præsumpt. num. 10.* quem vide ad hæc multum vtiliter, quando quis Notarius præsumatur per tot. Christophor. Wintzler.

Sed pro

Sed pro concordia dicemus quod vbi cõſtat de
59. officij vſurpatione, vt quia iam apparet, eum non fuiſſe creatum Notarium, aut creatum ab eo, qui non habuit poteſtatem creãdi, tunc communem errorem, aut etiam ſuperioris patiẽtiam, vel ſententiam, illum Notariũ facere non potuiſſe, quia requiritur officij collatio ſeu creatio, *arg. l. Herennius Modeſtinus. ff. de decur. c. cum iamdudum. in fin. ext. de præb. & quod not. per gl. & Doct. in c. quia circa ext. de conſang. & affinit, & in clem. ſi ſummus. de ſent. excom.* (Adde *Marant. 2. part. 6. princ. act. 10. num.*
60. *17. alias 24.*) Quando verò duntaxat ambigitur de poteſtate, tunc verum eſt, quod ſi probetur longo tempore palã & publicè, in poſſeſsione officij Tabellionatus fuiſſe, hoc ſufficere vt onus probandi transferatur in aduerſarium. Nam ex poſſeſsione tanti temporis prẽſumitur titulum habuiſſe. Quum veriſimile non ſit, illum tanto tempore ſine titulo tolerari potuiſſe, *c. illud. in fine ext. de præſumpt.* ita videtur ſentire *Panor. in c. 1. num. 3. verſ. duodecimo requiritur. ext. de fide inſtrum.* (Adde *Couar. pract. quæſt. cap. 19. num. 8. in fine.*) Si enim contrarium dixerimus, futurum eſt, vt bona pars inſtrumẽtorum tempore intereat, quum ſubinde moriantur Notarij, & creationis inſtrumenta ſæpe
61. perdantur. Præſcripti ergo duo potiſſimi modi probandi, quem eſſe Notarium, frequentiores ſunt in praxi, vnde is qui inſtrumenta produxit, probaturus ſigillum eſſe authenticum, aut aliquem eſſe Notarium, hac vel ſimili forma, in facto ponere ſolet.

62. PONO in facto, quod ſigillum inſtrumento
*Poſitiones* exhibito appẽſum eſt illorum quorum inibi eſſe aſſeritur,

asseritur, nempè Schabinorum N. signum etiam sive subscriptionem illius esse, cujus in dicto instrumento esse dicitur, nempè Sabini, publici imperiali authoritate Notarij. Quodque idem Sabinus tempore confectionis instrumenti, ac ante & post fuit, & est Notarius publicus, fide dignus, probus, & vt talis habitus, tentus, nominatus, & reputatus, palam & publicè, ad eum quoque vt talem habitus fuit, & habetur communis hominum recursus. Instrumentis etiam per eum confectis, & subscriptis, sive signatis, in judicio & extra plena habetur fides, &c. *ad agnoscendum instrumentum.*

63. *Depositio testium.* Testes autem super his producti, jurati & interrogati, diligẽter prius inspecto sigillo, dicent, & quilibet eorũ dicet, agnosco hujusmodi sigillũ, & scio, quod sit illorũ, quorum inibi esse asseritur, videlicet Schabinorum oppidi N. quia sępius me præsente & vidente hujusmodi sigillo literas signarunt, &c. Et hoc quantum ad probationem sigilli attinet, quod etiã probari posset facta comparatione illius, cum similib⁹ sigillis, quibus indubitata fides adhibetur, *vide Panor. in c. quod super his. num. 4. ext. de fide instrument. Bart. Paul. de Cast. in l. si procuratorem. ff. de procur. in l. cum ab initio. & ibi gl. vltima. ff. quemadmod. testa. aper.* 64. Quod vero ad Notarium attinet, dicet testis, nosco illum, qui dicto instrumento subscripsit, & scio eum esse Notarium publicum, fidelem & probum, cujus instrumentis in iudicio & extra fides adhibetur. Quia vidi, quod ad eum, tanquam ad publicum, fidelem, & probum Notarium habeatur communis hominum recursus, vel quia vidi sæpè plura instrumenta eadem manu scripta, subscripta, & signata, 65.

Digitized by Google

& ſignata, quibus in iudicio & extra fides habita
66. fuit & habetur. Et nota de conſuetudine teſtes ſuper huiuſmodi recognitione palam, & vtraq; parte præſente poſſe deponere, & non obſtante quod pars didicerit teſtificata, poterit tamen po-
67. ſtea alios teſtes (ſi videatur) inducere. Illud etiam ſilentio prætereundum non eſt, quod inſtrumẽto ex remotioribus partibus producto, ſi nemo illi contradicat, plena fides adhibetur, cum nulla parte videatur vitiatum, modo producens homo probus ſit. *Speculat. titul. de inſtrument. edit. §. reſtat. videre. verſ. ſed quid ſi producatur. & Io. And. ibidem. in addit. in verſ & ſcias. Guil. de Cuneo. in l. comparationes. C. de fide inſtrument.* (ADDE *Lanfranc. d. c. quoniam. verb. inſtrument. product.* Vſque adeò vt non ſit opus recognoſcere manus & ſigilla, cum adhoc teſtes difficulter haberi poſsint, *Octauia. Veſt. in ſua praxi Rom. lib. 6. cap. 1. num. 9. ſupra titulo. 36. num. pen. & hoc eod. tit. num. 58.* Chriſt. Wintzler.

VII. Surreptitiè & obreptitiè. Tametſi de po-
68. teſtate principis, in his, quæ ſpectant ad ſuam iurisdictionem diſputare non liceat, *l. 1. & 2. & ibi Doctores. de crim. ſacrileg. & in c. literas. ext. de reſtit. ſpoliat. & l. vltim. C. ſi cont. ius vel vtil. pub.* De Prin-
69. cipis tamen ſcientia diſputare permiſſum eſt, interdum enim errat, *l. 3. in fine ff. de ſuppel. leg.* ſimiliter & de ipſius voluntate, *l. ex facto. ff. de vulg. & pupill.* (Adde eleganter, *Gail. lib. 1. obſ. 14. num. 6. lib. 2. obſ. 58. num. 7. & ſeqq.*) Et idcirco omnia mandata & reſcripta principis intelligi debent cum iuſticia, & ſaluo iure tertij. (ADDE Verba reſcripti potius improprianda, quam in præiudicium tertij accipienda, *Gail. lib. 2. obſ. 140. num. fin. Menoch. lib. 2. præſumpt. 9. per tot.* Chriſtoph. Wintzler.)

Quo fit,

Quo fit, vt quotidiè contra reſcripta principum, de ſub & obreptione opponi ſoleat, tum etiam quod in illis ſubintelligi debeat clauſula (ſi preces veritate nitantur,) *c. 2. c. ſuper literis. ext de reſcript. l. 2. & quaſi per tot. C. ſi cont. ius vel vtil. public. l. vltim. C. de diuerſ. reſcript.* Eſt autem ſurreptitiè impetrare, per mendacem narrationem aliquid extorquere, & quaſi furari, obreptitiè verò non falſa narrando, ſed quæ exprimere neceſſe erat, tacendo, aliquid impetrare. 70. 71.

Tacita veritate & expreſſa falſitate, &c. VIII.

Vitiatur priuilegium ſi per falſi ſuggeſtionem & veri ſuppreſsionem ſit impetratum, *c. 2. de confir. vtil. & inutil. l. præſcriptione. C. ſi cont. ius vel vtil. public. l. 1. ff. de natal. reſtitution.* diſtinguendum tamen eſt, an expreſſerit vel ſubticuerit impetrans talia, quibus expreſsis vel ſubticitis, nihilominus obtinuiſſet, aut non, vt in *c. ſuper literis. ext. de reſcript.* vbi breuitatis cauſa vide. Adde *Gail. d. obſeruat. 14. num. 4. & ſeqq. libr. 1.* Poteſt præterea & ob alias cauſſas impugnare priuilegium. 72.

Primò quod impetratum ſit lite pendente, non facta litis mentione, *c. vlt. ext. vt lite pend. c. dudum. ext. de priuileg. c. cauſſam. 2. & ibi gloſſ. verbi nouiter. 2. de teſtibus. c. inter monaſterium. ext. de ſentent. & re iudic. tot. titulo. C. vt lite pendente, vel poſt prouoc. aut ſentent &c.* 73.

Secundo quod ſit alterius confirmatiuum, non enim valet niſi oſtendatur principalis conceſsio, *Auth. ſi quis in aliquo. C. de edend. l. cum principale. ff. de reg. Iuris.* (Adde *Gail. libr. 2. obſeruat. 1. num. 15.*) quod intellige ſecund. Speculat. titul. de inſtrum. edit. *§. nunc autem videndum. verſic. 1. & ibi addit.* niſi in confirma- 74.

confirmatione priuilegium confirmatum est in-
sertum, *c. in Synodo. 63. dist. c. penult. vbi gl. verb. in-*
75. *sertus. ext. de confir. vtil. vel inutil.* Tertiò quod est
concessum personę, non loco, in hoc enim mag-
na est differentia: si enim personæ datum sit, non
excedit vitam personæ, si datum est loco, perpe-
tuum est. *c. mandata. ext. de præsumpt. c. petijsti. 7. q.*
76. *1. c. cum venissent. ext. de instit. c. 2. 3. & per tot. 25. q. 2.*
Si vero dubium est, recurrendum est ad conce-
dentem, *l. Notarius ff. de reg. Iur. c. cum venisset. ext.*
*de iudic. c. 1. & 2. ff. de confir. vtil. & inutil.* (ADDE,
Id esse verum, quoties concernit ius Principis con-
cedentis. Si vero ius alterius concernat, tunc etiam
cognitio ordinarij est. *Gail lib. 1. obs. 1. num. 13.* C. W.
Si tamen concessor haberi non potest, statur pri-
uilegio, veluti loco cõcesso, nisi aduersarius con-
trarium per testes ostendat, *l. beneficium. ff. de con-*
77. *stit. princ. Spec. d. §. nunc autem videndum § Item quod*
*fuit concessum.* Quartò quod fuerat ob causam cõ-
cessum, quæ cessat, & considera, causa sublit vel
non, & vtrum fuit causa finalis, vel impulsiua, de
quo vide *l. generaliter. C. de Episc. & Cler. l. 1. §. ori-*
78. *go ff. de postul.* Quintò quod priuilegiatus perdi-
derit priuilegium, quod multis modis fit. Primò
si fecerit contra priuilegium, *c. pro illorum. ext. de*
*præbend. c. cum accessissent in fine & ibi gl. ext. de constit.*
*c. si de terra. c. accedentibus. ext. de priuileg. l. C. de iure*
*domi. impet.* (ADDE, *Gail. lib. 2. obs. 60. num. 10. & seq.*
huius plures declarationes vide apud Menoch. *lib. 6.*
*præsumpt. 41.* C. W.) Secundò si illo non sit vsus
decem annis, *l. ff. de nundi. not. in c. ad audientiam 2.*
*ext. de rescript.* (ADDE, Nisi ob non euenientem ca-
sum vti non potuerit, tunc enim etiam per tempus
immemoriale non amittitur, secundum communem
Dd. conclusionem teste. *Gail. d. obs. nu. 2. & seq.* C. W.

Tertiò

Digitized by Google

Tertiò si privilegio abutatur *c. privilegium 11. q. 3. c. vbi ista 74. distinct. §. oportebit. in auth. vt iudic. sine quo. suffrag. col. 2.* Quartò si propter delictum se fecerit indignum *l. filio. §. 1. ff. de ritu. nupt. l. 1. C. vbi senat. vel clariss. c. ad aures. c. in quibusdam. ext. de pœn.* Quintò si ex privilegio damnum enorme inferat alicui *c. dilecti filij. cum c. seqq. ext. de deci. c. quid per nouale. ext. de verb. significat.* Adde, *gl. in l. 3. C. vnde vi. Gail. libr. 2. obser. 1. num. 14. & obser. 58. num. 4. & libr. 1. obs. 14. num. fin.*) Sextò si princeps scienter contra privilegium judicaverit *c. suborta. in fine. ext. de sent. & re iudic.* Septimò si privilegio verbo vel facto renunciaverit, *l. si quis in conscribendo. C. de pact. l. recusare. ff. ad Senatus cons. Trebel. l. 1. §. assignare. ff. de assignan. libert.* Octavò si posterius privilegium deroget priori *vt notat. in c. 1. ext. de rescript.* Nonò si condens privilegium expressè revocaverit *c. suggestum. ext. de deci. fac. l. iudicium soluitur. ff. de iudic. vide Speculat. d. §. nunc autem videndum.* Nota quod si in termino producendi omnia, nihil facto producatur, sed solum munimentorum repetitio verbo fiat vel si contra producta nulla exceptio nominatim competat, tum partes dicendo generalia contra producta alterutrius, si quæ sint, solere obtinere terminum ad declarandum hinc inde, vide *supra Titul. 7. num. 29.*

79. 80. 81.

# De concluſione cauſæ.

# TITVLVS XXXIX.

1. *Quando & quibus in cauſis terminus ad declarandum eſt neceſſarius.*
2. *Terminus declarandi quare aſſignatur.*
3. *Hodie plerumque loco declarationum repetuntur acta.*
4. *Concluſio in quibus cauſis neceſſaria, in quibus non.*
5. *Concluſio eſt de iuſticia cauſæ, & ob eius omiſſionem poteſt appellari.*
6. *Concluſio cauſæ quæ ſit, & quando dicatur fieri.*
7. *Forma concluſionis cauſæ.*
8. *Iuramentum in ſupplementum probationis antè concluſionem peti debet.*
9. *An ſufficiat ad hoc clauſula generalis*, peto mihi ius & iuſticiam miniſtrari,&c.
10. *Defertur ei qui ſemiplenè probavit.*
11. *Quando teſtis non reddit rationem ſui dicti, non defertur hoc iuramentum.*
12. *Quando teſtes ſunt ſingulares, non defertur iuramentum.*
13. *Non defertur ei, qui non eſt omni exceptione maior.*
14. *An Spurio deferatur hoc iuramentum.*
15. *Quando teſtis non eſt omni exceptione maior, hoc iuramentum non defertur.*
16. *Vno deficiente ex pluribus requiſitis teſtibus non defertur hoc iuramentum.*
17. 29. *Vbi requiruntur exactiſſimæ, indubitatæ, & plenæ probationes, non defertur hoc iuramentum.*
18. *Eliſa ſemiplena probatione per præſumptionem, non defertur hoc iuramentum.*

19. *Quando*

Digitized by Google

19. *Quando allegatur pactum à natura contractus, non defertur hoc iuramentum.*
20. *Quando allegatur error Notarij, non defertur.*
21. *Facili ad iurandum non defertur iuramentum.*
22. *Quando ob defectum iustitiæ recurritur ad ecclesiasticum, non habet locum hoc iuramentum.*
23. *Vbi requiruntur probationes legitimæ non admittitur hoc iuramentum.*
24. *Qui fuit remissior in producendis plenioribus probationibus non habet hoc iuramentum.*
25. *Quando agitur ad interesse lucri, non obtinet hoc iuramentum.*
26. *Vbi probatio deducitur in conditionem, non defertur iuramentum.*
27. *In casu pluribus noto, non habet locū hoc iuramētum.*
28. *Contra præsumptionem consuetudinis, & vbi agitur an quis legitimus, & de rescindenda sententia, non obtinet hoc iuramentum.*
30. *Post terminum probandi per omne genus probationis non defertur hoc iuramentum.*
31. *Vbi petitur pœna conventionalis non defertur hoc iuramentum.*
32. *In causa criminali & famosa hoc iuramentum non defertur.*
33. *In causa civili magna non obtinet hoc iuramentum.*
34. *Causa dicitur magna vel parua pro qualitate personarum.*
35. *In causa matrimoniali, an, & quando deferatur hoc iuramentum in supplementum.*
36. *Iudex ante delationem cōsiderabit qualitatem causæ & personarum.*
37. *Iudex non concludet nisi partibus petentibus.*
38. *Altera parte adhuc aliquid allegare volente, Iudex*

*non concludet, sed ad hoc terminum statuet.*

39. *Quando iudex, partibus invitis, in causa concludere potest.*

40. *Quando, & in quibus causis iudex, possit cõclusionem rescindere, & quando non.*

41. *In ordinarijs non rescindit conclusionem, nisi summa æquitas postularit.*

42. *Conclusio consensu partium facta, etiam subsistente causa non rescinditur.*

43. *In summarijs tam ex iudicis officio, quam partium instantia conclusio revocatur.*

44. *In summarijs non requiritur conclusio.*

1. PRIVSQVAM ad conclusionem causæ deveniatur, terminus ad declarandum, si causa ex delegatione apostolica coram delegato judice agatur, eatenus necessarius est, vt si ob illius omissionem pars appellet, appellatio ex hoc ipso censeri debeat legitima in stylis palatij *Egid. de Bellemere, concluſ. rotæ 27.* In cœteris autem causis vix obſervatur, assignatur verò ideò, vt in eo vtra-
2. que partium, verbo vel in scriptis intentionem suam per probationes in iudicium deductas declaret, & ostendat. (Adde. *Henning. Goed. Rub. 24.*) quod respicit eam disputatiõnẽ & allegationem advocatorum, de qua tractat *Specul. in tit. de disput.*
3. *& allegat. advoc. per tot.* Verum quia ea disputatio & allegatio in plerisque curijs non obſervatur, quinimo & partes huic termino satis facientes ferè repetunt solum acta & actitata loco declarationum, & dicentes contra declarata alterutrius dicunt solum generalia. Ideo de hisce non duximus prolixius esse differendum, remittentes ad

*Specul.*

Digitized by Google

*Specul. titul. iam alleg.* sed ad conclusionem causæ procedendum, quæ testibus publicatis & instrumentis exhibitis, & postremò omnibus peractis, ad factum spectantibus, tandem inducitur vt ad sentẽtię prolationem properetur. Quocirca quæri potest, an causæ conclusio necessariò fieri debeat? Et respondemus in causis, in quibus sine figura iudicij proceditur conclusionem non esse necessariam, *vt in clem. vnica. & ibi gl. verb. conclusionem. de cauſ. poſſ. & prop. clem. ſæpe. de verb. ſignificat.* In causis verò iudiciorum figuram requirẽtibus, adeo quidem necessaria non est, vt conclusione omissa, sententia data sit nulla. (ADDE. *Gail. libr. 1. obſ. 107. in princ. Marant. part. 4. princ. diſt 9. num. 22. & ſeq. part. 2 6 part princ. act. 15 num. fin. Mynſ. cent. 3 obſ. 17.* C. 23.) sed ita vt si ea non facta procedatur ad sententiæ prolationẽ, licitè possit appellari. Est enim conclusio in istis causis de iusticia, non de substantia ordinis secundum *Panor. in c. cum dilectus. num. 1. ext. de fide inſtrumentorum. & in c. cum I. & A. num. 12. ext. de ſent. & re iud. Egid. de Bellemere cõclusione Rotæ. 277.* (ADDE Est autem conclusio nihil aliud, quam prę-clusio facultatis amplius producendi testes, vel instrumenta, *Caſtrenſ. in l. admonendi. num. 27. ff. de iureiur.* quæ fit, quando vtrunque probationibus & allegationibus renunciatur *Gail. d. obſ. 107. num. 3. Marant. d. act. 15. in princip. Mynſing. cent. 3. d. obſ. 17.* Christo. Wintzler.) Solet tamen conclusio rarius etiam in causis summarijs omitti. Et fieri solet sub hac vel simili formâ.

4. 5. 6. 7.

REPETO acta & actitata, dicta & depositiones testium, quatenus pro me faciant, & offero (si necesse sit) iuramentum in supplemẽtum probationis, ac peto per dominũ iudicẽ in causa concludi. *Forma cõclusionis.* I. II.

Et iudex petitioni huiuſmodi annuens ita pro-
III. nunciare ſolet. Nos in hac cauſa concludimus, reſervata tamen nobis poteſtate eandem concluſionem revocãdi, quoties nobis in poſterum placuerit, & videbitur expedire. (ADDITIO. Aliter etiam in cauſa concludi docet praxis & forma à Menochio *libr.1. de arbit. Iudic. quæſt.* 35. diverſis modis recitata. Chriſtophor. Wintzler.)

I. Iuramentum in ſupplementum proba-
*Formæ explicatio.* tionis,&c. Rectè,nam iuramenti iſtius delatio-
8. nem pars petere debet, *arg. l. 4. §. hoc autem iudicium. ff. de dam. infect.* & ante concluſionem cauſæ, poſtea verò hoc petere non poteſt, *ſecundum Bartol. in fine & alios in l. admonendi. ff. de iureiurando.* (ADDE Mynſing. cent.1. obſ.68. & hæc eſt communis opinio, quod ante cõcluſionem peti debeat, *Gail. libr.* 1 *obſer.* 108. *in princ.* Panormit. autem in *c. vltimo. §. vltim. in fine in ext. de iureiur.* tenet, quod iudex poſsit & debeat hoc iuramentum non petenti deferre, quaſi per clauſulam iſtam generalem, peto mihi ius & iuſtitiam, &c. hoc ſatis petatur. Idem Antho. de But. Alex. & Salyc. quos refert Gail. *d. obſer.* 108. vbi hanc æquiorem & in Camera approbatam aſſerit, probat & noviſsimè And. Fachineus *controver. cap.* 16. *& ſeq. lib.*1. Communis tamen opinio, eſt in contrarium, quod nè quidem in vim clauſulæ ſalutaris & huiuſmodi generalis petitionis poſsit hoc iuramẽtum deferre, niſi in ſpecie imploratus,plures in hãc partem citat eos ſequendo Maſcard. *de probat. concluſ.* 956. *num.*
10. 46. *& ſeqq.* C.W.) Defertur autem quando per vnum teſtem ſemiplenè probatum eſt, *c. ex inſinuatione, ext. de procur. l. in bonæ fidei, vbi gl. & Dd. C. de rebus cred.* Fallit tamẽ in multis caſibus, qui ex hiſce regulis capi poterunt. Primo, vbi teſtis nõ red-
11. dit rationem ſui dicti, etiam nõ interrogatus, non

poteſt

poteſt deferri hoc iuramentum, *Baldus in c. ſacramentum de conſuetud recti feudi in vſib. feud. Lod. Rom. d. l. admonendi. num. 78. & 82.* (ADDITIO. Quem & nonnullos alios refert Marant. *part. 2. 6. part. princip. act. 6. num. 14.*) Secundò quando teſtes ſunt 12.
ſingulares, non defertur iuramentum in ſupplementum probationis, *Bald. in l. de quibus num. 38. ff. de legib.* Nam quum teſtes diverſa deponunt, quæ non poſſunt ſimul eſſe vera, non poteſt motus iudicis magis cum dicto vnius quã alterius concurrere, atque ita ſcire non poteſt, iuxta cuius aſſertionem iuramentum in ſupplementum probationis deferre deberet. Secus ſi iudicis motus magis cum vno teſtium, quam cum reliquis concurrat, vt ſi vnus ex teſtibus ſingularibus præ cæteris ſit honeſtiſsimæ vitæ, ac optimæ exiſtimationis, tunc enim poterit iudex parti deferre iuramentum in ſupplementum probationis, *Paul. de Caſt. in d. l. admonendi.* (ADDITIO, Apud quem hoc invenire non potui, facit tamen quod tradit Cephal. *conſil. 418. num. 9. & 27. vol. 2.* quare arbitrio iudicis hoc relinquere tutius eſt, iuxta Caccialup. relatum à Maſcard. *de probat. concluſ. 956. num. 20.* Chriſto. Winzler.) Tertiò quando ille qui iurare deberet, talis eſt, 13.
qui non poteſt eſſe teſtis, vel non eſt omni exceptione maior, vt quia eſt infamis infamia facti, hoc iuramentum illi non defertur, *Barthol. in d. l. admonendi. verſ. venio. ad tertium, & Baldus in l. qui accuſare. numero. 2. C. de edend.* Quo fit vt ſpurio hoc 14.
iuramentum deferri non debeat, quum ſit infamis infamia facti, *ſecundum Azo. in ſum. titulo. de infam. & Baldus in l. bonæ fidei. C. de rebus creditis*
) ADDE. Quod Baldus ibidem non dicit, hoc iuramentum eſſe ſpurio generaliter & quandocunque

denegandum, ſed in cauſa, in qua diſputatur an quis ſit legitimus vel non, *infra num.* 28. quæ eſt gravioris præjudicij, quum illegitimus & ſpurius ſit infamis, vſque adeò vt etiam legitimatus apud graves & bonos viros infamis remaneat, cum legitimatio ſit ſimilis Alchimiæ, quæ facit apparere, quod non eſt, *Mynſing. cent. 4. obſ. 31.* Adfer tamen in hanc noſtri authoris deciſionem, Romanum. *d. l. admonendi. num. 84. Maſcard. de probatio. d. concluſ. 956. num. 10.* Veruntamen quia hæc infamia non ex proprijs ipſius moribus ſed culpa progenitorum, non videtur ei, ob eandem in alia quavis cauſa, hoc juramentum negandum per ea quæ tradit Covar. *pract. quæſt. cap. 19. num. 6.* & in terminis noſtris tenet Menochius *de arbit. Iudic. caſ. 464. num. 17. & ſeqq.* cum alijs ibidem relatis, Chriſt. Wintzler.

15. Quarta, quando teſtis non eſt omni exceptione major, non defertur hoc iuramentum, vt quia eſt affinis vel domeſticus, *Barthol. in d. l. admonendi. & Bald. in c. vlt. num. 2. ext. de iureiur. Pamorm. §. vltim. num. 12.* Nam per hujuſmodi teſtes non fit ſemiplena probatio, vt traditur, in *c. accedens. ext. vt lite non conteſt. & in l. etiam. C. de teſtib.* Quinta, quã-

16. do lex vel ſtatutum requirit certum numerum teſtium, ſi deficiat vnus non poteſt hoc iuramentum deferri, *Bartol. in l. 2. num. fin. C. de bonis poſſ. ſecund. tab. & Lod. Rom. num. 79. & Caſtren. in fine in d. l. admonendi.* (Adde Maſcard. *d. concluſ. 956. num. 16. & 19.*) Sexta, vbi lex vel ſtatutum in aliquo actu

17. ſub nomine ſuperlativo requirit probationes exactiſsimas vel pleniſsimas, vel alio ſimili caſu nomine ſuperlativo vtitur, non defertur hoc iuramentum, *gl. præſumptione. in l. vltim. ff. quod met. cauſ.* qua ratione in cauſa ſyndicatus non defertur hoc iuramentum *arg. l. 2. in fine. C. vbi de ratio. agi oport.* (ADDE. Aliam rationem ex Maſcard. *d. concluſ. 958. num. 28.* quod tunc ſtet præſumptio pro iudice quæ diminuat

diminuat ſemiplenam probationē. Chri. Wingler.) Septima quando lex vel ſtatutum exigit probationes liquidas vel indubitatas, non defertur hoc iuramentum, *Baldus in l. vltim. num. 1. C. de ſecundis nupt.* Octava, quando contra ſemiplenè probantem eſt aliqua præſumptio etiam leviſsima, hoc iuramentum non defertur, *gl. in l. 1. & ibi Barthol. Bald. & alij. C. qui & adverſ. quoſ.* (Adde Menoch. *lib. 1. de præſumpt. quæſt. 32. num. 4. & quæſt. 83. per tot. Mynſing. cent. 1. obſer. 68.*) Vnde ſi teſtimonium de auditu eſſet contra ſemiplenè probantem, non eſſet locus huic iuramento. Quoniam licet à jure repellatur tale teſtimonium, iuxta tradita in *l. teſtium. C. de teſtib.* tamen facit aliqualē præſumptionem, vt not Auth. de But. in *c. præterea. num. 4. ext. de teſtib.* Hac etiam ratione, quando allegatur aliquod pactum, quod eſt diverſum à natura contractus, & quod non ſolet apponi in ſimili contractu, iuramentum non poterit deferri facta ſemiplena probatione, *c. præterea. in titulo. quid ſit inveſtit. in vſib. feud. Bald. in titul. de cognit. recti feudi. c. ſacramentum. num. 13. in vſib. feud.* (Adde Maſcard. *d. concluſ. 956. num. 26.*) quia præſumptio eſt contra allegantem tale pactum, quoniam Notarius ſemper intelligitur eſſe rogatus ad conficiendum inſtrumentum pro natura ipſius contractus, *l. vltim. C. de fideiuſ.* Pari ratione quando allegatur error Notarij & probatur ſemiplenè, non poterit iſtud iuramentum deferri, *Bald. in l. imperator. num. 2. & ſeqq. ff. de ſtat. hom.* quia præſumptio eſt contra allegantem errorem, cum Notarius non præſumatur errare in his, quæ ſpectant ad officium ſuum, *arg. l. iubemus. C. de Teſtament.* (Adde Menoch. *d.*

18.

19.

20.

*quæſt. 83. num. 4. lib. 2. præſumpt. 79. per tot.*) Simili
21. ratione vbi quis facilis eſt ad iurandum, non defertur iuramentum, *Bald. in l. quæſub conditione ff. de condit. inſtitution.* Idem, vbi quis ſemel iurauit falſum, non defertur tali hoc iuramentum, *Lod. Roma. in d. l. admonendi. numero. 88. ff. de iureiuran.* (ADDITIO Etiamſi pœnitentiam egiſſet, *Mynſin. Cent. 3. obſ. 5.* & nè quidem ſuſpecto de periurio defertur, *Marant. dict. act 9. num. 6. & 15. part. 2. 6. part. prin.*
22. C. 23. Nona quando recurritur ad iudicem eccleſiaſticum propter defectum iuſticiæ iudicis ſecularis, non eſt locus huic iuramento, *Baldus in c. ſi quis per triginta. numer. 12. Si de feud. fuer controuerſ. in lib. feud.*
23. Decima, quando ſtatutum, lex, vel alia diſpoſitio requirit probationes legitimas, tunc ſemiplenè probanti non defertur hoc iusiurandum, quia iuramentum non eſt probatio legitima, *ſecund. gl. 1. in l. cum de indebito. & ibi Alber. ff. de probat. & gloſſ. verb. iurauerit. in l. ſemper §. officio ff. quod vi aut clam. Rom. d. l. admonendi. num.*
24. *80.* Vndecima, vbi ſemiplenè probans in exhibendis probationibus plenioribus remiſsior fuit, non habet locum hoc iuramentum, *Bald. in c. vlt. num. 26. ext. de iureiur.* Duodecima, quando
25. agitur ad intereſſe ratione lucri, requiritur plena probatio, nec poteſt iſtud iuramentum deferri. *Bald. in l. vnica. num 59. & ſeqq. C. de ſent. pro eo quod intereſt.* (Adde *Iaſ. in §. curare num. 59. Inſt. de actio.* vbi tamen dicit Bald. in hoc variaſſe.) Decimater-
26. tia, vbi probatio deducitur in conditionem, vt quia dicit ſtatutum, vel teſtamentum, vel reſcriptum, ſi probauerit, vel ſi probatum fuerit, nõ poteſt deferri hoc iuramentum, *Bart. in l. ait prætor.*

*§. ſi in-*

*§. si iudex, in fine ff. de re iud.* (Adde *Rom. d. l. admonendi num. 89. Mascard. d. conclus. 956. numero.. 45.*) quia conditio debet impleri in forma specifica, *l. qui hæredi in princ. l. Mœuius ff. de condit. & demonst.* Et iuramentum non est propriè probatio, vt dictum est supra. Decima quarta, quando probatur consuetudo vel notorium non potest deferri istud iuramentum, *Bald. in d. l. de quibus num. 38. ff. de legib.* Idem, quando probari debet communis vsus loquendi, vel intelligendi, quia ista talia sunt, quæ verisimiliter plures sciunt. Et vbi factum tale est, quod verisimiliter à pluribus scitur non defertur iuramentum in supplemẽtum probationis, *Bart. in l. admonendi d. vers. venio ad tertium ff. de iureiur. & Bald. in l. in bonæ fidei. C. de reb. cred. facit limitat. 11. supra.* (ADDITIO. Quia hoc iuramentum defertur ob inopiam probationum, vt ibi ex illa l. patet. Atqui in tali casu non est inopia probationis vbi plures testes habere possunt. Ergo, &c. C. ☞.) Decimaquinta, contra præsumptionem consuetudinis non defertur hoc iusiurandum, *§. præterea, quid sit inuest. & ibi Bald. num fin. in vsib. feud. Rom. d. l. admonendi num. 76.* Decimasexta, vbi ambigitur vtrùm quis sit filius legitimus, nec ne, non defertur hoc iusiurandum, *Bald. in d. l. in bonæ fidei. num. 1.* Decimaseptima, vbi agitur de rescindenda sententia istud iuramẽtum non habet locum, *l. vltimo. & ibi Baldus numer. 1. C. si minor se maio. dix.* Decima octaua, vbi lex vel statutum exigit plenam probationem, non est locus huic iuramento, *argumen. gloss. verb. plenè in c. 1. de election. lib. 6.* (ADDE. Roman. *d. l. admonendi numer.* 18. vbi tamen videtur hoc improbare, sed communiter Dd. d. gl. probarunt, *Mascard. alleg. conclus.* 956. *num.* 44. C. ☞.)

27.

28.

29.

Decima

30. Decima nona, vbi ſtatutus terminus ad probandum eſt, per omne genus probationum: tranſacto termino, non poterit deferri hoc iuramentum, *Baldus in d. c. vltimo. num. 25. ext. de iureiurando.* (ADDITIO, Secus ſi ſimpliciter ad probandum, cum juramentum non ſit vera ſpecies probationis, *Maſcard. d. concluſ. 656. num. 21.* Chriſtoph. Wintzler.)

31. Viceſima, vbi petitur pœna conventionalis non poteſt hoc iuramentum deferri, *gl. in l. vnica. C. de his quæ pœnæ nom.* Intellige verum ſi pœna magna ſit, non ſi modica. (ADDE Quo caſum rationem habet, quia quando agitur de magna ſumma non habet hoc iuramentum locum vt patet *infra limit.* 33. alias hanc deciſionem in allegata gl non inveni, ſed in Bald. *ibidem. num. 7.* qui hoc monet notandum, rationem aſsignans quod pœnæ debeant plenè & liquidè probari, ac proinde nō habere locum hoc iuramentum vt patet *ſupra limit. 6. & 7.* Chriſtoph. Wintzler.)

32. Viceſima prima, in cauſa criminali, non defertur hoc iuramentum in ſupplementum probationis, ſecundum omnes in *d. l. admonendi. ff. de iureiur. gl. & Bart. in l. 3. §. 1. ff. d. t. Bald. & alios in d. l. bonæ fidei.* (ADDE Gail. *d obſ.* 108. *num* 12. *lib.* 1. *de pace publ. cap.* 8. *num.* 13. *& lib.* 2. *cap.* 7. *num.* 12. ſi tamen plus quam ſemiplenè probatum eſſet, ex communi doctrina deferri poſſet, teſte Maſcard. *d. concluſ.* 956. *num.* 34. quod tamen in praxi non facile admittendum putat Clar. *in pract. criminali. §. final. quæſt.* 63 *nu.* 2. etiamſi de levi corporali pœna ageretur, vide Andream Fachin. *libro.* 1. *controverſ. iureiur. cap* 15. haſce & alias plures diverſas opiniones referentem. C. W.) Nam in cauſa criminali probationes luce clariores eſſe debent, *l. ſciant. C. de probatio.* Viceſima ſecunda, in cauſa famoſa non defertur hoc iuramentum, vt tradunt Panor. *num. 13. & alij Doct. in c. vltim. ext. de iureiur. Caſtrenſ. in d. l. admonendi, num. 2. & 17.* quò fit vt

quando

quando agitur de dolo, non debet deferri iſtud iuramentum, *Baldus. in l. 1. num. 6. C. qui & adverſ. quos gloſſ. in l. 3. §. 1. ff. de minor.* quia actio de dolo irrogat infamiam, *l. ſi ſuperſtite. & l. pen. C. de dolo.*

Viceſima tertia, in cauſa civili, in qua de omnibus bonis, ſive de magna ſumma controverſia eſt, iuramentum illud non defertur, *gl. in l. admonendi. ff. de iureiur. & gl. in d. l. in bonæ fidei Panorm. in c. fin. num. fin. per illum text. ext. de ſucceſſ. ab inteſt.* quia cauſa civilis magna æquiparatur criminali *l. propter litem ff. de excuſ. tut.* dicitur autem cauſa magna vel parua, inſpecta qualitate perſonarum, *ſecund. Bart. in d. l. admonendi. verſ. ſed eſt advertendum per l. ſed etſi ſuſceperit. §. ſi libertis. iuncta gl. ff. de iudic.* (Adde Mynſing. *cent. 1. obſ. 68.*) Et ſi in fine cauſæ non apparebit, vtrum cauſa magna ſit vel parua, iuramentum in ſuppleme̅tum probationis defertur, quia regula eſt, quod in omni cauſa deferatur, niſi appareat de caſu ſpeciali, *vt in d. l. in bonæ fidei. C. de reb. cred.* Viceſima quarta in cauſa matrimoniali & monachatus non defertur iſtud iuramentum, pro matrimonio verò & monachatu benè defertur iuramentum voluntarium & iudiciale. *gloſſ. Barthol. Bald. & Paul. de Caſtrenſ. in l. 3. §. 1. ff. de iureiur.* vide Panorm. *in c. mulieri. ext. eod. titulo.*

33.

34.

35.

(Adde Maſcard. *concluſ.* 1833. *num.* 5. *& ſeqq.* Covar. *de Sponſal.* 1. *part. cap.* 4. *§.* 1. *num.* 5. qui vult iuramentum ſuppletorium habenti ſemiplenam probationem à iudici deferri poſſe, habita interim conſideratione perſonarum, & hanc communem dicit. Idem Gail. *libro.* 2. *obſerv.* 94. *Auffrer deciſ. Capel. Tholoſ.* 107. quam intelligit Maſcard. *de probationib. concluſio* 1033. *num.* 5. quando plus quam ſemiplenè pro matrimonio probatum non contra. Chriſtophorus Winzler.)

Viceſima

36. Viceſima quinta, in cauſa beneficiali non defertur hoc iuramentum, *Bald. in d. l. in bonæ fide. nu. 1.* Sic ergò prius iudex ante delationem eiuſmodi iuramenti conſiderabit, inſpicietq; perſonam actoris & rei, ſi ſit aliàs honeſta vel non. Item perſonam teſtis inducti. Item modica ſit cauſa, aut magna. Nam pro qualitate perſonarum, actoris, vel Rei & teſtium defertur iuramentum huic vel alteri vel etiam nulli, vti ex ſupradictis licet colligere, & fuſius traditur, *in d. l. in bonæ fidei. l. admonendi. & c. vlt. de iureiur.*

11. Ac peto per dominum iudicem in cau-
37. ſa concludi, &c. Niſi partes vel altera illarum concludi petat, iudex cõcludere non debet. Imò laborare debet, vt cum partium conſenſu concludatur, aut alioqui ab illa concluſione appellari poſſet, ſi neutra partium concludi petijſſet,
38. *Dom. de Rota deciſ. 707 in antiq.* Vnde ſi vna partium in cauſa concludi petat, altera verò dicat ſe habere aliquid cauſæ ſuæ deſeruiens, quod proponat, & ideò cauſæ ſuæ concluſionem differendam eſſe, non poterit iudex ea inuita, in cauſa concludere, ſed tamẽ coget illam, vt intra tempus ſuo arbitrio ſtatuendum quicquid voluerit, proponat, vide *Auth. iubemus. C. de iudic.* vel poterit (vt ferè fit) in cauſa concludere, niſi pars illa intra tale tempus quicquam propoſuerit. Si verò iudex ſpretâ prædicta partis petitione in cauſa concluſerit, ex hoc cenſebitur pars grauata, & poterit
39. appellare, *Dom. de Rota deciſ. 763. in antiq.* Si tamen dilationes ſufficientes datæ eſſent & lapſæ, poteſt iudex partibus vel ipſarum altera inuita pronunciare, in cauſa concluſum eſſe & concludere,

*gl. verbi*

Digitized by Google

*gloss. verbi conclusione in clement. sæpè, de verbum significatio.*

Reseruata tamen nobis potestate, &c. III.

Si iudex huiusmodi potestatis reseruatione non facta in causa concluſisset, si quidem in causa, quæ iudicij figuram non requirit, conclusio facta, illa reuocari non poterit, præsertim ad petitionem partis, quæ eam fieri postulauit, nisi alleget causam probabilem, putà, quod testes vel instrumenta in promptu habeat. Si verò causa talis sit, quæ iudiciorum figuram requirit, nullo modo reuocanda erit conclusio, vt probat Egid. de Bellemere *conclus. rot. 55.* (Adde Plenius Marant. *part. 4. prine dist. 9. num. 28.* vbi magis communem opinionem dicit, iudicem posse ad fundandam intentionem partis in causis ordinarijs ex officio post conclusionem interrogationes instituere, non autem ad petitionem partis. *Gail. libro. 1. de pac. publ. cap. 18. num. 9.* & hoc vbicunque æquum fuerit *per l. vbicunque ff. de interrogat. act.* quod & non rarò practicari videmus. Etsi hoc eo casu duntaxat admittat Menochius *libro. 1. præsumpt. quæst. 62. num. 6. & libr. 2. de arbitrar. Iudic. cas. 51. numero 37.* quo summa æquitas subfuerit, aliàs non aliter iudici licere interrogare, nisi in eis, quæ declarationem exortæ dubitationis, & litis decisionem non respiciunt, longius quam alibi resoluendo in cõtrarium à Dd. allata exactissimè probat Idem Menoch. *de arbitrar. iudic. dict. cas. 51. à num. 18. vsque ad finem,* & hęc opinio propter authoritatẽ gl. Innoc. qui eam tenet, in practica est sustentabilior, sed prior æquior, teste Felino *in c. cum Ioannes. num. 12. ext. de fide Instru.* & hoc quando conclusio ex declaratione ipsius iudicis, secus si ex consensu partium facta, quia tunc etiam iusta subsistente causa eam rescindere nõ posset, cum non sit actus suus, sed partiũ, adversus quarum cõventionem nihil facere potest. *Idem Menoch. lib. 2. præsumpt. 63. num. 3.* In summarijs autem judicijs non tantum ex officio

40.

41.

42.

43.

officio, verum etiam ad partium instantiam potest iudex partes, & testes examinare, *gl. verb. interrogabit. in clem. sæpè. per text. ibid. de verb signific. Panor. in d. c. cum Iohannes. num. 8. ext. de fide instrum. vbi & Felin. num. 11. Marant. d. dist. 9. num. 30. Cauar. practic. quæst. cap. 26. num. 3.* quia in istis iudicijs conclusio non admittitur, *Marant. d. loc. nu. 23. Menoch. de arbit. iudic. lib. 1. quæst. 35. nu. 11.* nihil igitur obest, quin interrogationes, productiones, aliaque ad decisionem causæ pertinentia fieri possint, prout inde refert idem Menoch. *remed. 4. adipisc. poss. num. 682.*

## Post conclusionem nihil adduci posse, nisi iuris allegationes.

## TITVLVS XL.

1. *Facta conclusione, perinde est, ac si esset in puncto ferendæ sententiæ.*
2. *Post conclusionem nulla allegatio facti admittitur.*
3. *Quatuor casus, in quibus iudex post conclusionem aliquid potest.*
4. *Quando aliquid de facto admittitur, conclusio censetur revocata.*
5. *Ex iusta causa iudex suam interloquutoriã reuocat.*
6. *Ignorans vel contradicens non dicitur probare conclusionis revocationem.*
7. *Allegationes iuris post conclusionem admittuntur.*
8. *Iudex iura non allegata supplere potest.*
9. *Quid considerabit volens iura allegare.*
10. *Quomodo status causæ cognoscatur, exemplo declaratur.*
11. *Ex quibus status causæ emergat.*
12. *Exemplis res declaratur.* (*plures.*
13. *In qualibet quæstione vnus status, possunt tamen esse*

14. *Quomodo*

Digitized by Google

14. *Quomodo ſtatus iam cognitus exponendus.*
15. *An informationes ſiue allegationes iuris ſint actis inſerendæ, & exaduerſo communicandæ, controuerſum.*
16. *Ad euitandam diſputationem conſulitur, vt exhibeantur iudici & non ad acta.*
17. *Arbitrio iudicis relinquere tutius eſt.*

FACTA concluſione in cauſa, perinde habetur, ac ſi cauſa eſſet in calculo ferendæ ſententiæ, *ſecund. Bart. in l. ſi mater. §. eandem in fine. ff. de except. rei iud. Bald. in l. iudices & auth. iubemus.* 1. *& ibi Salic. & Angel. C. de iudic. Bald. in l. error. nu. 9. C. de iur. & fact. ignor. Lod. Rom. in l. Titius de verbor. obligat.* & idcircò poſt concluſionem nulla regulariter admittitur exceptio vel allegatio facti, neque teſtis vel inſtrumentum. (ADDE Gail *d. obſ. 107. nu. 4.*) & ſi recipiantur, poterit al- 2. tera pars appellare, *l. vlt. C. de compenſ. arg. c. de teſtib. c. cum dilectus. & ibi Panor. nu. 3 ext. de fide inſtr.* Fallit tamen hæc regula ſecund. Panor. *ibid.* primò, in caſu *c. paſtoralis ext. de cauſ. poſſ. & prop.* Secundò in cauſis, in quibus iudex ex officio ſuo 3. procedit, ſi hoc expedire videatur, nam iudici nihil intelligitur eſſe præcluſum, *arg. d c. paſtoralis. c. cum Ioannes. ext. de fide inſtrum. Domi. de Rota deciſ. 7.* (Adde Gail. *d. obſ. 107. nu. 5. & ſeqq. Mynſ. Cent. 6. obſ. 56. nu. 7.* vide tit. præced. *in fine.*) Tertiò in criminalibus cauſis, quando reus innocentiam ſuam vult oſtendere, *argum. l. Diui. ff. de pœn. Bart. in l. 1. §. vlt. ff. de queſt.* (Adde Gail. *d. obſ. nu. 11. Idem lib. 1. de pac. public. c. 18. per tot Mynſ. d. obſ. 56. nu. 8.* adde *ſupra. tit. 33. nu. 11.*) Quartò in cauſis in quibus etiam ad partis inſtantiam procedi-

tur, si de nouo reperta sint instrumenta, *l. admonendi. & ibi Bart ff de iureiur.* (ADDE *ibidem Castrens. nu. 24. & seqq.* distinguentem, simpliciter dicit dicit Mynsi. *d. obs. 56.* instrumenta de nouo reperta posse exhiberi, si modo exhibere volens antè ignorauit, & multam negligentiam adhibuit, *Idem Cent. 2. obs. 53.* quod habet & ordinatio Cameræ *part. 3. Tit. 22. §. So aber* sed si fuisset negligens non audiretur, nisi iura Ecclesiæ aut minoris essent, quorum administratorum negligentia eis non obest, *Menoch. lib. 1. de arbit. Iud. quæst. 35. nu. 13.* C. Wintzler. 4 Quintò si de facto recipiuntur, tenet receptio, & videtur à conclusione recessum, si aduersarius præsens non contradixerit. *Domi de Rot. decis. 5. arg c. cum renunciatur 32 q. 1.* ADDE, Auforr. *d. decis. Tholos. 146. Mynsi. Cent. d. 6. obs. 56. nu. 5. 10. Menoch. de arbit. iud. lib. 1. q. 35. num. 14. & seq. & lib. 2. præsumpt. 63. per tot.*) Admissio enim vnius contrariorum, est alterius exclusio, facit, quod in simili *not. gl verb. impugnat, verb. opponit in c. 1. de elect. lib. 6.* Istud autem authore *Panor. in c. quoniam. num. 17. ext. de probat.* omnimodò verum est, 5. si legitima admissionis causa interceserit, nam & tunc Iudex suam interloquutoriam reuocare potest, *l. quod iussit ff de re iud. l. dicere ff. de arbit. c. cum cessante ext de appel.* quam per actum contrarium tacitè reuocasse censetur, *arg. c. ex parte M. ext. de appel. & c. cum M. ext. de constit.* secus si causa legitima admissionis non interceserit, nisi aduersarius præsens non contradixerit, quia sibi imputari poterit, *arg. l. acta ff. de re iud.* 6. Si autem conclusionis reuocationē ignorauit, vel cum eam sciret, contradixit, ac appellauit, nō putat Panor. *vbi sup. 1.* solius iudicis admissionem

nem quicquam proficere, *per not. in d. c. ceſſante & per Innoc. in c. quærelam ext. de elect. & Bart. in d. l. quod iußit.*

Tametſi ea, quæ facti ſunt, poſt concluſionem non recipiantur, ea tamen, quæ iuris ſunt, indies admitti ſolent, nam poſt concluſionem, allegationes, ſeu informationes iuris fieri videmus pro iudice informando. (ADDE Gall *d. obſ. 107. nu. 13. Mar. 2. part. 6. part. princ. act. 15. num. 2. Myns. Cent. 3. obſ. 17. Cent. 6. obſ. 56. num. 14.*) 7.

Quia etiam partibus iura non allegantibus, iudex ex officio ſuo in huiuſmodi allegationib. ſupplere debet, *l. vnica C. vt quæ deſunt aduoc. part. iud ſup. c. bona 1. ext. de poſtul. prælat.* quo autem ordine hæ iuris allegationes, ſeu informationes, vel reſponſa commodè fieri poſſint, paucis admonendum duximus. Et hac in re illud inprimis neceſſarium arbitramur, vt quid potitum ſit, diligẽtiſsimè perpendas, Deinde verò quid probatum ſit, & breuiter omnia acta cauſæ recenſeas, omnemque adhibeas operam, vt ſcopum cauſæ cognoſcas, quem Rethores ſtatum, Græci, Φαβιε vocant, nempe in quo controuerſia vertitur, eoque explicato, res quę in actionem venit, ita intelligitur vt propriè & verè iudicari, & in hanc vel illam partem decerni poſsit. Is autẽ haud difficulter cognoſcitur, vt qui, vbi factum negatur, ex prima intentionis & inficiationis cõflictione emergat, veluti, intentio eſt, fuiſti Sylla in funeſta coniuratione Catilinę, Inficiatio ſiue depulſio, non fui, an fuerit, & quæſtio eſt, & ſtatus coniecturalis, Nonnunquam verò 8. 9. 10.

longius in aliud atque aliud diuertit, nam
11. quando cauſa facti tractatur, ſtatus ex his quatuor emergit, intentione, depulſione, ſiue inficiatione, exceptione & replicatione, iudicaturque tunc ſtatus id, quod vltimum erit, in quo partes veluti ad pugnam conſiſtent.

Intentio, occidiſti Opimi Caium Gracchũ,
12. Depulſio, occidi, ſed iure, Eſtque hic quæſtio exceptio ſiue ratio, quæ depellendi criminis cauſa adfertur, turbulentis enim ac ſediti oſis legibus rempublicam euertere conatus eſt. Replicatio, non eſt fas, ne flagitioſiſſimum quidem hominem indicta cauſa necare, *l. 1. ff. ad l. Cornel. de ſica. Bald. in l. fideicommiſſa. §. ſi quis. 1 ff de leg. 3.* Ex horum concurſu oritur ſtatus qualitatis, iuréne Opimius ciuitatis euerſorẽ Gracchum indemnatum occiderit, ſic in cauſa Miloniana, quamuis prima quæſtio ſit, quæ in actionem venit, An Milo teneatur l. Cornelia, tamen ſtatus in hoc conſiſtit, an Clodius inſidias fecerit Miloni, quo probato, vel improbato, neceſſe eſt in cauſa in hanc vel illam par-
13. tem pronunciari. Porrò enim ſimplici quæſtioni, vnus ad minus & ſimplex ſubeſt ſtatus, plures tamen eſſe poſſunt, ſi explicandæ ſcilicet, & tuendæ quæſtioni æqualiter conferant, vt in tractandis iuris quæſtionibus, in quibus ferè tot ſtatus locum habent, quot ex ſcripto ſententiæ ad confirmationem cauſæ proferri
14. poſſunt. Cognito itaque cauſæ ſtatu, principio iſtum expone; expoſitum varijs rationibus etiam minus vrgentibus confirma; ac tum quæ illi obſtant, refelle, poſtremò concluſionem

aptam

aptam ſubinfer vide Card. *& Io. de Imol. in c. ſi diligenti ext. de for. compet.* Cæterùm allegationes ſeu informationes huiuſmodi, non ſunt in actis conſcribendæ, quum iudici ſolum dentur ad informandum, nec parti petenti copia dari debet, nec debent tranſmitti cum actis ad ſuperiorem ſeu conſultorem, ex quo producuntur, poſt concluſionem in cauſa, & ſic extra cauſam, nec etiam ſunt de ſubſtantia iudicij, *Bald. in auth. iubemus, nu. 4. C. de iudic.* ſed Io. Pet. de Ferrar. *tit de for. petit. cop. inſtrum. in verb. coram vobis, & Iaſ. in l. 2. C. de edend. verſ. vltra ſcribentes qui eſt nu 6.* tenent contrarium, puta, quod non ſolum inſtrumentorum, ſed etiam allegationũ, & conſiliorum debeat parti aduerſæ copia fieri, *Felin. poſt Imol. in c per tuas num. 4. extra de teſtib.* 15.

Quocirca vt hæc diſputatio euitetur, debet pars allegationes iudici ſolum dare, non in iudicio, nec petere, vt regiſtrentur ad acta. Et ſic non ſint pars actorum, vnde aduerſarius copiam eorum petere non poteſt. & ſic ceſſabunt rationes, per Ferrar. & Iaſ. allegatæ. (ADDE Marant. *part. 2. 6. part. princ. act. 10. nu. 50. al. 58. Guid. Pap. q.* 242. qui vidit ſic per triginta annos obſeruari; Certius eſt iudicis arbitrio relinquere, vt is niſi conſuetudo vel ſtylus iudicii aliud ferat, pro qualitate circumſtantiarum mandet edi, prout poſt relatas has controuerſas opiniones probat Menoch. *lib. 2. de arbitr. iudic. caſ. 175. numer. 14.* Chriſtophorus Wintzler. Noſtri verò huiuſmodi informationes in iudicio exhibentes proteſtari ſolent, ne copia ſeu inſpectio aduerſario detur. 16.

*Proceſſus iudiciarij partis ſecundæ finis.*

22. *Quando super non petitis potest ferri sententia.*
23. *Iudex quando tenetur assumere iurisperitum.*
24. *Casu quo iurisperitum assumere potest, coget etiam partes adsoluendum salarium.*
25. *Iurisperitus ad instantiam vnius assumptus.*
26. *Iurisperito accusato alius substituetur aut adungetur.*
27. *Sententia debet in scriptis prouulgari.*
28. *Scriptura concepta non est sententia, sed dispositio adsententiam.*
29. *Sententia, de cuius promulgatione non constat, non statur.*
30. *Consultum inserere sententiæ,* In his scriptis.
31. *Sententia quando præsumatur in scriptis lata.*
32. *Quomodo olim apud Romanos sententiæ proferebantur.*
33. *Iudex secundum acta & probata, & non secundum conscientiam iudicabit.*
34. *Iudex potest sententiam ferre iuxta partium conuentionem.*
35. *Summus Princeps potest secundum conscientiam contra acta pronunciare.*
36. *Quid significent verba,* pleno iure.
37. *Sententia condemnatoria in actione reali an Dominum transferat.*
38. *Absolutoria sententia quando Dominũ transferat.*
39. *Incerta sententia super accessorijs admittitur.*
40. *Vbi petitio incerta admittitur, valet etiam incerta sententia.*
41. 45. & 59. *Quantitas aut æstimatio fructuum in exequutione certificari potest.*
42. *In actione reali damnatur reus ad restituendum non dandum.*

43. Dannum ſtrictè ſumptum quid ſignificet.
44. In materia fauorabili vel neutrali, appellatione damni veniunt expenſæ.
46. In condemnatione non veniunt damna extrinſeca.
47. Exempla aliquot damni extrinſeci.
48. Damna perſonalia non ſunt extrinſeca.
49. Qualiter probentur damna & intereſſe, remiſſiue
51. Cauſam in ſententia exprimere non eſt neceſſum.
52. Taxationem expenſarū iudex ſibi reſeruare poteſt.
53. Condemnationē expenſarū ſibi reſeruare nō poteſt.
54. Omittens expenſarum condemnationem eodem die ſupplere poteſt.
55. Officium merceuarium per ſententiam expirat.
56. Ex ſtatuto poſt ſententiam expenſæ peti poſſunt.
57. Condemnatio expenſarum poteſt eſſe generalis, abſq; taxatione.
58. Expenſæ ex conuentione partium debitæ certa ſententia declarari debent.
60. Victus victori condemnatur in expenſis.
61. Habens iuſtam litigandi cauſam, excuſatur ab expenſis.
62. Iuſta litigandi cauſa in facto quæ conſiſtat.
63. Perſeuerans in lite poſt teſtium dicta in expenſis poſtea factis condemnatur.
64. Habens communem vel alicuius celebris Doctoris opinionem pro ſe excuſatur ab expenſis.
65. In criminali an victus condemnetur in expenſis.
66. Victus in expēſis neceſſarijs duntaxat condēnatur.
67. Ruſticus veniens eques vel vehiculo, non repoſcit illas expenſas.
68. Expēſæ quas quis domi facturus fuiſſet, deducūtur.
69. In expenſis ex contumacia aut diſpoſitione iuris debitis, non deducitur, quod quid domi expenſurus.

70. Sen-

Digitized by Google

70. *Sententia facit ius inter partes.*
71. *In foro conscientiæ non est tutus, qui scit se iniustam habere sententiam.*
72. *Actori ex sententia datur actio, & reo exceptio.*
73. *Sententia non rescinditur prætextu instrumentorũ aut malæ computationis.*
74. *Res iudicata quomodo pro veritate habeatur.*
75. *Solutum in vim sententiæ non repetitur.*

QVONIAM autem litigantium votum illud est, vt per sententiam ius dicentis, iustam consequantur victoriam, *l. in ratione. 1. §. Imperator ad fin ff ad l. Falcid.* Idcircò ordine iudiciario, modo quo suprà peracto, quumque satis de causa fuerit agitatum, superest, vt iudex visis actis, & partium hinc inde factis probationibus & allegationibus, veritatem & legum, iustitiæque sequens vestigia, secundum quod iustum fuerit visum, pronunciet, suaq; sententia litigantium controuersiam dirimat. 1.

Quocirca sciendum est, quod sententia dicitur iudicialis diffinitio, controuersiæ finem imponens, condemnationem, vel absolutionem continens, *l. quid tamen. § si arbiter. ff. de arbit. l. 1 ff. de re iudic. c. 2. & extr. eodem titu.* Sunt autem sententiarum tres species, diffinitiua, interlocutoria, & vim habens diffinitiuæ. Diffinitiua est, quæ diffinit controuersiam, & finem imponit toti causæ in iudicium deductæ, *not. gl. verb. diffinitiua in clem. 1. de seq. poss. & fruct.* Quo fit, vt absolutoria ab obseruatione iudicij, non sit diffinitiua, quia per eam à lite non recedi- 2. 3.

tur, *l. dicere. & ibi Bart. ff. de arbit. gl. Bart. & Dd. in l.*

*harum.ff.si ſeru.vend.* & ſine ſcriptis ferri poteſt,
5. *ſecund. Bart.in l. Titia ff de accuſat.* Reperitur etiam quædam quaſi diffinitiua ſententia, vt ea, quæ in iudicio poſſeſſorio profertur, *de qua per Bart.& Dd.in l q C. ſi de moment. poſſ. per gl in c.*
6. *conſultationibus ext.de offic.iud.deleg* (ADDE, Quæ poteſt dici diffinitiua reſpectu poſſeſſorij, cui finem imponit, *per.text.& ibi gl.verb. poſſeſſorio in d.clem. vnica de ſequeſt.poſſ.& fruct.* reſpectu autem petitorij cui nihil præiudicat, interlocutoria, *per c.ei qui §.de poſſeßione 2. q. 6.* hinc non abſurdè dicetur quaſi diffinitiua, vt hic author noſter & ante eum Pauor, *in rub. ext.de ſent.& re iud.num.6.Mar.part.vlt.6.part.princ.act.1.num.35.* Ch. Wintzler. Interloquutoria ſententia eſt, quę inter cauſæ principium & finem fertur, ſuper his, quæ incidunt vel emergunt *gl.verbi, diffinitiua, in clem.1.de ſequeſt poſſ.& fruct.* Et dicitur interloquutoria, vel quia iudex nõ diffinit cauſam, ſed interloquitur, inter principium & finem ſuper his, quæ incidunt. (ADDE, Gail. *obſ. 129.num.2.Mmrant.part.3.6. part. princ. act.1. num. 2. & 3.*) vel quia iudex inter partes loquendo, ſine ſolennitate ſcripturæ pronunciat, *vt ait hoſtienſ.in ſumma de ſent. & re iud. §. 2. in princ. Panor. in Rub.*
7. *ext.de ſent.& re iud. nu 6.* Præceptum autem iudicis de ſoluendo, dicitur interloquutoria, *ſecund.Panor.in rub.ext.de ſent. & re iud nu.7.* ſi cauſa erat inchoata ante præceptum ſi autem cauſa nondum inchota erat dicitur quaſi interloquutoria. (ADDE, *gl.in auth.de hæred. & falcid.col.1. in §. ſi quis autem non implens verb. decreto & §. illud quoque eod.verb.decreto Felin.in Rub. de ſentent. & re iud. num. 5. Gail. lib.1. obſec. 19. num. fin.* quod pro iſta vice diligentius non inſpicio, Ch. Wintzler) Sententia vim
8. habens

habens diffinitiuæ eſt, quæ finem imponit inſtantiæ quidem, non cauſæ. *Panor. d. rub. num. 8. Bald. in l. minoribus, num. 8. C. de his quib. vt indig.* Et iſta quo ad appellationem regulatur ſecũdum naturam diffinitiuæ, *Bart. in d. l. Titia. ff. de accuſat. Stephan. auffrer. in deciſ. Tholoſſ. quæſt. 48. & 129.* In alijs verò caſibus interdum trahitur ad naturam diffinitiuæ, aliquando ad naturam interloquutoriæ, iuxta quod magis participat de vno, quam de altero. Hæc enim interolquutoria hominis vim habens diffinitiuæ; medium quoddam inter puram diffinitiuam, & puram interloquutoriam tenet. Non eſt enim pura diffinitiua, quia non imponit finem toti cauſæ, nec eſt pura interloquutoria, quia non expectat aliam diffinitiuam ſententiam poſt ſe, vt ſi iudex pronunciet ſe iudicem non competentem. (Add plures ex Mynſ. *cent. 6. obſec. 88. Anthon. Grauat. ad veſt. lib. 7. cap. 3. num. 46.* hanc interloquutoriam ordinarium, non delegatum reuocare poſſe habet Marant. *partic. 4. princ. diſtinct. 5. num. 49.* ſed idem *partic. vltim. 6. part. princ. act. 1. numer. 32. & 46.* quod ſit communis, quòd ſententia habens vim diffinitiuæ reuocari nequeat, Chriſto. Winzler) vel non eſſe reſpondendum libello tanquam inepto aut appellationem deſertam. Porrò diffinitiue ſententia ſemper continere debet condemnationem vel abſolutionem expreſsè, vel virtualiter, *l quid tamen §. ſi arbiter ff de arbiter.* alioquin non valet, *leg. 1. ff. de re iudic. leg. præſes. C. de. ſentent. & interlocut. mo. iudic. c. ei qui §. diffinitiua 2. quæſt. 6. c. illa ext. de accuſ.*

9.

10.

(Adde

11. (Adde Gail. *lib. 1. obſ 2. nu. 6.*) ad hanc verò condemnationem vel abſolutionem debet iudex non ſubitò proſilire, ſed deliberatione habita, poſt negotij diſcuſſionem, ſententiam in corde ſuo formare, formatam ſcripturæ mandare, ſcriptam (ſi quid vitij contineat) emendare, emendatam partibus cominus conſtitutis, eamque proferri petentibus, *ca. cauſam qua. in fine ext. de ſent. & re iud.* ſedendo pro tribunali ore proprio legere, & recitare hac vel ſimili forma. (Adde *l. 2 C. de ſent. ex breuic. recit c. vlt. eo. tinu. libr 6.* niſi conſuetudo ferat per alium eam recitari poſſe, vt *ſup. tit. 11 nu 25.*

I. IN cauſa coram nobis vertente, per & inter
12. honeſtum virum Sempronium ciuem Louanienſem actorem ex vna, ac honorabilem virum Titium clericum Leodienſis Diocæſis
II .III. reum ex altera parte, Chriſti nomine inuocato pro tribunali ſedentes, ac ſolum Deum &
IV. iuſtitiam præ oculis habentes, per hanc no-
V. ſtram ſententiam diffinitiuam, quam de iuriſperitorum nobis communicato conſilio, ferimus in his ſcriptis, actis & actitatis huius cauſę
VI. VII. attentis, dicimus, pronunciamus, & declaramus, fundum Tuſculanum in libello men-
VIII. tionatum, pleno iure ad dictum actorem ſpectaſſe & pertinuiſſe, ſpectareque & pertinere, illumque eidem per dictum reum cum acceſ-
IX. ſorijs ſuis & inſtrumentis, nec non omnibus, & ſingulis fructibus perceptis, & qui percipi
X. potuerunt, ſi extant, non extantium autem æſtimationem reſtituendum, dimittendum & aſſignandum, reſtituique dimitti, & aſſignari debere.

Digitized by Google

debere. Et eundem reum eidem actori in expensis legitimis in hac causa factis, earum taxatione nobis reseruata, ac damnis & interesse occasione huius litis passis, condemnandum fore, prout condemnamus per præsentes. XI.

Vel ita si absolutoria sit sententia, decernimus & declaramus, dictum reum seu opponentem ab impetitione siue instituta actione, absoluendum, & prædictum actorem, seu impetrantem dicto reo, seu opponenti in expensis legitimis pro parte eius factis, condemnandum fore, fuisse & esse, prout eundem absoluimus & condemnamus respectiuè per præsentes, expensarum taxatione nobis in posterum reseruatâ. *Forma absolutoria.* XII. XIII.

Coram nobis. Licet iudex in sententia nõ exprimat, vtrum iudex ordinarius sit, an delegatus, sententia tamen data viribus subsistit. *Spec. tit. de sent. prolat. §. quoniam supra vers. quid si in sententia, per l vlt. C. de annal. except.* Modò tamen aliàs iudex sit competens, qui sententiam profert, *c. inprimis. 2. q 1. c in clericorum 11. q. 1. c. at si clerici. extra de iud. l. vlt. C. si à non compet. iud.* I. *Formæ interpretatio* 13.

Christi nomine inuocato. Pro hac inuocatione, quæ semper in principio sententiæ fieri solet, facit *c. veritatis, ibi, in nomine Domini cũ Apostolo omnem inobedientiam vlcisci volentes, ext. de dol. & cont.* II. 14.

Pro tribunali sedentes. Sententia ipso iure nulla est, si iudex non pro tribunali sedẽdo eam protulerit, *c. vit. ext. de sent. & re iud. lib. 6.* In loco quoque publico & maiorum suorum eam recitare debet, *l. penult. ff. de iust. & iur. l. cum* III. 15.

*senten-*

Digitized by Google

*ſententiam. C. de ſentent. & interlocut. om. iud.* quod intellige de iudice ordinario, non autem delegato, nam delegatus & arbiter locum
16. iuris dicendi cauſa, honeſtum tamen, eligere poteſt, *l. ſi cum dies. §. ſi arbiter. ff. de arbitr. Bart. Bald. & Angel. in d. l. cum ſententiam C. de ſentent. & interlocut. om. iud. & l. ſi vt proponis. 2. C. quom. & quand. iud.* Epiſcopus tamen in quolibet loco ſuæ Diocæſis ſententiam dicere poteſt, *ca. cum Epiſcopus ext. de offic. iudic. ord. lib. 6.* (ADDE Marant. *part. vltim. 6. part. princ. act. 1. numer. 71. & ſeqq. cum 11. limitationibus*, in quibus loco inſolito poſsit ferre ſententia.

Per hanc noſtram ſententiam diffi-
IV. nitiuam. Sententia enim dominij declaratoria, diffinitiua eſt, *ſecund. gl. verb. reſtituitur. in l. qui reſtituere. ff. de rei vend.* debet autem diff-
12. finitiua ſententia regulariter eſſe certa & conformis libello §. *curare. Inſt. de actio. ca. licet heli. ext. de ſimon. clmement. ſape. §. verum. de verb. ſignificant. l. vt fundus ff. comm. diuid. l. vltim. C. de fideicom. libertat.* Fallit primò in Papa & principe, qui non ſunt obligati & aſtricti ſolennitatibus, imò ſecuri, qualiter & quomo-
19. do petitum ſit, & ſic iſta ſumma capita, ſolâ facti veritate inſpectâ, pronunciant, *Bart. in l. Aemilius ff. de minor. 1aſ numer. 29. in de §. curare.* (ADDE *Gail. lib. 1. obſcut. 42. numer. 2.*) ſecundò, in criminalibus hæc regula non procedit. Cum enim accuſator proponit libellum,
20. contra reum criminis, & petit eum ſic vel ſic puniri, Iudex poteſt non attendere hunc libelium, & infligere pœnam reo, quæ ei iuſta

iusta videbitur, *Bart. in l. quid ergò §. pœna grauior. ff. de his qui not. infam. Bald. in l. etsi seuerior eod. titul.* Tertiò hæc regula de conformitate libelli, etiam in cuiuilibus suo loco non procedit, quia iudex quoad qualitates, tempora, modos, loca, potest non sequi petitionem libelli, sufficit enim si sententia sit conformis libello, in re, causa, & actione. In re quidem petita, quod iudex de alia re non pronunciet, *de l. vltim. C. de fideicom. libertatib.* In causa petendi, quod iudex aliam causam non proferat, *l. habebat. ff. de instit. action.* In actione, vt iudex sequatur eam actionem, quam actor instituit *l. edita C. de edend.* siue condemnet, siue absoluat, vt ibidem tractant *Dd. Bald. in l. 2. numer. 4. de sentent. ex breuic. recitation.* Quarto sententia potest etiam ferri super non petitis in libello, modo sint de natura petitorum, vel correlatiua, vel correspondentia, vel ex eodem fonte. *Bald. in l. penultim. C. quæ sentent. siue certat. quant. & in d. l. & si seuerior numer. 14.* 21. 22.

Quam de iurisperitorum consilio: (Adde istam clausulam esse consuetam, sed non necessariam, *Mansuer. in pract. titul. de re iud. numer. 11.*) Queritur vtrum iudex in causa decidenda, iurisperitum assumere possit? Et dicendum est, *cum Bald. in l. 2. C. de sentent. ex breuic. recit.* (non habet in meo Cod.) posse, quando iudex iuris ignarus est, nec ratione scientiæ ad munus iudicaturæ electus est, secus si ob 23.

si ob peritiam iuris, ad huiusmodi munus assumptus esset, quia non posset cõpellere partes, vt eligant iurisperitum, *l. 2. vbi gl. & Dd ff. quod quisque iur. in al stat.* Et quando iudex iurisperitum assumere potest, cogere quoque potest partes ad soluendum æqualiter salarium ipsi assumpto, *c. statutum §. assessorem. de rescript. li. 6. l. 4. §. 2. ff. fin. regund.* si tamen altera partium tantum postulet cõsilium iurisperiti adhiberi, illa cogitur salarium integrum soluere, altera consilium non postulante nihil contribuente, *Bart. in l. postulauerit. in fine princ. ff. ad l. Iul. de adult.* non enim debet permitti, vt altera partium possit aduersarium grauare in expensis, Et si iurisperitus assumptus ab altera parte aduersario suspectus sit, petere potest vt alius illi substituatur vel associetur, *vt in auth. si verò contigerit C. de iudic.*

24.

25.

26.

VI. Ferimus in his scriptis. Diffinitiuam sentẽtiam iudex in his scriptis & ore proprio recitare debet, nec nomẽ sententiæ meretur habere, nec ab ea necesse est appellare, *l. 1. 2. & vlt. C. de sent. ex breuic. recit. c. vlt. ext. de sent. te re iud. l. 6.*

27.

28. scriptura siquidem quam prius iudex concipit, & postea in mundum redigit, non est sententia, sed quædam præuia dispositio ad sententiam, *Oldrad. consil. 119. incip. Titius condidit testamentum, & est textus elegans in l. 2. & seq. C. de sent. ex breuic. recit.* Vnde licet appareat sentẽtiam manu Notarij publici scriptam esse, si tamen non

29. appareat, quod fuerit lecta & promulgata ei minimè standum erit. Et ideò videmus in calce sententiarũ ferè per Notarios adscribi hæc ver-

Digitized by Google

verba lecta,lata,& sententialiter promulgata, *Bald.in l.fideicommissa.§.1.& ibi Florian.de sancto Petro. ff.de leg.3.* Quum ergò sententia in scriptis proferri debeat, consulunt Doctores ne iudex hæc verba, in his scriptis,proferendo diffinitiuam omittat, si tamen ea omiserit, sententia nihilominus valebit.*gl.verbi illustrium in c.vlt.de sent.& re iud.lib.6.Spec.tit.de sent.prolat.§. iuxta propositionis vers.non valet etiam si lata sit,*&c.Vbi & hoc notat, quod si senttia verbis primæ, personæ concepta sit, præsumi sententiam in scriptis latam esse nisi contrarium probetur,si autem verbis secundæ vel tertiæ personę præsumi illam nõ fuisse in scriptis promulgatam, nec sententiam valere,nisi dicatur expresse,in scriptis fuisse latam,(ADDE, Vant.*de Nullit.ex defect.proces.nu.76*.)Est præterea sciendum olim apud Romanos sententias in scriptis datas non fuisse,nam iudices deputati, vel etiam centũuiri, qui ciuilia iudicabant, dabant sententias suas,(vt testatur Asconius in diuinatione Verrinarum) per tesseras siue tabellas, quæ tres erant,vna absolutionis,in qua scriptum erat A. altera condemnationis,in qua C. Tertia N. & L.notatum habebat,& eorum erat,qui sibi nõ liquere dicebant, Hos indices in diuinationibus, & iudicijs maioribus simul in vrnam cõijciebant, nè suspecti essent iudices, vel nè inciderent in offensam potentium,qui aliquando accusabantur. In minoribus verò iudicijs singuli dẽ tabella sententiam ferebant. Hunc morem & Cicero significat in oratione Miloniana,cùm ait: Quod nisi vidisset posse absolui,qui

ui, qui fateretur, cum videret nos fateri, nẽque quæri vnquam iussisset, nec vobis tam salutarem hanc in iudicando literam, quam illam tristem dedisset. (ADDE, de his tesseris & calculis Corras *in Rub. ff. de senator.* quem per occasionem videre poteris, Christ. Wintzl.)

VII. Actis & actitatis huius causæ attentis.

33. Rectè nam iudex iudicare debet, non secundum conscientiam suam, sed ex actis (vt est crebrior Doctorum opinio,) id est, ex legitimis documentis, liquidisque probationibus, & his, quæ vel ex testium fide, vel scriptura publica priuatauè, vel ex litigantium cõfessione, aut iureiurando constiterint, *c. iudicet. 3. q. 7. l. illicitas. §. veritas ff. de offic. præsid. c. pastoralis. §. quia verò & ibi gl. verbi tenetur & Docto. ext. de offic. iud. deleg gl. verb. secund. quod canones in c. 1. & ibi Dd. & text. in c. 1. text. de offic. iud. ordin. Spec. & ibi. Ioan. And. in addit. tit. de disput. & alleg. aduoc. §. vlt. in fine vers. licet autem dixerim gl. in §. 1. & ibi Angel. Aret. Inst. quib. mod. tut. finc at. Idem Angel. Aret. in §. si minus vers. in ead. & gl. verbi in eodem iudicio in fine Inst. de actio.* (ADDE, Gail, *obs.* 107. *num.* 13. *lib.* 2. *obs.* 17. *num.* 5. *Nenning, Boeddem in proœm. sui proceſſ. nu.* 4. *& seq. Anthon. Grauat. ad vest. lib.* 3. *cap.* 1. *nu.* 7. *plenissimè Couar. lib.* 1. *var. resol. c.* 1. *per tot. Mascard. de probat. concl.* 498. Christophor.

34. Wintzler.) Hæc autem doctrina non procedit, si aliter inter partes conueniat, debet enim tunc iudex sententiam ferre iuxta partium conuentionem, *l. si conuenerit. ff. de re iud.* nisi id quod inter partes conuenit, esset contra bonos mores, vel contra obseruationem iudicij, tunc enim iudex non cogeretur ex conuen-

tione

tione partium proferre ſententiam. Non ob- 35.
tinet etiam ſi iudex is ſit, qui legibus ſolutus ſit, veluti Princeps, vel qui abſque actorum confectione ius dicere poſsit, vel exploratiſſimum habeat, nihilque penitus dubitet, quin veritas aliter ſe habeat, quam probatum fuerit, Tunc enim principem admonere debet, cum probabiliter dubitet, illudq; exequetur quod ſibi reſponſum fuerit, §. *vltim. in author. de iud col. 6* (ADDE, *Guid. Pap. deciſ. 29. Gail. lib. 1. obſ. 42. num. 3*)

VIII. Pleno iure ad dictum Sempronium. 36.
Verba, pleno iure, ius dominij denotant, vt probatur, *ſi Titio. ff. de vſufruct. l. pater. ff. de ſeruit. leg. ſi tibi. ff. quibus modus vſufruct. amitt. c. quærelam ext. de elect. c. cum inter ext. de ſentent. & re iudic.* Quocirca illud quæritur, vtrum hæc ſententia, quæ fertur in actione reali transferat dominium? Et eſt diſtin- 37.
guendum, vtrum ſit condemnatoria vel abſolutoria. Si quidem condemnatoria ſit; tunc ſi actor, qui dominus pronunciatur, verè dominus eſt, non transfertur ex hac ſententia dominium, ſed illud quod eſt, declaratur, *l. ex diuerſo. §. 1. ff. de rei vend. l. ficuti. §. ſed ſi queratur. ff. ſi ſermon. vend.* & fit reſtitutio poſſeſsionis, vel detentionis tantum, *l. officium. ff. de rei vend. gl. in l. pomponius. §. ſed & is, ff. de procurat.* Si autem verè dominus non erat, tunc ſi reus reſtituens dominus eſt, transfertur vſucapiendi conditio. *§. vlt. & ibi gl. Inſt. de offic. iud.* (ADDE, *d. l. ex diuerſo. §. 1. ff. de rei vend.* & ſic titul. tribuit in foro contentioſo

duntaxat non dominium, & hanc in grauiſsimo doctorum conflictu veritatem eſſe dicit Zaſ. in l. certum §. ſed & ſi fundum ff. de confeſſ. Contra verò eo caſu dominium transferri tenet Felin. & plures ab eo relati *in c. cum venerabilis num. 28. ext. de except.* quorum opinio non eſt improbabilis, an autem propter authoritatem iudicis procedat præſcriptio cum mala fide ſed magis eſt, quod non, nè maior ſit authoritas iudicis quam iuris communis, quo nullus malæ fidei poſſeſſor præſcribit Coſtal. *in l. generaliter. ff. de noxal. actio.* ex ſententia Caſt. & Alex. *in l. ſi finita. §. ſi de*
38. *vectigalibus ff. de dam. infect.* Chriſt. Wintz. Si verò ſententia ſit abſolutoria, tunc ſi ideo reus abſoluitur, quia actor dominus, dominium ſuum non probauit, certè dominium non transfertur in reum, aut abſoluitur, quia onus probandi aſſumens, dominium probauit, tunc transfertur in reum, & ſi actor verè Dominus erat & non reus, *d. § ſed et is, l. poſſeſſori § vlt cum l. ſeq ff. de iurei.* At ideo abſoluitur reus, quia nec ipſe, nec actor dominium probauit, tunc nõ tranſfertur dominium, ſed nuda duntaxat poſſeſſio remanet penes reum, *d. l ſed etſi poſſeſſori § vlt. cum l ſeq. Vide plenius Cyn. in l. 1. nu. 4. C. com. vtriuque iud. Bart. in l. Pomponius §. ſi iuſſum. ff. de acquir. poſſ. Innoc. c. cum noſtris. nu. 3. ext. de conceſſ. prab. Io. And. & Io. Calderi in c propoſuit, & ibi gl. verbi vacari. ext. eod. tit. d. gl. vlt. in §. vlt. & ibi Angel. aret. Inſt. de offic. iud.* (ADDE, Paulò aliter ad hæc Zaſ. *in l. vt vi ff. de iuſt. & iur.* adde etiam Ferrar. *in for. ſentent. diffini. verb. relaxandum & condemnandum, & in for. actio. rea. verb. iure dominij vel quaſi in fine Coſtal in l. 3. ff. de public. rem act.* Chriſt. Wintz.)

IX. Omnibus & ſingulis fructibus. Senten-

t i

tia ſuper principali negotio licet certa eſſe debeat, attamen ſuper acceſſorijs incerta admittitur, ſecund. Innoc. *in c. tanta ext. de exceſſ. pralat. Angel. & alios Dd. in §. curare. Inſt. de actio* Et præterea quoniam huiuſmodi petitio admittitur peto fundum cum fructibus perceptis & percipiendis, recipitur quoque & valet ſententia hæc: Condemno Titium ad reſtitutionem fundi cum fructibus perceptis. Nam vbicunque admittitur petitio incerta, etiam recipitur ſententia incerta ſecund. gl. vlt. & ibi Innoc. *in c. auditis ext. de proc.* Nec eſt neceſſarium, quod exprimatur certa quantitas, aut fructuum æſtimatio, quia illud in exequutione ſententiæ declarandum eſt, ſecundum Angel. *in l. fin. C. de ſentent. quæ ſiue cert. quant. profer* (Adde, *Mynſ. Cent. 4. obſ. final. & ſupra tit. 21. nu. 45.*) Iudex enim non poteſt nec debet quicquam exequutioni demandare, de quo ſibi non conſtat, aut liquet, *l. vlt. C. de ſent. quæ ſiue cert. quant. profer. l. hæc autem §. 1 ff. ex quib. cauſ. in poſſ. eatur*, & ſi ſecus fecerit ipſo iure nihil agit.

39.

40.

41.

Reſtituendum. In actione reali damnatur reus, non ad dandum, ſed ad reſtituendū, *l. qui reſtituere. ff de rei vend.* dare enim eſt accipientis facere *l. vbi autem non apparet §. qui id quod, ff. de verb. oblig. §. ſic itaque Inſt. de actio.* Quare cum actor iam Dominus ſit, non poteſt amplius dominium acquirere, *l. 3 §. ex pluribus ff. de acqu. poſſ. l. ſi vt certo. § ſi duobus vehiculum ff. commoda.*

X.

42.

Ac damnis & intereſſe. Videtur aliud eſſe damnum, aliud expenſas, *c. in noſtra. & ibi gl. ext. de iureiur. not. gl. verbi damnis in c. ſi canonici de*

XI.



Digitized by Google

*offic. ord. lib. 6. Bart. in l. 1. & 2 ff. de alien. iudic. mut. cauſ. fact. Bald. in l. terminato. C. de fructibus & lit.*

43. *expenſ.* quod verum in materia ſtricta, quia ſtricto modo damnum eſt diminutio patrimonij, per alium facta, *l. 3 ff. de dam inſect.* Ideo in ſtatuto, de quo *in d. c. in noſtra*, quod erat alteri prę iudicatiuum, appellatione damni non

44. veniunt expenſę, quas propria voluntate quis facit, licet fortè coactus. In materia tamen fauorabili vel neutrali appellatione damnorum veniunt expenſæ, quia damnum dicitur diminutio patrimonij, quod & expenſæ diminuunt, *l. quod dicitur. ff. de impenſ. in reb. dotal fact.* & diminutum dicitur, quod de hæreditate exit, *l. deperditum. ff. de petit. hæred. & eſt argum. optim. in l. ſancimus, C. de iudic. & author. ei qui. C. de bonis Author. iudic. poſſid. not. Archid. in c. inprimis numer. 6. 2. queſtion. 1. Henricus Bohic.*

45. *in d. c. in noſtra.* Et nota quod admittitur incerta ſententia ſuper condemnatione intereſſe, ſi in proceſſu cauſæ liquidatum non fuerit. In exequutione tamen ſententiæ liquidari debebit, vt dictum eſt ſuprà numer. 41. de fructibus & expenſis, *Bald. in l. 2. numer. 4.*

46. *C. de ſentent. quæ ſine certam quant. profer.* In hac autem condemnatione non veniunt damna extrinſeca, quia ſunt extra litem, & ideo iudicis officium ſe ad ea non extendit, *gl. in l. 1. ff. de alienat. iudic. mut. cauſ. fact quam ſequitur ibi Bart. & Cyn. in d. l. ſancimus numer. 8. & Doct. in c. finem lit. bus ext. de dolo & cont.* vt ecce ſi propter abſentiam litis cauſa, furtum paſſus ſim, quod me præſente factum non fuiſſet, aut ſi proficiſ-

ſuiſcendo litis cauſa in itinere damnum a- 47.
liquod, vel iacturam rerum mearum patiar, puta, quia incidi in latrones vel naufragium feci, vel correptus morbo impenſas ægritudinis feci. Certè, hæc damna non ſunt reſarcienda, quia non ſunt damna intrinſeca eiuſdem litis, nec veniunt officio iudicis, ſed per aliud accidens ſeparatum à lite veniunt, *arg. l. verum. ff. de furt. l. penultim. ff. ad exhibend. l. inter cauſas. §. non omni. ff. mand. l. ſi ſterilis. §. cum per venditionem. ff. de action. empt.* Prædicta tamen limitant *Bart. & Dd. vbi ſupra*, niſi ſint 48.
damna perſonalia, vt quia propter aſsiſtentiam litis, non potuit exercere artem ſuam, nam iſta non ſunt extrinſeca à lite. Idem tenet Spec. titul. de *expenſ. §. vltim. verſ. quid ſi victor artifex, gl. verb. aduocat. in l. ſi. procurator. ff. rem rat. haberi.* (ADDE, *text. & ibi Caſt. in l. non ignoret is, C. de fruct. & lit. expenſ. Iaſ. in l. properandum. §. ſin autem alterutra, numer. 13. C. de iudic. Nicol. Anthon. Granat. ad veſt. lib. 8. cap. 3. numer. 25.* Chriſtophorus Wintzler.) Qualiter autem probentur dam- 49.
na & intereſſe, not. gla. vltim. & ibi Dd. *in col. dilecti extiter. de foro compet. in coll. vltim. extiter. de his quæ vi met. cauſ. Et de tota materia, vide in leg. vnica. C. de ſentent. quæ pro eo quod intereſt prof. Specul. titul. de expenſ. vltim. & in titul. de fructibus & interſ. §. nunc dicamus* cum ſeq. Cardinal. Florentin. in c. ſacra de ſententent.excom.

Abſoluimus & condemnamus. Omnis xII.



Digitized by Google

50. ſententia diffinitiua, abſolutionem vel condemnationem continere debet, vt dictum ſupra de prolat ſentent. in princ. *per l. præſes & ibi gl. C. de ſentent. & interl. om. iud. & ſimilia.* (ADDE, *Marant. part. vltim. 6 part. princ. act. 1. numer. 118. & numer.* 112. vbi quod & æquipollens verb. condemnationi vel abſolutioni ſufficiat, vt eſt, ſtatuimus, præcipimus, text. ſolennis *in c. in his. 15. ext. de verb. ſignif. d. l. in ſumma 59. ff. de re iud. quid tamen 25. §. 1. ff. de arbit.* C. W.)

51. Cauſa verò condemnationis & abſolutionis regulariter exprimi non debet, *l. in ſumma. ff. de re iud. c. ſicut nobis, vbi de hoc vide Panor. ext. de ſent. & re iud.* (ADDE, poteſt tamen iudex eam exprimere, ſi velit, *d. c. ſicut Mar. d. act. 1. 6. part. princ. nu. 50.* ſed non eſt conſultum, quia ea probata falſa, ſententia eſt ipſo iure nulla, ea verò non expreſſa præſumitur ſententia ritè, & legitimè ſecundum cauſas ex actis apparentes, *Gail. lib. 2. de pace publ. cap. 6. nu. 12.* Ch. Wintz.)

XIII. Taxatione nobis in poſterum reſeruata. Hac forma iudex in prolatione diffinitiuę expenſarum taxationem ſibi reſeruare poteſt, vt habet communis practica, teſte Bart. &

52. alijs Dd. *in l. terminato. C. de fruct. & lit. expenſ. in c. finem litibus ext. de dolo & cont. & in c. 1. ext. de ſequ. poſſ. & fruct.* condemnationem verò expenſarum reſeruare non poteſt, *Io. And. & Panor. in d. c. 1. nu. 22.* quia per prolationem diffinitiuę poteſtas iudicis expirat, *l. iudex poſteaquam. ff. de re iud.* (ADDE, *Manſuer. In ſua pract. tit. de re iud. nu. 7.* Contrarium probat *d. l. termin. breuè* inſpecta, & ibi Bart. licet dictam practicam vti communiorem ſeruandam moneas, quam vt communem probat, & *Antho. Grauat. ad veſt. lib. 8. cap. 3. nu.* 23. quare tutius, condemnationem expenſarum ſententiæ inſerere, non autem

tem reseruare Chri.ꝛꝛ.) Veruntamen si in prolatione diffinitiuæ condemnationem expensarum omiserit, poterit quidem tota die, qua sententiam tulit, in expensis condemnare, poſtea vero minimè, *l. Paulus l. ff de re iudi.* nec amplius peti possunt, *per d. l. terminato.* nè iam finito negotio lis noua oriatur. Tum etiam quod officium iudicis mercenarium, quo expensæ veniunt, prolata diffinitiua expirauerit, *d. l. iudex, Bart. in l. de Diuo Pio. §. sententiam Rom. ff. de re iud.* Fallit quando statutum dicit, victum victori condemnari debere in expensis, quia tunc expensæ peti possunt, condictione ex lege, si iudex non condemnarit in expensis, *Bart. in l. 3. §. si rem. ff. de leg 3. Angel in d. l. terminato.* (Add e, etiam expensæ contumaciales omisse peti possunt actione in factum *Mynſ. Cent. 4. obſ. 48.* C. ꝛꝛ.) Potest itaque expensarum condemnatio esse generalis, absque aliqua taxatione, *d. c. finem litibus c. cum dilecti c. auditis ext. de procur. Bart. d. l. terminato*, prout habet communis practica, quod fiat condemnario expensarum, reseruata moderatione Panor. *in c. 1. nume. 24. de sequest. poss. & fruct.* Et hoc in expensis litis quæ vna cum re accessoriè officio iudicis veniunt. Si verò ex conuentione partium deberentur, vt si partes in cautione dicerent. Tu solues hanc summam damno & expensis, quia tunc si certæ sint, aut certæ fieri possint, ante sententiæ prolationem, certa sententia declarari consultius sit, arg. *l. 3. & l. vltim. C. de sent. quæ sine cert. quant. profer. facit. §. curare. Inst. de actio.* Si vero certæ fieri non possint, vt quia quædam factæ

54.

55.

56.

57.

58.

sunt, quædam verò adhuc faciendæ, tunc valet sententia generalis, videlicet, condemnotein expensis factis, & post hac faciendis, *argum. c. auditis extit. de procurat. c. cum dilecti, in fine extit. de dolo & cont. Specul. titul. de expens. §. postremo vers. item scias.* Et valet huiusmodi sen-
59. tentia generalis, quia postea exequutionis tempore fieri poterit taxatio & probatio sine libello, &alia iudicij tela, vt not. in simili *in d. l. 3. & fac. l. 4. ff. de petit. hared.* Porrò hanc condemnationem expensarum patitur is, qui succumbit in principali, regula enim est, quod victus victori condemnatur in expensis, *l. properandum. §. sin autem alterutra. C. de iudic. Instit. de pœnitent. tem. litig. in princ. c. calumniam extit. de pœnitent. Author. generaliter. C. de Episcop. & Cleric. gl. in d. c. finem litibus extit. de dolo. & cont.* Fallit regula, Primò quando sententia pro absente profertur, *d. l properandum. §. sin*
61. *autem ex gestis. C. de iudic. d. c. calumniam.* Secundò, si iusta causa victum excusetputa, quod habuerit probabilem causam litigandi, *c. cùm veniissent extit. de eo qui mitt. in caus. poss. rei ser. In author. de iud. §. oportet. col. 6. l. qui solidum. §. etiam. ff. de leg. 2. gl. in d. c. finem litibus, ibi author. de But. Panor. numer. 22. & alij extit. de dolo & cont.* (ADDE, *Gail. lib. obsecut. 152. numer. 3.* quorum sententia communis, *Conar. pract. quæstion. cap. 27. numer. 3.* Christophorus Wintzler.) Iusta autem litigandi causa consistit, vel in facto,
62. vel in iure: In facto vt si hæres in arca testatoris inuenerit instrumentum debiti, cui tamen

tamen hærede ignorante ſatisfactum fuerat. Talis enim, ſi ex tali cauſa ductus, litigauerit, expenſarum condemnationem non ſuſtinet, quum iuſtam ignorantiæ cauſam cenſeatur habuiſſe, *argum. c. cum quis in ius de reg. iur. lib. 6.* Intellige tamen iſtud, niſi apertis & publicatis iam atteſtationibus ſuper ſolutione, vel alia legitima peremptoria, ipſe nihilominus in lite perſeuerauerit. Nam tunc in expenſis poſteà factis condemnabitur, quum tunc ſciuerit, vel ſcire debuerit, ſe minùs iuſtam litigandi cauſam habere, vt probatur à ſimili optimo argumento, *l. ſi quis inficiatus. ff. depoſ not. Ioann. de Imol. in d. c. finem litibus.* (ADDE, *inf titul. 46. numer. 42.* Chriſtophorus Wintzler.) Iuſta vero litigandi cauſa in iure conſiſtit, ſi litigator habet communem Doctorum opinionem pro ſe, vel etiam probabilem opinionem alicuius Doctoris celebris & excellentis, *Panor. in d. c. finem litibus, numer. 23. & 26. Iaſ. & alij in d. l. properandum. §. ſin autem alterutra.* (ADDE, *plenius infra titul. 44. 46. numer. 39. & ſeq.*) Tertiò fallit regula, ſi reus habet ligitimam cauſam abſentiæ, *l. properandum. §. ſin autem alterutra in fine. C. de iudic.* Quid in cauſa criminali, *vide in d. c. finem litibus.* (ADDE, *Gail. de obſecut. 152. in princ.* vbi quod victus victori in criminalibus quoque condemnatur expenſis. Idem Gail. communem teſtatur, *lib. 1. de pac. pub. cap. 12. numer. 9. Couar. pract. quæſtion. cap. 27. numer. 2. Grauat. ad veſt. lib. 8. cap. 3. num. 19.*

63.

64.

65.

etiam

etiam iudex malè inquirens. *Gail de obſ.* 152. niſi aliquod iudicium præceſsiſſet Iaſ. *d. §. ſin autem alterutra nu.* 22. Etſi contrarium videatur innuere text. *in l. non ignoret. C. de fruct. & lit. expenſ* diſtinguens inter cauſas criminales & ciuiles, quod in his condemnatione ſumptuum litis, & illis pœna legibus conſtituta victus puniatur. Idem *c. calumniam 4. de pœn.* Sed Bart. determinat, ibi contra Iac. But. qui voluit in criminalibus non condemnari in expenſis, quem ſequutus videtur *Myns. Conſ. 59. nu. 56. Fachin. lib. 1. cap. 42. & in l. 1. in princ. ff. ad S. C. Turpilia.* per tex. ſecundum alteram lecturam. *in l. fin. C. eod. tit. de fruct. & lit. expenſ. nec obſtat. d. l. non ignoret*, quia non negat quin teneatur etiam ad

66. expenſas, vt *ibi Caſt. nu. 6.* Chri. W.) Aduertendum præterea non in omnibus expenſis, victum condemnari debere, ſed in expenſis neceſſarijs tantum, non autem delicatis, *gl. in d. c. finem litibus* & ſic expenſæ factæ in aduocatis & procurationibus, & in itinere, & in hoſpitijs condemnationem veniunt, *l. non ignoret. C. de fructib. & lit. expenſ gl. d. c. finem litibus*, non enim debent conſiderari expenſæ minus delicatæ & voluntariæ, *l ſi ſeruos in fine ff. de pignor. act. gl. expendiſſe in*

67. *c. inprimis. 2. q. 1.* Ideo ſi ruſticus qui ſolitus eſt ire pedeſter, eques, vel vehiculo, ad iudicium veniret, litem ſuam ſollicitandi cauſa, hæ expenſæ non veniunt in refectionem *gl. in l. idemque. §. idem Labeo. ff. manda.* (ADDE *ſ. p. tit. 31. num. 85.*) Nam reſpicienda eſt conſuetudo boni patris

8. familias, *l. vel vniuerſorum. ff. de pignor. actio.* Et deduci debent expenſæ, quas victor domi facturus fuiſſet, *l. ſed etſi lege §. quod autem. 2 ff. de petit. hared. l. ſed etſi lege. §. 1. & ſeq. ff. ad exhib gl. d. verb. expendiſſe in c. inprimis. 2. q. 1. Angel. in l. terminato. C.*

de

*de sent. & lit. expens.* (ADDE, *gl. verb. moderatas in c. statutum. §. insuper ext. de rescript. in 6.* vbi quod secus in iudice, & testibus, qui non deducunt expensas, quas domi facturi fuissent, cuius rationem ibi assignat Franc. nu. 8. quod si laborent pro iure alieno, victor pro iure suo, C. W.) Procedit autem istud in expensis ratione interesse siue victoriæ adiudicatis, secus in expensis ratione contumaciæ soluendis, aut etiam ex iuris dispositione, vt Episcopo visitanti debitis, vel etiam testibus, ad locum iudicij testimonij ferendi causa proficiscentibus exoluendis. (ADDE, *Couar. d. cap. 17. nu. 3. Ias. in d. §. sin autem alterutra. nu. 14.*) Nam non fit deductio eius, quod quis domi erat consumpturus, *l. 3. §. sabino ff. de test. l. quoniam liberi. C. eod. tit.* (ADDE, *hæc supra de probationib. tit. 31. nu. 84.*) Idem & in delegato proficiscente extra domicilium litis causa, *c. statutum. §. insuper. & ibi gl. verbi moderatas de rescript. lib. 6.* 69.

Effectus sententiæ est, quod facit ius inter partes, inter quas est lata, vbi in rem transierit iudicatam, etiam si lata sit contra ius litigatoris, *c. cum inter vos in fine ext. de sentent. & re iud.* quod intellige quantum ad forum exterius attinet, non est securus is, qui postea cognoscit se iniustam obtinuisse sententiam, *secund. Pan. in d. c. cum inter nu. 8* nec enim obligationem naturalem tollit, *l. Iulianus ff. de condict. indeb.* Actoritamen pro quo lata est sententia, datur ex ea actio rei iudicatæ, siue in factum actio, ad præstandum id, in quo reus condemnatus est, *l. actori C. de reb. l. miles §. vltim. ff. de re iud.* & datur hæredibus & in hæredes *d. §. vltim.* Reo autem per sententiam absoluto, datur exceptio rei iudi- *Quis effectus sententie.* 70. 71.

iudicatæ contra actorem & eius hæredem, vel etiam alium eius nomine agentem, *l. rei*
73. *iudicatæ. ff. de exception. rei iudic.* Item si in iudicio Instit. de except. Item sententia non rescinditur prætextu instrumentorum posteà repertorum, *c. inter monasterium c. suborta, in fine ext. de sentent. & re iudic. l. sub prætextu 1. C. de transact on. l. sub specie. C. de re iudic. l. Imperatores. ff. eod.* Item non rescinditur ratione calculi, seu malæ computationis, *l. 2. C. de re iudic. l. vnica. C. de error. calcul.* nisi error calculi in sententia exprimatur, *l. 1. §. 1. ff. quæ sentent. sine appell. rescind.*
74. Item res iudicata pro veritate accipitur, ratione scilicet præsumptionis iuris & de iure, adeò enim ius pro veritate contentorum in sententia præsunt, vt non admittat probationem in contrarium, *de quo in l. res iudicata. ff. de regal. iur. in c. cum inter c. ficut, extent. de sentent. & re iudic.* Item solutum auctoritate rei iudicatæ non repetitur tanquam indebitum, *l. 1. C.*
75. *de condiction. indeb. l. si. fideiussor. 1. §. in omnibus. ff. mand. l. cum putarem. ff. famil. hercis. not. per gl. in l. debitor. §. vltim. ff. ad Trebell. Cyn. & alios in l. cum quis. C. de iur. & fact. ignor.* Et præscripto effectus intellige locum habere, quando sententia est valida, nec appellatione suspensa, alias secùs.

Quot

# Quot modis sententia dicatur nulla.

## TITVLVS XLII.

1. *Sententia ab incompetente iudice lata, est ipso iure nulla.*
2. *Nullitas ex defectu iurisdictionis est omnium potentissima.*
3. *Iudex de alia re iudicans, quam debuit, iudicat.*
4. *Sententia ab excommunicato, & corrupto iudice lata, est nulla.*
5. *Sententia post terminum à superiore statutum lata, est ipso iure nulla.*
6. *Sententia post instantiam lata, est nulla.*
7. *Sententia die festo lata, est nulla.*
   *Ordinarius post sententiam nullam, potest iteratò pronunciare, non delegatus.*
8. *Sententia contra absentem non citatum lata, nullitati subiacet.*
9. *Citatus ab initio ad totam causam, iteratò non citatur ad audiendam sententiam.*
10. *Sententia à non sedente, aut sine scriptis lata est ipso iure nulla.*
11. *Sententia extra solitum locum pronunciata, non valet.*
12. *Sententia in principalem, qui nunquam fuit in iudicio, lata, est ipso iure nulla.*
13. *An necessarium sit adhuc hodiè in procuratorem, & non dominum sententiam concipi.*
14. *Sententia cum falso procuratore, aut sine ordine iudiciario lata, est nulla.*
15. *Sententia contra ius errore expresso promulgata, nullitati subiacet.*

16. *Sententia contra ius partium etiam errore expreſſo valet, & facit ius inter partes.*
17. *Sententia non conformis libello, aut ſuper inepto libello lata eſt nulla.*
18. *Sententia contra mortuum lata, nullitati ſubiacet, etiamſi defenſor aliquis pro ipſo interuenerit.*
19. *Litigante moriente poſt litem conteſtatam, inſtantia transfertur ad haeredem.*
20. *Haeres citatur ad reſumendum litem & cauſam.*
21. 24. *Sententia pro defuncto lata, ſuſtinetur in cauſa fauorabili, aliter non.*
22. *In Camera Imperiali indiſtinctè ſententia valet, quando de morte non conſtat.*
23. *Facti ſpecies, in qua ſententia pro defuncto lata, ſortita eſt.*
25. *Sententia contra iuſtè impeditum non ſuſtinetur.*
26. *Sententia contra pupillos aut adultos lata non tenet.*
*Sententia contra rempub. indefenſam non tenet.*
27. *Sententia poſt ſententiam lata, eſt ipſo iure nulla.*
28. *Sententia ex falſis lata, variis modis retractatur.*
29. *Sententia ex falſis lata tenet, quousq; retractetur.*
30. *Quando praſumatur iudex falſas probationes ſequutus.*
31. *Sententia ex falſis lata, eſt ipſo iure nulla ſecund. Zaſ. contra communem.*
32. *Sententia nulla non poteſt probari à partibus, vt ſententia, ſed vt pactum.*
33. *Agere volens de nullitate, exprimet cauſam nullitatis.*

IMPVGNATVR autem ſententia diffinitiua duobus potiſsimum modis, primò ratione

tione nullitatis, ſecundò ratione iniquitatis, & hoc tripliciter, primò per viam reſtitutionis in integrum, ſecũdò per viam ſupplicationis, tertiò per viam appellationis.

PRIMO dicitur ſententia nulla, ſi à iudice incompente fuerit prolata, *c. & ſi clerici. ext. de iudic. c. ad audientiam. ext de conſuet. C. ſi à non compet. iudic. per tot.* Si quis enim tanquam iudex iudicet, qui nulli præeſt iurisdictioni, eius ſententia non valet, *l. nulli. C. de ſent. & interloq. om. iudic. l. priuatorum. C. de iuriſd. om. iud.* nec tanquam arbitri, quia velut arbiter aditus non eſt, nec tanquam iudicis, quia nec iudex eſt, ſaltem in cauſa de qua iudicauit. Et iſta nullitas, quæ cauſatur ex defectu iuriſdictionis, & potentiſſima inter alias nullitates, vbi enim prohibetur nullitas opponi per ſtatutum vel decretum, poterit tamen opponi, nullitas cauſata ex defectu iuriſdictionis. *gl. vltim. in clem. vnica. de ſequeſt. poſſ & fruct. Angel. in l. 1. C. quand. prouoc. non eſt neceſſ. gl. in l. 1. C. de iur. & fact. ignor. & Salyc. in d. l. 1. C. ſi à non compet. iud.* (ADLE, *Mar. part. 4. princ. diſt. 16. nu. 7. Couar pract. queſt. cap. 25. nu. 4.* Chriſt. Wintzl.) Secundò ſi iudex de alia re iudicauit, quam de qua iudicare debuit, *d. l. 1. & tot. tit. C ſi à non comp.* hoc ita, ſi res. eſt alia, neque contingat rem de qua principaliter iudex fuit aditus, & de qua iudicare debuit, vt ſi aditus ſuper proprietate, iudicauit de poſſeſsione, vel ſuper alia etiam incidenti quæſtione, ſine qua tamen principalis decidi potuiſſet, profectò talis ſententia minimè valebit, nullumque momentum habebit, *l. ſi de proprietate. C. ſi à*

1.

2.

3.

4. *non compet. iudic.* Tertiò ſententia lata ab excommunicato non valet, *c. ad probandum. ext. de ſent. & re iud. c. audiuimus 24. qu. 1.* (ADDE, *Mar. d. act. 1. part. vlt. nu. 99.* Quartò ſententia prolata à iudice, qui pecuniam accepit, non valet, etiamſi iudex iuſtitiam miniſtrauerit, *l. 2. & ibi Doct. ff. de condiction. ob turp. cauſ. l. venales & ibi Caſtrenſ. C. quando prouoc. non eſt neceſſ.* Et ille, qui corrupit iudicem cadit à cauſa, *vt in l 2 l. 1. & ibi Dd. C. de*

5. *pœn. iud qui mal iud.* Quintò nulla eſt ſententia, ſi ſuperior certum terminum aſsignauerit, intra quem ſententiam proferre debet, & iudex, poſt datum terminum pronunciauerit, niſi terminus ille de conſenſu partium fuerit prorogatus, *c. de cauſis. c. conſuluit. ext de offic. iudic. deleg. l. 2. §. ſed ſi iudex. ff. de iudic. l. cum non ex eo die.*

6. *C. quando prouoc. non eſt neceſſ.* Sextò ſententia nulla eſt, ſi feratur poſt lapſam ſententiam, *gl. verbi triennij. in l. properandum. in princ. C. de iud. l. 1. in fin. C. de arbit. Bald. in l. ſcire oportet. §. conſequens. ff. de excuſat. tut.* (ADDE, *Marant. part. 4. princ. diſt. 16. nu. 23. al. nu. 40. & part. 5. nu. 58. part. vlt. 6. part. princ. act. 1. nu. 40.* ſed hoc non procedit de iure canonum, quo inſtantia eſt perpetua, *c. venerabilis. de iudic. gl. de verb. triennij in fine in l. properandum. C. de iudic. vtrobique Dd. plenius inſ.*

7. *tit. 46. nu. 28. in fin.* Chriſtophorus Wintzler.) Septimò ſententia lata die dominico, vel alijs diebus feſtiuis, vel tempore meſsium, vel vindemiarum non valet, *l. 1 l. omnes, l. omnes dies feſtos. C. de fer. l. ſi feriatis ff. eod.* (ADDE, *Gal. lib. 1. obſ. 54. nu 8. Marant d. act. 1. num. 88. part. vltim. 6 part. princ.* Chriſtop. Wintzl.) Sed iſto, quod ſententia die feriato dicta ſit, an nè iudex poterit illam iteratò, die nõ feriato ferre? Et reſpondeo, quod

ſi eſt

si est ordinarius, poterit, secus si delegatus. *l. si vt proponis 1. C. quom. & quand. iud. l. iud. ff de re iud. c. in lit. ext. de offi. iud. del.* Octauo nulla est sententia lata contra absentem, edictis tribus, vel vno peremptorio, ad sententiam audiendam non euocatum, requiritur enim in sent. ferenda citatio partis, si tamen essent præsentes valeret sent. etiam si non essent citatæ, ad ferendam sent. *l. 1. § item cum ex edict. ff. quæ sent. sine app. resc. l. ad perempt. cum seq. ff. de iud. l. ea quæ l. consent. C. quom. & quand. iud.* Similiter non opus est citatione saltem personali ad audiendam sent. si pars in ipso liris exordio citata sit ad totam causam, cum intimatione, siue compareat, siue nõ, iudex nihilominus sit processurus in causa, vsq; ad sententiam diffinitiuam inclus. *c. 2. de dol. & cont. l 6. In. in c. fin. litib. ext. de dol. et cont. Panor. in c. audiis. nu. 7. ext. de proc Bart. in l. statuliber. §. stych. omnia. ff de statul. & in l. consent. C. quo. et quand. iud.* Nonò sent. nulla est ipso iure, si iudex eam non sedendo protuler. *c. vlt. de sent. & re iud. l. 6.* (ADDE, nisi in causis summ. *clem. sæpè de verb. signif.*) Decimò sent. sine scriptis lata non val. *d. c. vlt.* Vndecimò sent. quam iudex in alio loco tulit, quàm consueuerit, aut statuerit, aut si in loco secreto, aut minus honesto, vel securo, *l. si cum dies. §. ff. de arbit. l. cum sent. C. de sent. & interloc. om. iud.* (ADDE, *tit. præc. n. 15.* Duodecimò si principal. condemnatur. qui nunquam fuit in iudic. per se, sed per procurat. *l. 1. C. de sent & interl. om. iud fac. c. olim causam ext. de cens. c. quer. ext. de elect. vbi de hoc breu. causa vide Pan. n. 10.* Nota tamen quod styl. curiarum etiã secularium ferè habet,

8. 9. 10. 11. 12.

13. quod omnes ſententiæ proferantur in perſonam domini non procuratoris. (ADDE, quod etiam ius canonum probat, de quo hæc nullitas parum attenditur, per ea quæ tradit Pan. *d. c. quærelam. numer. 10. Gail. lib. 1. obſ. 111. per tot* vnde. in Camera non obſeruatur niſi in cauſis iniuriarum, ad euitandam infamiam. *Idem Myns. Cent. 6. obſ. 11.* Chriſt. Wintzler.)

14. Decimotertiò nulla eſt ſententia, quæ cum falſo procuratore lata eſt, *l licet. C. de procur. c. in noſtra præſentia. ext. de procurat.* (ADDE, *Marant. part 4. prin. diſt. 16. nu. 13 al. 19. & part. vltim. 6. part. prin. act. 1. nu. 110.* Chriſt. Wintzl.) Decimoquartò nulla eſt, ſi aliquid de iudiciario ordine ſubſtantiali omittatur vel peruertatur, *l. prolatam. C. de ſentent. & interloc. om. iudi. l. 1. C. de exeq. rei iud.*

15. Decimoquintò nulla eſt, ſententia contra ius, expreſſo errore prolata, vt quod minor 14. annis poſsit teſtari, *l. 2. C quand. prouoc. non eſt neceſſ. l. 1. §. 2 ff. quæ ſent. ſine appel. reſcind.* Secus ſi error iuris in ſententia expreſſus non eſſet, exiſtimando cauſam per leges non iuuari, *l præſ. l. cum prolatis. ff. de re iud.* (ADDE, ſi oculo corporali deprehendi non poſſet, ſed intellectus ſaltem. *Marant. d. diſt. 16. nu. 50. al. 74. Idem part. vlt. 6 part. princ. act. 1. num. 117. Vant. de Nullit. ex defect. proceſſ. nume. 122.* Chriſt.

16. Wintzl.) Similiter ſi iudex contra ius partis litigantis ſententiam ferat iniquam, etiamſi error in ſententia appareret, iſta ſententia non erit nulla, ſed faciet ius, ſi partes acquieuerint, *l. 1. in princ. & per tot. tit ff. de appellat. l. 1 §. pariendo. & ibi gl. ff. de liberis exhiben.* Nam iudex etiam iniquè decernendo ius facere dicitur, *l. penult. §. prator. ff. de iuſtic. & iur.* Decimoſextò ſententia

17. nulla eſt, quando non eſt conformis libello, videli-

videlicet, lata ſuper alio quam petitum eſt, *l. fundus. ff. com. diuid. l. vlt. in fine. C. de fideicom. libert.* Decimo ſeptimò ſententia lata ſuper inepto libello ipſo iure nulla eſt, *gl. verb. ſecund. in princ. Inſtit. de obligat. quam ſequitur Bald. in l. actori. C. de reb. cred. & in l. ius pluribus. in princ. ff. de iuſtic. & iur.* (ADDE, *Gail. lib. 1. obſ. 66. per tot.* nili eſſet cauſa, in qua non requireretur libellus. *Mar. d. act. 1. nu. 65.* Chriſt. Wintzl.) Decimo octauò ſententia nulla eſt, quæ fertur contra defunctum, *l. penult. ff. quæ ſent. ſine appell. reſcind.* Hoc autem dupliciter intelligi poteſt ſecund. *Caſtr. in l. in ſumma. ff. de re iud.* (quem refert & ſequitur Zaſius ibidem) quia aut necdum inchoatum erat iudicium, videlicet quod reus dum citabatur vixerat, & dum comparere debuerat, vita defunctus eſt, quo loco ſententia eſt nulla, nec hæredem aliqua parte obligat, *l. in ſumma §. vlt. ff. de re iud.* aut reus citatus comparuit, & inchoatum eſt iudicium, lite verò pendente moritur, quo caſu aliquis tertius vicinus, aut amicus pro eo comparet, & defendit eum, qui fortè neſcitur eſſe mortuus, quo caſu ſi iudex cum defenſore abſentis ita procedat, & ſententiam contra defunctum proferat, nullius erit momenti ſententia, adeò, vt nec contra defenſorem, nec contra hæredem aliquid operetur, *l. de qua re. §. cum abſentem. ff. de iudic.* (ADDE, *Marant part. 4. princ. d. diſt. 16. nu 48. al 72. Idem d. act. 1. part. vlt. 6 part princ. nu 111* Chriſtop. Wintzler.) Et ſi conteſtata lite defunctus ſit, tunc inſtantia litis non finita, in hæredem vniuerſalem transfertur, ita quod hæres in lite ſucco- 18. 19.

ſuccedere poſſit & debeat, *l. tam ex contractibus & ibi gl. & Bald. ff. de iud. l. 2. in fin. ff. de prætorijs ſtip. l. ſi eum hominem. ff de fideiuſſ & ibi Bart. & Doct. in l. ſi conſtante. §. vlti. ff. ſolut. matrim. & in c quia vt. ext. de iud.* (ADDE, *Gail. l. 1. obſ. 37. n. 4. & 9. Mar. part. 5. nu.* 20. *12.*) Citabitur autem hæres de nouo ad reſumendam cauſam contra defunctum inchoatam, & die citationis ſuperueniente, procedetur, vno verbo omnia acta & actitata prehabiti iudicij repetendo, ita quod non inſtituatur nouus proceſſus cum hærede. (ADDE, *Gail. lib. 1.* 21. *obſ. 109 n. 4. et ſeqq Mynſ. Cent. 1. obſ. 85.* C. W.) Contrario verò ſententia pro defuncto lata, tenet ſaltem fauore libertatis *l. cum quaſi in princ. ff. de fideicom. libert* (ADDE, aliter non, *Mar. act. 1. part. vlt. 6. part princ. n. 107. Vant. de nullit. ex defect. iuriſd. ord. n. 106.*

22. Sed in Camera Imperiali ex communi ſtylo ſi iudici ante pronuntiationem de ipſius morte non conſtiterit indiſtinctè, ſiue pro ſiue contra lata, ſuſtinetur, & vis eius in hæredes extenditur Mynſ. *Cent. 1. obſ.* 85. Eodem modo ſi procurator ante mortem fuiſſet litem conteſtatus, aut Dominus pro procuratore præſente & non contradicente ſatis dediſſet de iudicatum ſoluendo, dummodò in perſonam procuratoris concepta & formata fuerit. *Vant. de loc. de nullit. ex def. Iuriſdiction. ordinar. numer. 106.* Chriſtophorus Wintzler.) Ex quo ſequitur idem iuris conſtitui debere, vbi agitur de fauore Eccleſiæ, vel piæ cauſæ ducto argumento à libertate ad piam cauſam, ſecund Bald. *in l. vnica. §. in primo.* 23. *num. fin. C. de caduc. toll.* vbi refert Romæ in conſiſtorio Papæ eiuſmodi quæſtionem deciſam fuiſſe litigante A. contra B. ſuper quodam beneficio, auditor protulit ſententiam pro ipſo A. cre-

Digitized by Goog

A. credens eundem viuere, cum tamen esset mortuus, Deinde quidam C. obtinuit se in locum dicti, A. surrogari & petiuit sententiam in fauorem ipsius A. defuncti latam exequutioni mandari contra dictum B. quo excipiente de nullitate sententiæ, decisum fuit, sententiam valere, & exequutioni mandari debere, contra dictum B. fauore Ecclesiæ, quemadmodũ hoc *in d. l. cũ quasi.* fauore libertatis, cautum, ducto argumento à libertate ad Ecclesiam, vel piam causam quod fieri potest secund Bald. vbi supra quem sequitur Alex. de Imol. *in d. l. eius qui in prouincia. num. 8. ff. ficert. pet.* (ADDE, quod is, dicat hoc speciale ex communi Doctorum opinione, quod sententia *in d. l. cum quasi.* pro defuncto lata valeat fauore libertatis, ac proinde in alijs casibus similem fauorem non habentibus, aliud obtinere & sententiam pro defuncto latam nullitatis vitio subiacere notaui ex Marant. & *Vant. supra nu. 21.* Crist. ℣.) Decimò nono sententia contra absentem infirmitate, vel alio impedimento detentum, per iudicem scienrem prolata, ipso iure nulla est *l. quæsitum. ff. de re iud* (ADDE, si per ignorantem indulgetur restitutio in integrum *Myns. Cent. 4. obs. 57. Z. s. in d. l. quæsitum.* Vicesimò si puelli, adultiuè sine defensoribus iudicium subirent, condemnatiq́ue fuerint, sententia contra eos lata, nulla erit, quamuis si pro eis data sit, teneat, *l cum & minores. C. si aduersus rem iud. l 1. et 2. C si qui legit pers. stand. in iud hab. l. act. in fin. & l. contra pupill et ibi Bart. ff. de re iud. l. non eo minus. C de proc.* (ADDE, nisi fuerit infans, tunc enim nè quidem in eius fauorem tenet, *vt sup. tit. 3. num. 8.* Christ. ℣.) Sic etiam sententia lata

24.

25.

26.

contra rempublicam alicuius ciuitatis indefenſam, eſt ipſo iure nulla, arg. ducto à pupillo ad rempublicam, *text. in l. & ibi gl Bart. C. de iure reipub. lib. 11.* Viceſimo primò ſententia lata poſt
27. aliam diffinitiuam, quæ in rem tranſiuit iudicatam, eſt ipſo iure nulla, *l. 1. C. quand. prouoc. non eſt neceſſ. l. 1. C. ſent. reſcindi non poſſe l. poſt ſententiam. C. de ſent. & interloc. om iud.* niſi in caſibus notatis per gl. vlt. in princ. *in c. inter monaſterium. ext. de*
28. *ſent. & re iud.* Viceſimo ſecundo ſententia lata per falſos teſtes, vel per falſa inſtrumenta, quandoque retractatur per appellationem, quandoque per in integrum reſtitutionem, *l. Diuus. & ibi plenè Bart. ff. de re iud.* vel per querelam falſi, ſic ſententia ex falſis allegationibus lata, *l. ſi prætor. §. marcellus ff. de iud. l. 1. C. ſi tut. vel cur falſ. alleg excuſ. l qui in teſtamento. ff. de excuſat.*
29. *tut.* Tenent tamen tales ſententiæ, quouſque falſitas fuerit detecta, qua detecta & probata reſcinditur ſententia, & quicquid per eam factum eſt, & ſolutum repetitur. *c. bona de confir. vtil. & inutil. c. ſuper eo ext. de crim. de falſi. l. 1. in fine. C. ſi ex falſ. inſtrum.* quod quidem verum eſt ſi iudex ſequutus dicta falſorum teſtium vel inſtrumentorum ſententiam tulit, quod præ-
30. ſumitur, ſi dicat in ſententia, viſis & lectis atteſtationibus & inſtrumentis, &c. alioqui ſi ſecutus alias probationes pronunciauit, licet falſi teſtes, vel falſa inſtrumenta fuerint in cauſa priori producta, non caſſatur quod per legitimas probationes, factum eſt, ſed id ſolum, quod per falſas, *c. 1. & 4. ext. de ſentent. & re*
31. *iud. l. falſam. C. ſi ex falſ. inſtrum.* (ADDE, contra hanc com-

Digitized by Google

communiter receptam opinionem pugnat, *Z ſ.lib.1. ſing. reſporſ cap.13.plenius in d.l.Diuus, & in l. qui agnitis. ff. de except.* volens ſententiam ex falſis probationibus latam, eſſe ipſo iure nullam, neque indigere reſtitutione in integrum, in quo ipſum recentiores plerumque ſequuntur, excepto Menochio, *lib.2.de arbit. iud.caſ.15.* qui communem contra Zaſ. defendit, quorum argumenta non referam. Chriſtophorus Wintzler.)

Notandum quod in caſibus in quibus ſententia data, nulla eſt, conſenſus partium efficere non poteſt, vt valeat tanquam ſententia, *l.ſi expreßim.ff. de appel.* approbari tamen poteſt à partibus, tanquam pactum, ſiue, vt habeat vim pacti, *l 2 & ibi Dd C.com vtriuſque iudic.not.in c.ſignificaſti, vbi Panor. nu 22.ext.de for.compet.* Notandum quoq;, quod vbi quis dicere vult, ſententiam nullam, oportet, quod exprimat cauſam, quæ nullitatem præſupponat, alias nihil agit Bald. *in l.qui teſtamento.in princ. ff. de excuſ.tut.* 32. 33.

## Quomodo ſententia retractetur per viam nullitatis, reſtitutionis in integrum & ſupplicationis.

## TITVLVS XLIII.

1. *Exequutioni nullitas perpetuo opponi poteſt.*
2. *Quando agatur via reuocatoria de nullitate.*
3. *Comperta nullitate iudex denuò cognoſcit.*
4. *Quando agatur principaliter de nullitate, vſque ad 30.annos.*
5. *An per hæc verba,* dico ſententiam nullam, &

si qua est, apello, *dicatur nullitas incidenter aut principaliter interposita.*

6. *Appellationem & nullitatem simul proponere, contraria non sunt.*

7. *Ad euitandam disputationem consultum est alternatiuè proponere.*

8. *Appellans à diffinitiua nullitatem quacunque ex causa probans, obtinet.*

9. *Verbum* appello *in appellatione à diffinitiua continet nullitatem, secus ab interloquutoria.*

10. *Omnis nullitas, iniquitas est.*

11. *Ad effectum deuoluendi, non suspendendi appellari potest à sententia nulla.*

12. *Formalia appellationis etiam à sententia nulla interposita, ante omnia inspice debent.*

13. *Decendio elapso superior non per viam appellationis, sed querela de nullitate adiri debet.*

14. *Quando iudex super nullitate dũtaxat pronũciabit.*

15. *Succũbẽs in appellatione sub qua nullitas simul principaliter deducta, iteratò de nullitate nõ auditur.*

16. *Nullitas incidenter proposita iterum proponi potest.*

17. *Deserta appellatione, an & qua nullitas censeatur deserta.*

18. *Quando pronũciatur bene iudicatũ, appellandũ est.*

19. *Quis sit iudex competens in causa nullitatis.*

20. *In optione grauati coram eodem aut superiore nullitatem deducere.*

21. *Quando nullitas est circa solam sententiam, ex eisdem actis cognoscitur.*

22. *Quando nullitas est circa omnia acta & totum processum, lis redintegrari, & ex nouis actis iterum cognosci debet.*

23. *Quando nullitas est circa partem actorum, illa solummodo remouetur.*

24. *Sententia quomodo retractetur per restitutionem in integrum, remissiuè.*
25. *Quomodo supplicetur aduersis sententiã remissiuè.*
26. *Contra supplicantem intra decendium, non mittitur sententia executioni, nisi præstita cautione.*
27. *In Camera pendente remissione, executio indistinctè suspenditur.*

CONDEMNATVS dupliciter sententiam nullam dicere potest, *secund. Bart. in si expressim. vers. cum aliqua videamus ff. de appell.* incidenter scilicet, & principaliter, Incidenter duplici via, aut circa exequutionem, aut circa reuocationem prioris sententię, circa exequutionem, hoc est, cum prior iudex pergit exequi priorem sententiam, tunc excipitur de nullitate, *l. si prator. §. Marcell ff. de iud* & hoc perpetuò fieri potest, quandocunque venerit aduersarius sentẽtiam suam exequuturus, exceptio enim nullitatis semper opponi potest, dũmodo probetur *arg. l. purè. § vlt. ff. de exc. doli.* (ADDE, *Octauia. Vest. l. 8. c. 1. n. 10. Vant. de nulli. sub tit. Quoties & intra quod temp. null. 9. nu. 8.* C W.) Alia via est subreuocatoria sententiæ, vt cum pars, quæ contra se sententiam datam esse prætendit, velit cognosci denuò de meritis causæ, iterumque pronunciari, quum prior nulla sit, *Bart. in l. si expressim. ff. de appellat.* Comperta itaque nullitate, si iudex videt errorem suum, iam non aliter cognoscet de nullitate, sed reuocata priori sententia, denuò iudicabit. Principaliter verò arguitur sententia nulla, quando allegata sola nullitate, adit quis iudicem, & citato aduersario effert libellum in cau-

in cauſa nullitatis, & petit ſententiam pronunciari nullam. Et hoc iudicis officio, vſque ad 30. annos incluſiuè peti poteſt, *l. omnes l. ſicut. C. de præſcript. 30. anno. Inſt. de perpet. & tempor. act. in princ. gl. in l. quærelam. C. de falſ.* (ADDE, *Gail. lib. 1. obſ. 127. Vant. de Nullit. ſub tit. Quoties & intra quod*
5. *temp. nu. 8.* C.W.) Vel ſi quis lata contra ſe ſententia appellet, hac forma, dico ſententiam nullam & ſi eſt aliqua, appello, tunc enim his verbis nullitas non intenditur acceſſoriè, ſed æquè principaliter, licet contrarium velit gl. *in l. 1. & ibi Salyc. C. quand. prouoc. non eſt neceſſ.* (ADDE, *ibidem Caſtrenſ. in fine Mynſ. Cent. 5. obſ. 91. nu 9*) quia gl. illam reprobat Ioan. de *Imol. num. 5. in l. ſi expreſsim. nu. 4. col. & ibi Bart. idem ſentire videtur. ff. de appellat. Alexand. conſil. 2. vol. 3. incipiente conſideratis, numer. 13. & ſeq. Iaſ in l. 1. num. 7. ff de iuſt. & iur. Nicol. de Middelb. de locis legalibus in loco à natura copulæ verſ. tertio iſtud augumentum.* (ADDE, eorum ſententiam communem eſſe, teſte Couar. pract. quæſtion. *cap. 24. numer. 7. Zuchard. l. fin. numer. 445. C. de edict. D. Adrian. toll. Nicol. Anthon. Grauat. ad Veſt. lib. 8. cap. 1. numer. 15. Vant. de Nullit. ſub titul. Quot & quibus mod. nullit. in iudic. prop. numer. 12.* Chriſtop. Wintzler.) Itaque ſub præſcripta forma proſequitur, quis vtramque viam ſimul æquè principaliter, quod tamen an fieri poſsit, dubitari ſolet, propter incertitudinem & contrarietatem. Communiter tamen tam legum, quam canonum interpretes eiuſmodi appel-
6. lationem admittunt, vt not. per Hoſtienſ. & alios *in c. dilect. ext. de appellat. & conſuetudo probat, Barthol. d. l. ſi expreſsim Caſt. l. 1. C. quando prouoc.*

non

*non eſt neceſſ.* reſpectu enim deuolutionis cauſæ ad ſuperiorem contraria non ſunt, quandoquidem tam ratione nullitatis, quam ratione iniuſtitiæ, cauſa ad ſuperiores deduci poteſt, alternatiuè tamen proponi debet, vt euitetur opinionum contrarietas, quæ in eo eſt, vtrum à ſententia nulla ſimpliciter appellari poſsit. (ADDE, *Panor. in c. dil. 8to. nu. 8 ext. de appell.* Interim magis vera & communis eſt Dd. opinio vtramque ſimul cumulari & proſequi poſſe, Octaua. *Veſt. lib. 8. cap. 1. nu. 5. vbi & Graut. in addit. nu. 23. Vant. ſub tit. Quot & quib. mod. null. propon. num. 14.* Chriſtophorus Wintzler.) Quæritur ergo vtrum appellans nullitatem & iuſticiam ſimul proſequi poſsit, vel tantum ſub appellatione nullitatem? Et 8.
digniſsimè, ſiquidem à ſententia diffinitiua appellans, nullam facit nullitatis mẽtionem, tunc quacunque ex cauſa probauerit, *c, dilecto ext. de appel.* (ADDE, Et ſic intelligo quod tradit. Octauia. Veſt. *lib. 8. cap. 1. num. 1 & 2.* verbum Appello, à 9.
diffinitiua, vi ſua in ventre continere nullitatem, etiamſi illius mentio facta non ſit, ſecus in appellatione ab interloquutoria, vbi iudex ad quem, non aliter de nullitate cognoſcere poteſt, quam ſi in appellatione fuerit expreſſa, aut tanquam cauſa grauaminis deducta, vt ibi per eum & *My. ſ. Cent. 5. obſer.* 10.
*92. Vant. in tract. de null. it ſub tit. Coram quo poſſ. & deb. null. prop. nu. 4. & ſeqq.* quia omnis nullitas eſt iniquitas *l. ſcire oportet. §. fin. & l. qui teſtamento, & ibi Bald. ff. de excuſ. tut.* & in appellatione ab interloquutoria cauſa iniquitatis & grauaminis exprimi debet, *clem. appellanti ext. de appell. c. vt debitus l. eod ſup. in for. appell. ab interloq. verb.* cauſis & rationibus, Chriſtoph. Wintzler.) Vbi ait Ioa. And. quod ex quo appellans proſequi-

ſequitur appellationem, debet illam iuſtificare, probando eam legitimè & ſub debita forma interpoſitam eſſe, quod ſi non fecerit, etiamſi probet nullitatem, tamen non obtinebit
11. in cauſa appellationis, nam licèt ad effectum ſuſpendendi iuriſdictionem & pronunciatum à ſententia nulla appellari non poſsit, ad effectum tamen deuoluendi cauſam ad ſuperiorem, vt diximus ſupra per *d.c.dilecto. & d.l.ſi expreſ. & ibi Bart. l.quædam ff ſam. Herc. l v ff. de iure*
12. *patro.* (ADDE, vnde rectè traditum formalia appellationis ante omnia eſſe inſpicienda Gail. *li.1.obſ.119.*
13. *in princ.* etiam à ſententia nulla interpoſitæ, quia per lapſum decendij tollitur remedium deuolutiuum, & iudex ſuperior non per viam appellationis, ſed querelæ ſuper nullitate adiri debet, *Mar. part. vlti. 6. part princ. act.1.n.fin.* C. W.) Ideoq; ſi iudex appellationis inuenerit ſententiam eſſe nullam poterit ſuper nullitate prouinciare, Sin autem appellans vtramque viam nullitatis ſcilicet & iniuſticiæ ſimul proſequitur, vt quia dicit, dico ſententiam nullam, & ſi qua eſt, appello, tenc ſi iudici conſtiterit de nullitate, pronunciabit ſuper nullitate duntaxat, & non ſuper
14. appellatione, niſi velit pronunciare appellationem fruſtra interpoſitam eſſe, nam appellatio hoc caſu conditionaliter interpoſita eſt, ſi verò ſententiam aliquam eſſe inuenerit, iniquam tamen; tunc pronunciabit in cauſa appellationis, *Bart. d.l ſi expreßim. q. 4. Pan. d.c.dilect. o n. 8.* Quocirca, & illud quæritur, Vtrum ſuccumbens in cauſa appellationis poſtea de nullitate experiri poſsit? & die ſec. Bart. *in d.l. ſi expreßim. & in l. C. quand. prouoc. non eſt neceſſ.* Si nul-
15. litas in cauſa appellationis principaliter de-

ducta

ducta fuerit, vel quia appellans in causa appellationis simpliciter interpositæ principaliter prosequutus est nullitatem, tunc si in appellatione succumbet, non poterit amplius de nullitate agere, *arg.l.2. C. Si ex falsis. instru. & arg.not. per gl.in c. lic.ext.de prob.* Si verò nullitas in causa 16
appellationis modo præscripto deducta non fuerit, sed incidenter, tunc licet quis succumbat ex defectu appellationis, vt quia pronunciatum sit malè appellatum fuisse, poterit tamen postea super nullitate experiri coram iudice competente, *c.lic.et ibi gl.ext.de sent.& excom.li.6.clem.1.de sent & reiud Panor.d.c.dilect.n.9.* (Adde, quia incidenter examinata in vno iudicio 17
non nocent in alio *l.pen.ff.de his qui sunt sui vel alien.iur. l.sed & si ante.ff.de exc. rei ind.Bart.in l.1. C. quand prou.non est necs.Cou.prac.q.c.24.n.8.* vbi hoc communiter receptum ait, quare etsi nullitas incidenter, atque accessoriè nota appellatione deserta, simul deserta dicatur, principaliter tamen nullitas iterum in iudicio potest deduci, *Cou. d. num.8. vers.quod si deserta*, & sic intellige, quod dicitur deserta appellatione censeri desertam nullitatem scilicet, motam incidenter nõ principaliter mouendam, *Idem Myns.Cent.2.ob.f.77. Antho.Grau.ad vest.l. 3.c.16.in fin.Vant.quot. & quib. mo.n.37. & seq.* quinimò nullitas principaliter intentata appellatione deserta, iteratò proponi potest, quia appellatione deserta perinde est, ac si appellatum non esset, quo casu nullitas absque dubio proponi posset, atque hoc crebriori calculo probatum, *Couar.d.c. 24.in fin.*)C. M. ) Si tamen pronunciatum fuis- 18
set malè appellatum & benè iudicatum, tunc ab huiusmodi sententia appellãdum esset, sec. Io.de lig.in cle.si appellationem de app.fac.& quod not.Inn.*in c.super lit.n.7.ext.de resc.* (Adde, *Cou.d.loc.n.8. vbi alleg.Io.de Lig.d.clem. Pau.Imo.& alios.*)

Quod

19. Quod autem dictum est succumbentem ex defectu appellationis, postea nullitatem prosequi posse coram iudice competente, intelli-
ge secundum Io. de Ligna: vbi supra *& Bart. d. l. si expressim.* vt si agatur, vt iudex iterum pronunciet propter nullitatem sententiæ, tunc primum iudicem competentem & cognoscere debere, *arg. l. 4. C. de accusat. l. si præses. C. quom. & quand. iud.* (ADDE in optione grauati est secũdum communem opinionem, nullitatem coram
20. eodem, si saltem ordinarius fuit, vel appellationis iudice deducere. *Gail. lib. 1. obs. 127. n. 61. per tot. Myns. Cen. 5. obs. 92. nu. 6.* Ch. ☞.) Sed vtrum ex nouis an ex prioribus actis sit pronuntiandum de causa
21. principali? distingue: Quia aut nullitas inficit tantummodo corpus sentẽtiæ, aut totum processum, acta & sententiam, aut aliquam actorũ partem. Primùm si iudex in sententia tantum modo nulliter processit, fortè die feriata pronunciauit, quod fieri non potest; alioqui omnia ritè peracta sunt, & bene in tota causa processum est, omnes termini substantiales sunt obseruati, defectus est tantũmodo in die sententiæ, hoc loco iudex ordinarius ex eisdem actis aliam ferre sententiam, quam prius dedit, redintegrare potest, gl. vlt. *in l. si expressim. & ibi Bart. ff. de appel. gl. verbi demùm in l. si vt proponis. vbi*
22. *& Bart. C. quo. & quand. iud.* Secundus casus est, quando nullitas versatur circa acta & sententiam, vt si lis non esset contestata in processu, si de calumnia ab vna parte non iuraretur, cum petitum esset ab altera parte. Item si cum non procuratore, vel contra minorem indefensum

sensum, aut contra absentem causa reipub. sciente iudice processum fuisset, istæ & similes nullitates totum processum inficiunt, & hoc loco iudex ordinarius nisi ex nouo processu iterum cognoscere & iudicare non posset, sed iterum lis inchoari, & omnia non summatim, sed plenariè si ordinaria causa sit, reuocari debent, *l. cum quærebatur. & ibi gl ff. de re iud. l. cum & minores. C. si aduers. rem iudic. Bart d. l. si vt proponis.*

Tertius casus est, quando sententia nulla est cum aliqua parte actorum, vt si partim benè, partim nulliter & malè processum sit, quo casu sententia etiam erit nulla, vt si inter litigantes lis sit contestata, iuratum de calumnia ista sunt benè processa, si interim pendente lite alter moriatur, & nihilominus procedatur ad sententiam, iam est nullitas, non in omnibus sed in aliqua saltem parte actorum, & in sententia, hoc casu remanebunt & non reuocabuntur, quæ bene acta sunt, cæterum in alijs in quibus est radix morbida, iudex ex nouis actis cognoscet, *d. l cum quærebatur. & ibi Bart. ff. de re iud. & in l si vt proponis.* 23.

Quomodo autem sententia impugnetur siue retractetur per in integrum restitutionem, vide breuitatis causa *in c tum ex literis. c. suscitata. ext. de in integ. restit. l. in causa 2. §. vlt. cum l. seq. ff. de minor. 25. ann. latissimè Spec. in tit. de restit. in integ. in secunda parte Spec. Hostiens. in summa tit. de restit. in integ §. in quibus. vers. sed nunquid, & in tot. tit. C si aduers. rem iud.* Et præterea qnomodo per supplicationem principi oblatam, fiat sententiæ retractatio, siue (vt nostri loquuntur) reuisio, vi- *De restitutione et supplicatione aduersus sentẽtiam.* 24. 25.

contra rempublicam alicuius ciuitatis indefenſam, eſt ipſo iure nulla, arg. ducto à pupillo ad rempublicam, *text. in l. & ibi gl Bart. C. de iure reipub. lib. 11.* Viceſimo primò ſententia lata poſt
27. aliam diffinitiuam, quæ in rem tranſiuit iudicatam, eſt ipſo iure nulla, *l. 1. C. quand. prouoc. non eſt neceſſ. l. 1. C. ſent. reſcindi non poſſe l. poſt ſententiam. C. de ſent. & interloc. om iud.* niſi in caſibus notatis per gl. vlt. in princ. *in c. inter monaſterium. ext. de*
28. *ſent. & re iud.* Viceſimo ſecundo ſententia lata per falſos teſtes, vel per falſa inſtrumenta, quandoque retractatur per appellationem, quandoque per in integrum reſtitutionem, *l. Diuus. & ibi plenè Bart. ff. de re iud.* vel per querelam falſi, ſic ſententia ex falſis allegationibus lata, *l. ſi prætor. §. marcellus ff. de iud. l. 1. C. ſi tut. vel cur falſ. alleg excuſ. l qui in teſtamento ff. de excuſat.*
29. *tut.* Tenent tamen tales ſententiæ, quouſque falſitas fuerit detecta, qua detecta & probata reſcinditur ſententia, & quicquid per eam factum eſt, & ſolutum repetitur. *c. bona de confir. vtil. & inutil. c. ſuper eo ext. de crim. de falſi. l. 1. in fine. C. ſi ex falſ. inſtrum.* quod quidem verum eſt ſi iudex ſequutus dicta falſorum teſtium vel inſtrumentorum ſententiam tulit, quod præ-
30. ſumitur, ſi dicat in ſententia, viſis & lectis atteſtationibus & inſtrumentis, &c. alioqui ſi ſecutus alias probationes pronunciauit, licet falſi teſtes, vel falſa inſtrumenta fuerint in cauſa priori producta, non caſſatur quod per legitimas probationes, factum eſt, ſed id ſolum, quod per falſas, *c. 1. & A. ext. de ſentent. & re*
31. *iud. l. falſam. C. ſi ex falſ. inſtrum.* (ADDE, contra hanc com-

communiter receptam opinionem pugnat, *Z. ſ. lib. 1. ſing. reſporſ. cap. 13. plenius in d. l. Diuus, & in l. qui agnitis. ff. de except.* volens ſententiam ex falſis probationibus latam, eſſe ipſo iure nullam, neque indigere reſtitutione in integrum, in quo ipſum recentiores plerumque ſequuntur, excepto Menochio, *lib. 2. de arbit. iud. caſ. 15.* qui communem contra Zaſ. defendit, quorum argumenta non referam. Chriſtophorus Wintzler.)

Notandum quod in caſibus in quibus ſententia data, nulla eſt, conſenſus partium efficere non poteſt, vt valeat tanquam ſententia, *l. ſi expreßim. ff. de appel.* approbari tamen poteſt à partibus, tanquam pactum, ſiue, vt habeat vim pacti, *l. 2. & ibi Dd. C. com vtriuſque iudic. not. in c. ſignificaſti, vbi Panor. nu 22. ext. de for. compet.* Notandum quoq;, quod vbi quis dicere vult, ſententiam nullam, oportet, quod exprimat cauſam, quæ nullitatem præſupponat, alias nihil agit Bald. *in l. qui teſtamento. in princ. ff. de excuſ. tut.* 32. 33.

## Quomodo ſententia retractetur per viam nullitatis, reſtitutionis in integrum & ſupplicationis.

## TITVLVS XLIII.

1. *Exequutioni nullitas perpetuo opponi poteſt.*
2. *Quando agatur via reuocatoria de nullitate.*
3. *Comperta nullitate iudex denuò cognoſcit.*
4. *Quando agatur principaliter de nullitate, vſque ad 30. annos.*
5. *An per hæc verba,* dico ſententiam nullam, & ſi qua



Digitized by Google

si qua est, apello, *dicatur nullitas incidenter aut principaliter interposita.*

6. *Appellationem & nullitatem simul proponere, contraria non sunt.*

7. *Ad euitandam dispntationem consultum est alternatiuè proponere.*

8. *Appellans à diffinitiua nullitatem quacunque ex causa probans, obtinet.*

9. *Verbum* appello *in appellatione à diffinitiua continet nullitatem, secus ab interloquutoria.*

10. *Omnis nullitas, iniquitas est.*

11. *Ad effectum deuoluendi, non suspendendi appellari potest à sententia nulla.*

12. *Formalia appellationis etiam à sententia nulla interposita, ante omnia inspice debent.*

13. *Decendio elapso superior non per viam appellationis, sed querela de nullitate adiri debet.*

14. *Quando iudex super nullitate dūtaxat pronūciabit.*

15. *Succūbēs in appellatione sub qua nullitas simul principaliter deducta, iteratò de nullitate nō auditur.*

16. *Nullitas incidenter proposita iterum proponi potest.*

17. *Deserta appellatione, an & qua nullitas censeatur deserta.*

18. *Quando pronūciatur bene iudicatū, appellandū est.*

19. *Quis sit iudex competens in causa nullitatis.*

20. *In optione grauati coram eodem aut superiore nullitatem deducere.*

21. *Quando nullitas est circa solam sententiam, ex eisdem actis cognoscitur.*

22. *Quando nullitas est circa omnia acta & totum processum, lis redintegrari, & ex nouis actis iterum cognosci debet.*

23. *Quando nullitas est circa partem actorum, illa solummodo remouetur.*

24. Sen-

Digitized by Google

24. *Sententia quomodo retractetur per restitutionem in integrum, remissiuè.*
25. *Quomodo supplicetur aduersis sententiã remissiuè.*
26. *Contra supplicantem intra decendium, non mittitur sententia executioni, nisi præstita cautione.*
27. *In Camera pendente remissione, exequutio indistinctè suspenditur.*

CONDEMNATVS dupliciter sententiam nullam dicere potest, *secund. Bart. in si expressim. vers. cum aliqua videamus ff. de appell.* incidenter scilicet, & principaliter, Incidenter duplici via, aut circa exequutionem, aut circa reuocationem prioris sententię, circa exequutionem, hoc est, cum prior iudex pergit exequi priorem sententiam, tunc excipitur de nullitate, *l. si prætor. §. Marcell ff. de iud* & hoc perpetuò fieri potest, quandocunque venerit aduersarius sentẽtiam suam exequuturus, exceptio enim nullitatis semper opponi potest, dũmodo probetur *arg. l. purè. ſ. vlt. ff. de exc. doli.* (ADDE, *Octauia. Vest. l. 8. c. 1. n. 10. Vant. de nulli. sub tit. Quoties & intra quod temp. null. 9. nu. 8.* C W.) Alia via est subreuocatoria sententiæ, vt cum pars, quæ contra se sententiam datam esse prætendit, velit cognosci denuò de meritis causæ, iterumque pronunciari, quum prior nulla sit, *Bart. in l. si expressim. ff. de appellat.* Comperta itaque nullitate, si iudex videt errorem suum, iam non aliter cognoscet de nullitate, sed reuocata priori sententia, denuò iudicabit. Principaliter verò arguitur sententia nulla, quando allegata sola nullitate, adit quis iudicem, & citato aduersario effert libellum in cau-

in cauſa nullitatis, & petit ſententiam pronunciari nullam. Et hoc iudicis officio, vſque ad 30. annos incluſiuè peti poteſt, *l. omnes l. ſicut. C. de præſcript. 30. anno. Inſt. de perpet. & tempor. act. in princ. gl. in l. quærelam. C. de falſ.* (ADDE, *Gail. lib. 1. obſ. 127. Vant. de Nullit. ſub tit. Quoties & intra quod*
5. *temp. nu. 8.* C.W.) Vel ſi quis lata contra ſe ſententia appellet, hac forma, dico ſententiam nullam & ſi eſt aliqua, appello, tunc enim his verbis nullitas non intenditur acceſſoriè, ſed æquè principaliter, licet contrarium velit gl. *in l. 1. & ibi Salyc. C. quand. prouoc. non eſt neceſſ.* (ADDE, *ibidem Caſtrenſ. in fine Mynſ. Cent. 5. obſ. 91. nu. 9*) quia gl. illam reprobat Ioan. de *Imol. num. 5. in l. ſi expreſsim. nu. 4. col. & ibi Bart. idem ſentire videtur. ff. de appellat. Alexand. conſil. 2. vol. 3. incipiente conſideratis, numer. 13. & ſeq. Iaſ in l. 1. num. 7. ff de iuſt. & iur. Nicol. de Middelb. de locis legalibus in loco à natura copulæ verſ. tertio iſtud augumentum.* (ADDE, eorum ſententiam communem eſſe, teſte Couar. pract. quæſtion. *cap. 24. numer. 7. Zuchard. l. fin. numer. 445. C. de edict. D. Adrian. toll. Nicol. Anthon. Grauat. ad Veſt. lib. 8. cap. 1. numer. 15. Vant. de Nullit. ſub titul. Quot & quibus mod. nullit. in iudic. prop. numer. 12.* Chriſtop. Wintzler.) Itaque ſub præſcripta forma proſequitur, quis vtramque viam ſimul æquè principaliter, quod tamen an fieri poſsit, dubitari ſolet, propter incertitudinem & contrarietatem. Communiter tamen tam legum, quam canonum interpretes eiuſmodi appel-
6. lationem admittunt, vt not. per Hoſtienſ. & alios *in c. dilect. ext. de appellat. & conſuetudo probat. Barthol. d. l. ſi expreſsim Caſt. l. 1. C. quando prouoc.*

non

*non eſt neceſſ.* reſpectu enim deuolutionis cauſæ ad ſuperiorem contraria non ſunt, quandoquidem tam ratione nullitatis, quam ratione iniuſtitiæ, cauſa ad ſuperiores deduci poteſt, alternatiuè tamen proponi debet, vt euitetur opinionum contrarietas, quæ in eo eſt, vtrum à ſententia nulla ſimpliciter appellari poſsit. (ADDE, *Panor. in c. dil. 8to. nu. 8 ext. de appell.* Interim magis vera & communis eſt Dd. opinio vtramque ſimul cumulari & proſequi poſſe, Octaua. *Veſt. lib. 8. cap. 1. nu. 5. vbi & Graut. in addit. nu. 23. Vant. ſub tit. Quot & quib. mod. null. propon. num. 14.* Chriſtophorus Wintzler.) Quæritur ergo vtrum appellans nullitatem & iuſticiam ſimul proſequi poſsit, vel tantum ſub appellatione nullitatem? Et 8.
digniſsimè, ſiquidem à ſententia diffinitiua appellans, nullam facit nullitatis mẽtionem, tunc quacunque ex cauſa probauerit, *c. dilecto ext. de appel.* (ADDE, Et ſic intelligo quod tradit. Octauia. Veſt. *lib. 8. cap. 1. num. 1 & 2.* verbum Appello, à 9.
diffinitiua, vi ſua in ventre continere nullitatem, etiamſi illius mentio facta non ſit, ſecus in appellatione ab interloquutoria, vbi iudex ad quem, non aliter de nullitate cognoſcere poteſt, quam ſi in appellatione fuerit expreſſa, aut tanquam cauſa grauaminis deducta, vt ibi per eum & *My. ſ. Cent. 5. obſer.* 10.
*92. Vant. in tract. de nullit. ſub tit. Coram quo poſſ. & deb. null. prop. nu. 4. & ſeqq.* quia omnis nullitas eſt iniquitas *l. ſcire oportet. §. fin. & l. qui teſtamento, & ibi Bald. ff. de excuſ. tut.* & in appellatione ab interloquutoria cauſa iniquitatis & grauaminis exprimi debet, *clem. appellanti ext. de appell. c. vt debitus l. eod ſup. in for. appell. ab interloq. verb.* cauſis & rationibus, Chriſtoph. Wintzler.) Vbi ait Ioa. And. quod ex quo appellans proſequi-

ducta fuerit, vel quia appellans in causa appellationis simpliciter interpositæ principaliter prosequutus est nullitatem, tunc si in appellatione succumbet, non poterit amplius de nullitate agere, *arg. l. 2. C. Si ex falsis. instru. & arg. not. per gl. in c. lic. ext. de prob.* Si verò nullitas in causa 16
appellationis modo præscripto deducta non fuerit, sed incidenter, tunc licet quis succumbat ex defectu appellationis, vt quia pronunciatum sit malè appellatum fuisse, poterit tamen postea super nullitate experiri coram iudice competente, *c. lic. et ibi gl. ext. de sent. & excom. li. 6. clem. 1. de sent & re iud Panor. d. c. dilect. n. 9.* (Addɛ, quia incidenter examinata in vno iudicio 17
non nocent in alio *l. pen. ff. de his qui sunt sui vel alien. iur. l. sed & si ante. ff. de exc. rei ind. Bart. in l. 1. C. quand prou. non est necs. Cou. prac. q. c. 24. n. 8.* vbi hoc communiter receptum ait, quare etsi nullitas incidenter, atque accessoriè nota appellatione deserta, simul deserta dicatur, principaliter tamen nullitas iterum in iudiciũ potest deduci, *Cou. d. num. 8. vers. quod si deserta*, & sic intellige, quod dicitur deserta appellatione censeri desertam nullitatem scilicet, motam incidenter nõ principaliter mouendam, *Idem Myns. Cent. 2. ob. f. 77. Antho. Grau. ad vest. l. 3. c. 16. in fin. Vant. quot. & quib. mo. n. 37. & seq.* quinimò nullitas principaliter intentata appellatione deserta, iteratò proponi potest, quia appellatione deserta perinde est, ac si appellatum non esset, quo casu nullitas absque dubio proponi posset, atque hoc crebriori calculo probatum, *Couar. d. c. 24. in fin.*) C. M. ) Si tamen pronunciatum fuis- 18
set malè appellatum & benè iudicatum, tunc ab huiusmodi sententia appellãdum esset, sec. Io. de lig. in cle. si appellationem de app. fac. q quod not. Inn. *in c. super lit. n. 7. ext. de resc.* (Addɛ, *Cou. d. loc. n. 8. vbi alleg. Io. de Lig. d. clem. Pau. Imo. & alios.*)

Quod

fensum, aut contra absentem causa reipub. sciente iudice processum fuisset, istæ & similes nullitates totum processum inficiunt, & hoc loco iudex ordinarius nisi ex nouo processu iterum cognoscere & iudicare non posset, sed iterum lis inchoari, & omnia non summatim, sed plenariè si ordinaria causa sit, reuocari debent, *l. cum quærebatur. & ibi gl ff. de re iud. l. cum & minores. C. si aduers. rem iudic. Bart d. l. si vt proponis.*

Tertius casus est, quando sententia nulla est cum aliqua parte actorum, vt si partim benè, partim nulliter & malè processum sit, quo casu sententia etiam erit nulla, vt si inter litigantes lis sit contestata, iuratum de calumnia ista sunt benè processa, si interim pendente lite alter moriatur, & nihilominus procedatur ad sententiam, iam est nullitas, non in omnibus sed in aliqua saltem parte actorum, & in sententia, hoc casu remanebunt & non reuocabuntur, quæ bene acta sunt, cæterum in alijs in quibus est radix morbida, iudex ex nouis actis cognoscet, *d. l cum quærebatur. & ibi Bart. ff. de re iud. & in l si vt proponis.* 23.

Quomodo autem sententia impugnetur siue retractetur per in integrum restitutionem, vide breuitatis causa *in c tum ex literis. c. suscitata. ext. de in integ. restit. l. in causæ 2. §. vlt. cum l. seq. ff. de minor. 25. ann. latissimè Spec. in tit. de restit. in integ. in secunda parte Spec. Hostiens. in summa tit. de restit. in integ §. in quibus. vers. sed nunquid, & in tot. tit. C si aduers. rem iud.* Et præterea qnomodo per supplicationem principi oblatam, fiat sententiæ retractatio, siue (vt nostri loquuntur) reuisio, vi- 24. 25.

*De restitutione et supplicatione aduersus sententiam.*

de in l. vnica. C. de sentent. præfect. prator. Hostiens. in sum. de sententia §. quot species vers. diffinitiua art. 6. Spec. tit. de supplicat. (ADDE, Si quis supplicauerit
26. aduersus sententiam alicuius, à quo appellare non licuit infra decendium sententia non aliter exequutioni demandatur, nisi præstita cautione, per partem victricem de restituendo rem cum augumentis, post decendium autem infra biennium adhuc supplicare quidem licet, verum sententia absque vlla cautione exequutioni, postmodum tamen retracta sententia retractandæ, damandatur *Author. quæ supplicatio. C. de precib. Imp. offerend. Marant. d. part. vlt. act. 2. num. 15.* Quare autem à sententia supremi magistratus supplicare non autem appellare liceat, tra-
27. dit *l. præfecti. ff. de minor. vt inf. tit. 44. num. 33.* In Camera Imperiali, pendente huiusmodi supplicatione siue reuisione, prout loquuntur, exequutio tantisper suspenditur *Gail. lib. obs. 154. num. 3. & 4.* quæ qualiter & quando ibidem instituenda & petenda vide ordinat. Came. *part. 3. tit. 51. §. 2. Gail. lib. 1. obs. 155. adde inf.* quæ impediunt exequutionem.

## De appellatione à sententia diffinitiua.

## TITVLVS XLIIII.

1. *Appellandi vsus frequens & necessarius.*
2. *Sententia iniusta meretur exequutionem.*
3. *Non appellans à sententia iniusta, sibi imputare debet.*
4. *Appellando iudici iniuria non infertur.*
5. *Forma appellandi viua voce.*
6. *Iudex in dubio appellationi deferre debet.*
7. *Forma respondendi de Apostolis.*

8. Quis

8. *Quibus verbis in Curijs Colonienſibus viua voce appelletur, & de apoſtolis reſpondeatur.*
9. *Qui ſint termini conſueti ad faciendam diligentiam & expediendum reſcriptum circa appellationem.*
10. *Illicò viua voce appellare licitum.*
11. *Quando dicatur illicò & incontinenti fieri.*
12. *Ex interuallo inſcriptis appellandum.*
13. *Qua forma conficiatur ſchedula appellationis à diffinitiua.*
14. *Confeſſus appellans exprimet cauſam appellationis.*
15. *Appellans à reductione ad arbitrium boni viri, qualitatem leſionis exprimere debet.*
16. *Appellans à tribus conformibus exprimet cauſam.*
17. *Quando cauſa commiſſa*, appellatione remota, *cauſa exprimenda eſt.*
18. *Tertius appellans exprimere debet cauſam.*
19. *Appellans in caſu prohibito cauſam inſerere debet.*
20. *Omnis grauatus etiam excommunicatus appellare poteſt.*
21. *Excommunicatus extra iudicium appellare non poteſt*
22. *Tertius, cui per ſententiam praiudicium illatum, auditur appellans.*
23. *Quodlibet praiudicium ſiue tale, qualis præſumptio, ſufficit tertio ad appellandum.*
24. *Nullū intereſſe prætendens, appellãdo non auditur.*
25. *In quacunque cauſa appellare permiſſum.*
26. *Ab interloquutoria, de iure ciuili non appellatur.*
27. *Vbi per interloquutoriam grauamen irreparabile infertur, appellare permittitur.*
28. *Appellatio à tortura ante inhibitionem ligat manus iudicis.*

50. *Quæ appellatio censeatur remota per clausulam* appellatione remota.
51. *Legatus Apostolicus non potest committere causam,* appellatione remota.
52. *Clausula,* appellatione remota, *non extenditur ad quæstionem nullitatis, aut tertium.*
53. *A sententia Senatus Mechlinensis & Cancellariæ Brabantiæ non appellatur, sed supplicatur benè.*
54. *A principe seu Senatu male informato ad melius informandum benè appellatur.*
55. *A sententia arbitri non appellatur.*
56. *Ab arbitris iuris appellare permissum.*
57. *Casus aliquot in quibus arbitri iuris eliguntur.*
58. *A sententia arbitratoris non recipitur appellatio.*
59. *Quando reductio à sententia arbitratoris habeat locum.*
60. *A sententia reductionis non appellatur.*
61. *Ab excommunicatione non ad suspensiuum, sed alios effectus benè appellatur.*
62. *A iudice cuius conscientia causa omissa, quomodo non appelletur.*
63. *Ab Episcopo ex prorogata iurisdictione cognoscente, non appellatur.*
64. *In quibus personis, & quomodo hoc procedat.*
65. *A tertia conformi non appellatur.*
66. *Ad summum Pontificem omisso medio appellari potest, & in quibus casibus hoc procedat.*
67. *Ad legatum de latere, omisso medio appellatur.*
68. *Regulariter gradatim appellandum.*
69. *A quibus de iure ciuili gradatim appelletur.*
70. *Intellectus l. præcipimus. C. de appellat.*
71. *Quare ius ciuile velit gradatim appellari.*
72. *Ex consuetudine & parte non opponente valet ap-*

pellatio omisso medio.

73. Quando Archiepiscopus litigat cum subdito sui suffraganei, appellatur omisso medio.

74. Quando medium inhabile appellatur ad superiorẽ illo omisso.

75. A delegato ad vniuersitatem causarum ad quem appelletur.

76. A delegato ad vnam causam, ad quem appelletur.

77. Quando recusatus delegat, non appellatur ad delegantem.

78. Ex fraude sua nemo commodum reportabit.

79. A subdelegato à delegato Principis ad quem appelletur.

80. Casus, in quo non potest appellari ad Papam, omisso medio.

81. Ratio ob quam præmisso casu ad Papam appellari nequeat.

72. Ad quem appelletur à subdelegato inferioris à Principe.

83. Delegatus ad vniuersitatem causarum in quo censeatur quasi ordinarius.

84. A Commissario Officialis Colonienſis, appellatur ad ipsum Officialem.

85. Intellectus l. 1. § ab eo. ff. Quis & à quo ap.

86. Quis dicatur delegatus ad vniuersitatem causarũ, & quis vicarius seu locum tenens.

87. Vicarius tenet vnum tribunal cum suo constituente.

88. Ab officiali foraneo appellatur ad constituentem.

89. Ab Officiali VVerlensi appellatur ad Archiepiscopum Colonensem constituentem.

90. Quare appellandi forma, ad illum seu illos ad quem vel quos &c. sit vtilis.

91. De

91. De iure ciuili generalis appellatio tenet.
92. Genus non verificatur niſi in vna ſpecie.
93. An de iure Canonico valeat generalis appellatio.
94. In dubio cenſetur quis iure communi vti.
95. Incertitudo iudicis ad quem &c. declaratur in perſequutione appellationis.
96. Verius eſt de iure Canonico etiam valere generalẽ appellationem.
97. Apoſtoli intra triginta dies ſapius peti debent.
98. & 104. Non petens apoſtolos cenſetur appellationi renunciare.
99. Apoſtoli ſiue literæ dimiſſoriæ quæ ſint, & vnde ſic dicantur.
100. Apoſtoli teſtimoniales, & reuerentiales qui ſint.
101. Reuerentiales quomodo à dimiſſorijs diſtinguãtur.
102. Apoſtoli refutatorij qui ſunt.
103. Formulæ apoſtolorum remiſſiuè.
105. Non comparens termino ad recipiendum apoſtolos ſtatuto, cenſetur appellationi renunciare.
106. Non ſufficit in termino comparere, niſi ſimul & apoſtoli petantur.
107. Quando iudex non dat primo termino apoſtolos, appellans non tenetur ſecundò comparere, & iterum petere.
108. A quo tempore incipiat currere tẽpus appellationis.
109. Intellectus l. Iudicibus. C. de appel.
110. Forma reuerentialium apoſtolorum.
111. Iudex deferendo abdicat à ſe omnem iurisdictionẽ.
112. Appellatione pendente omnia in ſuo ſtatu manere debent, nec aliquid nouari.
113. Textus l vnica. ff. nil. no. appel. pend.
114. Quando reuocentur attentata pendente app. à diffinitiua & interloquutoria.

115. Ex prouisione l per hanc innouari licet.
116. Contra tertium, & illud quod in causa principali, & in causa appellationis attentari potest.
117. In causa criminali quomodo innouari possit.
118. Appellatione frustatoria, & in casu prohibito pendente, attentari licet.
119. Fructus pendente appellatione sequestrari possunt.
120. Circa appellationem quatuor considerantur tempora.
121. Tempus prosequenda & finienda appellationis quantum.
122. Terminus introducenda appellationis quis, & quid contra illum fierr debeat.
123. Terminus prosequenda appellationis potest abbreuiari.
124. Terminus hominis succedit in locum termini iuris.
125. Quis dicatur appellationem prosequi.
126. Quomodo soleat appellans docere de sua prosequutione.
127. Termino ad capiendum iter, & præsentandum se iudici ad quem, quomodo satisfiat.
128. Terminus ad præsentandum se iudici ad quem in his partibus non præfigitur.
129. Quomodo satisfiat termino ad prosequendam appellationem simpliciter statuto.
130. Terminum ad faciendum fidem iudici, à quo non tenetur appellans inuitus recipere.
131. Quibus verbis statuatur terminus ad faciendum fidem.
132. Appellante non faciente fidem in termino, sententia exequutioni demandari potest.
133. Termino ad faciendum fidem elapso, causa verè non

*non censetur deserta, si in termino prosequatur.*

QVONIAM appellandi vsus perquam frequens est & necessarius, quippe qui iniquitatem iudicantium vel imperitiam corrigat, *l. 1. ff. de appellat.* Idcircò de appellatione paulò fusius erit differendum. Quocirca sciendum est sententiam etiam iniustam non retardare exequutionem, nisi ab ea appelletur, nec absurdum est, quod sententia iniusta aliquid operetur, quia licet sit error iuris commissus, tamen tacitè & tectè, & sic non est offensum ius positiuum, sed tantummodo ius litigatoris, *l pen § prætor. iuncta gl ff. de iust. et iur. l. præses. l. cum prolatis. ff. de re iudic.* qui si patitur istam sententiam iniustam, & non appellat, suo facto confirmat, quod sibi imputet, *l. vlti. C. de sentent. quæ sine cert. quant* & non conqueratur de iniusticia, quam poterat appellando amoliri, *d. l. 1. ff. de appellat. l eos § si quid autem. C. de appellat.* (ADDE, nec oportet iudicem eo, quod litigator ad prouocationis auxilium conuolauit iniuriam sibi fieri existimare, *text. l. & in maioribus in fine. C. de appella.* Ch. W.) Quamobrem si litigator se per præscriptam iudicis sententiam iniustè condemnatum putet, appellationis remedio sibi subueniat, & incontinenti lecta sententia, ab ea viua voce appellet, his vel similibus verbis.

1.

2.

3.

4.

Ego Titius à sententia contra me lata, ad Sanctissimum in Christo patrem & Dominum nostrum N: pontificem modernum, eiusque sanctam sedem Apostolicam, ac illum seu illos, ad quem vel quos de iure vel consuetudine prouocare possum & debeo, pro-

I. II. III. IIII. V. 5.

uoco,& appello,apoſtoloſque mihi dari, deq; illis reſponderi peto 1.2.3 ac inſtanter,inſtantius, & inſtantiſſimè.

6. Hac forma appellatione à diffinitiua interpoſita,& petitis Apoſtolis, iudex omninò appellationi in dubio deferre debet,c.venientes ext.de iureiur.l.quoniam iudices.l iudicibus. C.de appel.c.vt ſuper de appel.libr.6.Et ideò ſtatim reſpondendo de Apoſtolis ferè reuerentiales dare ſolet, cum præfixione termini ad proſequendum appellationem, hoc verborum tenore.

7. Tametſi non credamus nos te in aliquo graUaſſe, ob reuerentiam tamen ſedis Apoſtolicę ſeu illius, vel illorum, ad quem ſeu quos ap-
VI. pellaſti,appellationi tuæ deferimus.Et prętę-
VII. rea quatuor mẽſes proximos tibi pręfigimus, duos videlicet ad appellationem huiuſmodi in Romana Curia aut alibi proſequendum,& duos reliquos ad fidem nobis faciendum de huiuſmodi appellationis proſequutione, & circa eam diligentijs factis.

Et de huiuſmodi Apoſtolorum reſponſione & cæteris præmiſſis rogare ſolet appellans à Notario cauſæ præſente inſtrumentum publicum.(ADDE,Hãc formam PROCURATORES Co-
8. lonienſes breuius expedire norunt, dicentes à tali ſententia,ſalua nullitate,prouoco & appello, petõs mihi 1.2.3.de Apoſtolis reſponderi,non expreſſo iudice ad quem,quia ſubintelligunt immediatè ſuperiorem, videlicet ſummum Pontificem, & eius Legatum,aut Cameram Imperialem, ad quam ſæpiſſimè pro qualitate cauſæ per viam appellationis connotant.Et hæc Notarij extendere non negligunt; ad

quam

quam appellationem ſic viua voce interpoſitam Iudex reſpondendo, aliquando ſtatuit terminum iuris qui eſt triginta dierum vel breuiorem petendi & recipiendi apoſtolos iuxta *cle. 2. ext. de appel.* aliquando dat apoſtolos incontinenti, aut refutatorios, dicẽdo, Non credimus grauaſſe, aut reuerentiales, ſub his verbis, deferimus cum terminis conſuetis. Qui termini ſunt ſex menſium ad Cameram Imperialem ex ordinatione eiuſdem. Quatuor ad ſedem apoſtolicam quorum duo priores ſeruiunt, ad arripiendum iser verſus dictam ſedem apoſtolicam, vel faciendam aliquam diligentiam circa impetrationem reſcripti vt hic in textu, infra quos præſentant alicui Romipotæ (vt appellant) qui Romam ſcribere, & huiuſmodi reſcripta expedire ſolet, ſupplicationem cum auro & argento, petendo eandem ad Romanam curiam tranſmitti, & reſcriptum in forma expediri. Duo poſteriores menſes ad docendum de huiuſmodi diligentia, & introducendum cauſam coram ſuperiore & impetrato iudice vt hæc vſus docet. Chr. ☞.

Quod ad hãc formã attinet, illud imprimis ſciendum eſt, litigatoribus permitti eiuſmodi forma ex non ſcripto prouocare à ſententia iudicis, modò fiat illicò, hoc eſt, eodem die, antea quam iudex & litigatores ad alios actus diuertant. *Martia. in l. 2 ff. de appel.* Sed ſi (inquit) apud acta quis ipſo die, voce appellauerit, ſatis erit, ſi dicat, appello. accedit *l. litigatoribus C eod. tit.* (ADDE, etiamſi iudex alias cauſas tractauerit, & exped uerit, non recedendo à tribunali ad alios planè extraneos & extraiudiciales actus, ſecund. Dd. communiter *Mar. dict. act. 2. n. 125. al. 137. Anthon. Gratiat. ad Veſi. lib. 7. cap. 3. num. 6.* Ch. ☞. Deinceps verò oportet in ſcriptis appellare. *l. 3.*

*Forma interpretatio* 10.

11.

12.

*l. à ſen-*

*l.à sent.§.vlt.ff de appell.l.eos.§.si autem in iud.C.d.t. l.1 §.dies autem.ff. quando appell. sit & int. quæ temp.*

13. Conficieturque tum hic libellus appellatorius. (ADDE, qui in praxi nostra schedula appellationis vocatur, Ch.W.) Eadem ferè forma, qua in appellatione ab interloquutoria, eo dempto, quod causa appellandi exprimi & specificari non sit necessum in appellatione à diffinitiua, vt diximus supra, sub forma libelli appellatorij ab interloquutoria, in verbis causis & rationibus num. 5. (quæ est sub tit. 18. num 19. & seq.) Hoc tamen fallit, quando sententia fertur contra confessum in iure. Nam à tali sententia appellari quidem potest, sed in eius appellatione debet exprimi causa, quare debeat recipi, puta, quia dicat Domine iudex lata est contra me sententia, quia confessus, à qua tamen appello, quia mea confessio facta est per metum, tormenta vel errorem, *c. Romana.§.sin autem.& ibi Archid.de appellat.lib.6.Spec. tit.de appell §. in quib. vers sed nunquid c.quicunque 2. q 6 l.creditor.§.missus ff.de appell. patet in l.obseruare in fin.C.quor.appell.non recip.*

14.

15. Secundò fallit in appellatione reductionis, ad arbitrium boni viri, in qua debet qualitas & quantitas læsionis exprimi; aliàs simplex appellatio non tenet, *Bald.in l. vnica num.5.C.de his quæ pœn. no de quo inf. plenius casu decimo septimo nu.70.*

16. Tertiò failit, vbi latæ sunt tres sententiæ conformes, quibus non obstantibus si victus appellat, & iudex pronunciat non esse deferendum appellationi, tunc appellans à tali sententia, debet exprimere causam, *Bald.in l. vnica. num. 6. C.ne lic.in vna cauf.*

*cauſ. ter prouoc.* Quartò fallit, quando cauſa eſt alicui delegata cum clauſula, appellatione remota, tunc enim talis appellans exprimere debet cauſam, aliàs appellatio non tenet. *Innoc. in c. vt debitus. nu. 5. ext. de appellat.* (Adde, *Mar part. vlt. 6. part princ. act. 2. nu. 143. al. 155.*) Quintò fallit, quando tertius, qui iudicio non interfuit, appellat pro ſuo intereſſe, *l. à ſententia. & ibi Bart. ff. de appell. c. cum ſuper. ext. de ſentent. & re iud.* Ratio eſt, quia regulariter non licet appellare à ſentẽtia inter alios dicta, *vt in d. l. à ſent.* Quum ergo appellatio iſta per tertium interpoſita, ſit contra regulas iuris, oportet vt cauſa exprimatur, quæ eam iuſtificet, quia geſtum contra legem eſt nullum, *l. non dubium. C. de legib.* (Adde, *Gail obſ. 122. num. 5.*) Et ideo communis traditur regula, quod vbicunque prohibetur appellatio, ſi quis appellat, tenetur exprimere cauſam, aliàs non tenet appellatio, *c. vt debitus. ext. de appell Lap. in c. Romana. §. ſin autem. ext. de appellat. lib. 6 & ibi gl.* quia præſumptio eſt contra appellantem. (Adde, *Mar. d. act. 2. num. 172. al. 183. Couar pract. quæſt. cap. 23. nu. 5. Octauia. Veſt. lib. 7. cap. 3 num. 10.*)

17.

18.

19.

Ego Titius, Omnis condemnatus, vel oppreſſus, qui ſe iniuſtè per ſententiam grauari putat, apeellare poteſt, *c. omnis oppreſſus. 2. q. 6. l. eos. C. de appell. l. 1. ff. eod.* Etiam excommunicatus, *c. reuera. 3. q. 9. c. cum inter. c. vlti. ext. de except.* Quum omnis defenſio ſibi reſeruetur, & appellatio ſit quædam defenſio ad remouendum grauamen inſtituta *c. ſuggeſtum ext. de appell. d. l. 1. ff. de appell.* Quod intellige de appellatione

I.

20.

tione iudiciali. Quia excommunicatus extra
21. iudicium appellare non potest, quando appellatio est merè extraiudicialis, not Innoc. *in d.c.cum inter. & ibi latè Panor.nu.17.& seq. & in c. significauerunt.eod.tit.* quia appellatio extraiudicialis, est quædam prouocatio ad causam, *c.cùm sit Romana, ext. de app.* Sed excommunicatus ad causam prouocare non potest. Ergo &c. *c.intel leximus.ext.de iud.c.pia de except lib.6 vbi o. And.& alij latius inf.n.61.sub limit 18.* Quiuis etiam tertius cuius interest, etiamsi in iudicio non fuerit, au
22. ditur appellans, *c.cum super ext.de sent. & re iud. l. si suspecta ff.de inoffic testam l.à sententia in princip.l.si perluserio ff. de appel.* Licet regulariter à sententia inter alios dicta appellari non possit, *d.l. à sententia.* Fallit enim vbi ex sententia inter alios dicta infertur præiudicium, vt in casu *l.sæpè ff.de re iud.& d l à sententia.in princ.* nempè quãdo sententia fertur contra hæredem in præiudicium testamenti, tunc enim & legatarij appellant. Idem quando per sententiam saltem
23. quale quale præiudicium tertiò infertur. *d.l à sententia.in d.c.cum super ext.de sent. & re iud.* Idem si præiudicat, quòad qualem qualem præsumptionem, & ideò à sententia contra hæredem lata, cæteri cohæredes appellare possunt, ne illa sententia vel acta aliquam faciant contra eos præsumptionem, cùm agetur super portionibus ipsorum. *d l.à sententia in princ.* Et similiter quando interest ratione cuiusdam humanita-
24. tis, vt in criminalibus. *l. non tantum ff de appel.* Si autem tertius nullum interesse prætendere possit. vt dictum est, & vide pleniùs per *Doct. in d.c.*

*d.c. cum super ext. de sent. & re iud. & Bar. in d l. à sententia & in d. l. si per lusorio. ff de appel.* Adde, de tertio interuenienti & interesse prætendenti plenè *Gail. bos. 122. Couar. pract. quæst. c. 13. 14. & 15. per tot.* Christop. Winzler.

A sententia contra me lata. In omni causa tam criminali, quàm ciuili, & ab omni sententia regulariter potest appellari. *l. litigatoribus. l. & in maioribus. C. de appel.* (Adde, tam in minori, quàm maiori causa, *d. l. & in maioribus, etsi Marant. d. act. 2. nu. 315. aliàs 326. & seq.* existimet in minoribus & exiguis causis de iure ciuili appellare non esse permissum, quod apertè pugnat cum *d. l. & in minorib. & c. de appellationibus. 11. ext. de appellat.* quod ius ciuile satis interpretatur. *arg. c. 1 & 2. ext. de nou. ope. nunc.* idque ita expressè tenet *Ostania. Vest. li. 7. c. 3. n. 1.* C. W. nisi appellatio specialiter inueniatur prohibita, gl. vlt. in fin. & ibi Dd in d. l. qui restituere. ff de rei vend. vbi autem sit prohibita ex sequentibus licebit cognoscere. Primò prohibita est appellatio à sententia interloquutoria de iure ciuili. *l. ante sententiam. ff. de appel. recip. l. ante sententia. C quor. appel. non recip.* (Adde, Quod Camera in decernendis processibus sequitur. *Gail. obs. 129. n. 1.* W. Fallit in duobus casibus: Primus quando grauamen per interloquutoriam illatum, nó potest reparari per appellationem in diffinitiua. (Adde, *Gail. d. nu. 1. obs. 132. nu. 2*) vt si iudex decreuerit quem torquendum esse, hoc enim grauamen torturæ non potest tolli in diffinitiua, *d. l. ante sententiam. & ibi gl. & plenè Bart. ff. de appel. recip. qua est 2. q. 6. ca. non solent. §. ante sentent. not. in Clem. 1. de haret.* Et huiusmodi appel-

11. 25. 26. 27.

quutoriæ. Nam exprimēdo coram eo cauſam rationabilem, poterit ipſe reuocare, ſi viderit ſe malè interloquutum fuiſſe. *c. cum ceſſante ext. de appel. l. quod iuſſit ff. de rei. iud* (Adde Gail. d. obſ. 130. nu. 1. & ſeqq.) Porrò iure canonico appellatur à quacunque interloquutoria & à quocunq; grauamine ſiue in iudicio ſiue extra iudicium illato *c. ſuper eo 2. c. vt debitus ext. de appel.* (. Adde Gail. d. obſ. 129. nu. 1. Mar. d. act. 2. nu. 267. al. 278.) Secundò contumax à ſententia non appellat *c. ei qui appellat §. ſunt etiam quorum 2. q. 6. l. properandum §. fin autem reſtit C. de iud. l. & poſt edictum §. vlt. ff. de iud. l. ex conſenſu §. vlt. ff. de appel. quod intelligē de vero contumace & vide gl. vlt. in clem. vnica de dolo & cont.* (Adde, etiamſi fuerit contumax ad ſolam ſententiam *Mar. part. 1. 6. part. princ. memb. 2. nu. 17. Item part. vlt. 6. part. princ. act. 2. nu. 275. al. 284.* Et hoc verūm in contumace vero, qui fuit citatus per inſinuationem copiæ citationis vel nuncij relatione in perſonam non vxoris, vel domeſticorum, quia quando hi referunt citationem ad domum factam citatus non verus, ſed fictus contumax dicitur, qui appellat *Mar. d. act. 2. nu. 275. & 277. al. 285. & ſeq.* & hoc communibus doctorum ſuffragijs probatum *Nicol. Antho. Grauat. ad Veſt. libro 7. cap. 3. num. 53. & ſeq.* 32. 33. 34.

C. Tertiò, homicida, veneficus, adulter, manifeſtam violentiam inferens inſignis latro, concitator ſeditionis, dux factionis, raptor virginum, ſi ſit argumentis ſuperatus, teſtibus conuictus, voce etiam propria confeſſus non auditur appellans, ſed ſtatim ſententia in prædictos eſt exequenda *d. c. ei qui §. ſunt etiam verſ. nullus etiam 2. q. 6. l. conſtitutiones ff. de*

*appel l.vnica.§. quibus.C. de rapt.virg.l. obseruare.C. quor.appel. non recip.* (ADDE, *M.d.act. 2. part. vlt.6. part.princ. nu.281.al.202.Couar. pract.quæst. cap.23. nu.5.Oldau.Vest.lib.7. ca.3.nu.16.& ibi Antho. Granat.nu. 84.* qui
35. hæc pleniùs declarant. Et eò magis procedét in Camera Imperiali,in qua ex ordinatione eiusdem *part.* 2.cap.28.appellatio in criminalibus non recipitur. *Myns. Cent.q.obs.* 41. quod ex cõsuetudine Germaniæ ita seruari testatur *Gail.l.1.obs.1.nu.*28. imò totius ferè Christiani orbis. *Couar.d. nu.*5. ratione nullitatis tamen ad Cameram deuoluitur-*Gail.d.num.* 28.C. ℣.
36. Quartò officiali Curiæ puta exequutori,& tabellioni condẽnato ratione administrationis, in qua deliquit,appellare nõ licet,*d.c.qui appel*
37. *lat vers.nulli l.nulli C. quor.appel.nõ recip.*(ADDE,*Mar. d.act.2.nu. 290. & seq. al.nu. 301. & seq.*) Quintò non appellatis, à quo fiscalis calculi satisfactio,aut tributariæ functionis munus,vel euidentis & conuicti debiti publici vel priuati redditio expoſcitur, *d.c. qui appellat §. sunt etiam vers.quoties.l.abstinendum.& l.vlt.C quor.ap. non recip.*(ADDE, hoc verum quando Fiscus tractat de damno vitando,non lucro captando, *Mar. d. act.* 2.*nu.*285. *al.* 306. C. ℣. Et arguit Spec. in *tit.de appel.* §. 2. *vers. quarto,* quòd si non appelletur in tributis. Ergo videtur quod nec in decimis, quæ sunt tributa animarũ , appellabitur.*c. decima. 16.q. 1. c. tua nobis.ext.de decimis*(ADDE,*Mar.*
38. *d. loc. num. 293. al.304.*) Sextò non appellatur ab exequutore nisi modum excedat, vt si præcipiat missionem ni possessionem fieri in ma

gna

gna re, cùm ſufficeret in re modica, vel ſi in maiori quantitate, quàm ſententia contineat, vel ſi ante tempus quadrimeſtre exequatur, *l. ſi quis prouocatione. C. de appel.* quod proſequere vt *not. in l. ab exequutore ff. de appel. in c. nouit. ext. eod.* (Adde, *Gail. lib. 1. obſ. 147 num. 8.*) Septimò à ſententia lata ſuper poſſeſſorio non poteſt appellari. *d. c. ei qui appellat, verſ. ſi de poſſeſſione. 2 q. 6. l. vnica ſi. de moment. poſſeſſ. ſue. appel.* quandoquidem grauamen poteſt reparari in petitorio, poteſt tamé opponi de nullitate ſecund. Bald. *in d. l. vnica. nu. 6. in fine arg. clem. 1. de ſent. & re iud.* Quare ſi ſuccumbens in poſſeſſorio dicat hoc modo, dico ſententiam nullam, & ſi aliqua eſt appello, certè valet talis actus, quia illis verbis nullitas non cenſetur intentari acceſſoriè ſed æque principaliter, *Nicol. de Middelburgo de locis legal. loco à natura copula. verſ. iſtud argumentum formatur, vt plenius ſup. tit. 43. num. 5.* Et hæc obtinent de iure ciuili. De iure verò canonico à ſententia lata ſuper poſſeſſorio appellari poteſt, *c. ſignificauerunt ext. de teſtib. c. ex conqueſtione. ext. de reſtit. Spol. vide not. gl. in c. cum ad ſedem. eod. tit.* (Adde, *Mar. d. act. 2. nu 295. & 301. al. 305. & ſeq. Gail. lib. 1. obſ. 7. num. fi. obſ. 147. num. 9. Plenius Couar. pract. quæſt. cap. 23. num. 8. Menoch. remed. 4. adipiſc. poſſ. q. 100. per tot.* nouiſſimè Fachineus *lib. 1. controuerſ. iur. cap. 75.* qui omnes ferè in effectu variant. Ch. Winzl.) Octauò non

39.

40.

41.

appellatur à nominatione publici muneris, quod eſt vtilitate priuatum, vt eſt tutela, & cura *l. 1. §. ſi quis tutor. ff. quando appel. ſit neceſſ. §. qui autem excuſare Iuſt. de excuſ. tut.* ſecus ſi ſit publicum authoritate & vtilitate *l. 4. l. hi qui ad ciuilia l. nominationes. de appel.* (ADDE, *Mar. d.*
48. *act. 2 nu 313 al. 324.*) Nonò quando res dilationem non capit l. vlt. ff. de appel. recip. vtpote vt excommunicatus abſoluatur. *c. qua fronte ext. de appel. c. ſacro ext. de ſent. excom. etiam ad cautelam Innoc. in c. per tuas nu. 3. & ibi Io. And. in verbo conſueuerit ext. de ſent. excom. Dom. de rot. deciſ. 384.* vel ne teſtamentum aperiatur, vel ne ſcriptus hæres in poſſeſſionem mittatur, vel ne frumentum in ſubſidium militiæ mittatur, vel ne fiat id, quod edicto perpetuo continetur, vel ne pignus à creditore vendatur, vel ne funus ſepeliatur *d. l. funus ff. de appel. recip. l. quisquis C. quor. appel non recip. l. vlt. & auth. item qui domum, & auth ſed nec ante C. de ſepulch. viol.* Sic & in cauſa alimentorum *arg. l.*
44. *vlt. ff. de appel. recip. Bart in l. mela ff. de aliment. & c. lib. leg.* (ADDE, *Sichard in l. alimentis C. de tranſact. Lancell. in tract. de attentat. part. 2. cap. 12. nu. 5. & ſeq. nouiſſimè And. Fachineus lib. 1. controuerſ. quæſt. cap. 77.* C. W. quia alimenta non recipiunt re ipſa dilationem (ADDE, quare in alimentis de præterito debitis appellatio admittitur, quia ex his non dependet vita prout ex futuris, Sichard & Lancell. d d. loc. C. W. Decimò non recipitur
45. appellatio, vbi interuenit pactum de non appellando à ſententia *iudicis l. vlt. §. vlt. (de temp. & repar. appel. l. 1. §. ſi quis ff. à quib. appel.* non lic.

Item

Item si litigatores promiserint stare sententiæ iudicis, quæcunque foret illa sententia, secund *gl. approbatam per Bald. & Angel in l. tale pactum, §. qui prouocauit, nu. 10 ff de pact.* (ADDE, statutũ autem de non appellando non valere verius est, eoque non obstante appellationes in Camera recipiuntur. *Gail lib. 1. obs. 135 nu. 12. My s. Cent. 1. obs. 14.* vbi hanc communiorem trad t, & sic hoc casu argumentum à pacto ad statutũ cessat, quod aliàs efficax esse solet *l. sui. C. de fideiuss. Gail. l. 2. o s. 19. num. 4.* 46.

C. 23. Vndecimò non appellat, qui terminum recepit ad procedendum, vel ad soluendum, vel alias processui seu sententiæ acquieuit, *c. gratum ext. de offic. ind. deleg. c. quoad consultationem ext. de sent. & re iud. l. ad solutionem in eod. tit.* (ADDE, *Gail. lib. 2. de pace. pu. ca. 4. nu. 23. Menoch. 2 lib. præsampt 94. cum aliquot limitationibus.*) 47.

Duodecimò non recipitur appellatio ab eo, quod maior pars fecit *c. 1. ext. de his quæ fiunt à maio. part. cap.* 48.

Decimotertiò si is, qui præstito iuramento secundum formam ecclesiæ ab excommunicatione absolutus est, appellat priusquam sibi aliquid iniungatur, non recipitur huiusmodi appellatio *c. quæstioni ext. de appel. c. sacro ext. de sent. excom.* 49.

Decimo quartò à sententia lata per Principem non potest appellari, & illud admonere stultum est, cum non sit qui prouocetur, teste Vlp. *in l. 1. ff. quib. appel non lic. c. cuncta per mundum, 9. q. 3. Panor. in Rub. nu. 7. ext. de appel.* Idem iuris est si princeps commiserit alicui causam appellatione remota, *d. l 1. §. vlt. & Panor. vbi sup.* Nam inquit Panor. Princeps potest, si vult, appellationem non admittere,

quemadmodũ ſtatuit hoc in præfecto prętorio & ſenatu, à quorum ſentẽtijs noluit appellari. *d. l. 1. §. ff. à quib appel. non lic. l. vnic. C. deſent præfect. prætor.* (ADDITIO, Idq; propter dignitatis excellentiam & integritatis atq; iniuſtitiæ præſumptionem. Gail. *l. 1. obſ. 11. nu. 17.* Non tamen omnis appellatio per iſtã clauſulã, appellatione remota, cenſetur inhibita. ſed ea ſaltẽ quę à iure non indulgetur expreſsè. *c. paſtoralis. ext. de appel.* nec ea clauſula legatum Apoſtolicum cauſam committere poſſe tenet gl. *in c. fin. de hæret. lib. 6. Panor. in c. quod tranſlationem. n. 8. ext. de offic. leg. in c. ſuper quæſtionũ. n. 3. de offic. iud del.* licet ipſemet legatus ſecũdũ æquitatem ſummariè & de plano procedere valeat *pec. de offic. leg. §. ſupereſt videre. verſ. ſed nunquid legatus*, de ſtylo igitur magis, quàm iure cauſas legatus taliter cõmittit *Autho. Graua ad Veſt. l. 3. c. 2. n 16.* Neq; per iſtam clauſulam quæſtio nullitatis cenſetur remota, *Gail. l. 1. obſ. 135. n. 7.* Nec extẽdit vires ſuas quoad pręiudiciũ tertij, & interueniẽtis, *Gail. d. lib. 1. obſ. 70. nu. 12 & 13. obſ. 72. n. 5. & 9. Mynſ. Cent. 1 obſ.* C. W. Sic etiã videmus à ſentẽtia ſupremi ſenat. Melchliniẽſis & cancellarię ducis Brabantię appellationẽ non admitti, admittitur tamen intra bienniũ, aduerſus huiuſmodi ſententias ſupplicatio, ſiue, vt noſtri loquũtur reuiſio, vt dicta iura ſatis oſtendunt, & habet *auth. qua ſupplicatio C. de precib. imp offer.* & in corpore vnde ſumitur, (ADDE, hæc ideo tam variè quia appellatio iniquitatis ſentẽtię querelã, ſupplicatio erroris proprij venię petitionẽ, vel aduerſarij circũuentionis allegationẽ continet *l pręſ. Ati 18. ff. de minor.* C. W. Puto etiã à principe vel ſenatu malè informato, ad ſeipſũ benè informatum ſeu melius informandũ benè appellari poſſe, vt not. *gloſſ. verbi foros. in tit. de cauſis in fine in pragm. ſan.* allegans ad hoc *c. apoſtolica cũ duob. ſeqq. 35. q 9. c. cum apud. 11. q. 3. c. cũ ex literis. & ibi Dd. ext. de reſtit.*

50. 51. 52. 53. 54.

*restit. in integ.* Nec videtur hoc casu aduersus Principē, aut eius decretū, vel præceptum appellari, sed aduersus calliditatē vel mendaciū aduersarij, ad hoc *l. 1. §. quæsitum. ff. de app. l. 1. in princ. ff. quād. appel. sit, & intra quæ tēp* Decimòquintò non appellatur à sententia arbitri cōpromissarij. *l diē proferre. §. stare ff de recept. arbit. l. si societatem. §. arbitrorum ff. pro soc. l. 1. & ibi Cast. C. de recept. arbit.*, nisi ex forma statuti actio oriretur ex laudo. *Bart. in l. 2 ff. de arbit. Bart. & Bald in d l. 1.* (ADDE, *Mynsi. Cent. 4. obs. 68.*) & nisi inter partes conuenerit quod possit appellari, vt ibi traditur per Bar. Cast. *& alios arg. l vlt in fi C. de temp. app. Bar. in l. nemo potest. ff. de leg 1.* (ADDE, hanc esse cōmunem *Gail. li. 1. obs. 150. n. 16.* quē vide plenius hoc casu, Adde *Cast. in d. l. 1.* W.) A sententia aūt arbitrorum iuris appellare licet, *c. ab arbitris. ext. de offi. iud. deleg l. 6. l. cū specialis C. de iud.* Eliguntur autē arbitri iuris in alio quot tantū casibus iure expressis: Primus, quando iudex delegatus allegatur suspectus. *c. suspicionis. ext. de offic. iud. deleg. c. cū speciali. ext. de appel.* (ADDE, *Gail obs. 33. n fin.* de quibus plenius supra. tit. 16. nu. 69. & seqq.) Secundus, quādo de reuocatione rescriptorum ambigitur, *c. pastor. ext. de res.* Tertius, quādo Episcopus habet causam contra subditū, *c. si clericus. 11. qu. 1. Panor in c. dilecti filij. 3 nu. 14. ext. de app.* & in similibus. & in *l. arbitro. ff. qui satisd. cog. & in gl. verb. copia. in c. statutū. in princ. ext. de res. li 6.* vbi quando contentio est, vtrum locus, in quo causa delegata est, insignis sit, necne. (ADDE, hoc verū quando iudex constituit se partem, vel cum ea pro sua iurisdictione contendit, alias inter partes solas de ea contendentes rectè cognoscit, vt ibi *ead. gl. probata per Franc. nu. fin.* Christ. W. Similiter

55.

56.

57.

in casu inducto per legem municipalem, veluti si statutum sit, lites inter agnatos sub cõpromissario iudice terminari, Quibus casibus prouocatio ab arbitrorum sententijs est licita *Cast. d.l.1 Nicol de Middelb. de loc. legal in loco ab exceptione ad regul. col. 7. vers. item tertio istud potest induci.*

58. Decimosextò à sententia arbitratoris non recipitur appellatio, sed si interuenerit deceptio vsque ad sextam partem reducitur ad arbitrium boni viri *Bart. vers. pro declaratione nu. 25. & communiter omnes in d. l. si societatem §. arbitrorum ff pro soc.* ADDE, *Iaf. l. transactionis nu. 61.*

59. *C. de transact.* tutius esse putat Panor. *in c. quintauallis nu. 33. ext. de iurei iur.* quod quantitas læsionis relinquatur arbitrio iudicis, cum non inueniatur in legibus determinata arg. *l. 1. ff. de iure delib.* neque *l. vnde si nerua 80. cum l. seq. ff. pro soc.* loquatur in læsione sextæ partis, prout eam Bart. & sui sequaces intelligũt, sed potius tertiæ partis pro contingenti facti specie quæ non solet constringere regulam, aut certum ius constituere Panor. *vbi sup. refert & sequitur Gail. lib. 1. obs. 150.* Veriorem & communiorem hanc dicit.

60. C. W. Decimo septimò à sententia reductionis ad arbitrium boni viri non appellatur, secund. *Innoc. in c. statutum de rescript lib. 6. Bart. & Bald. in l. 1. ff. de leg 1. Io. and. in addit. ad Specul tit. de appel. §. in quibus vers. quid si conuenit. Salic. in d. §. arbitrorum.* Verum *Bald. in l. vnic nu. 5. C. de his quæ pœn. nom* probat à sententia reductionis ad arbitrium boni viri appellari posse, si in ipsa læsione inferatur qualitas & quantitas læsionis & alias non quod nota ( ADDE, *sup. eod. tit. nu. 15. Couar. lib. 2. cap. 12. nu. 3 & seq.* vbi vtramque

hanc

hanc opinionem communem sed posteriorem veriorem asseuerat, quod idem *Gail li. 1. o. s. 149. nu. 4. & 5.*

C. 𝔚. Decimo octauò non appellatur à sententia excommunicationis, vel interdicti, quod verum intelligè, quo ad hoc, vt sententia suspendatur, nam cum sententia excommunicationis trahat secum executionem, per appellationem suspendi non potest *c. 2. pastoralis §. verum c. ad hæc, ext. de appel.* quoad alios verò effectus appellationis, poterit appellari à sententia excommunicationis, *arg. c. peruenit ext. de appel. c. venerabilibus per tot. ext. de sent. excom. in 6.* & huiusmodi appellatio faciet causam deuolui ad superiorem *c. per tuas & ibi gl. vers. appellauit c. sacro approbante ext. de sent. excom. c. ad reprimendum & ibi gl. vers. conquestus ext. de offic. ordinar. c. reuera 3. q. 6.* & eximet appellãtem à iurisdictione eius, à quo appellauit *d. c. ad hæc & d. c. pastoralis.* Decimo nonò à sententia iudicis, cuius conscientiæ causa commissa est, appellari non potest arg. *gl. in c. statutum §. assessorem ext. de rescript. lib. 6. Bald. in l. 2. nu. 15. C. de sent. ex breuic. recit.* (. Addɛ, Ias *in l. à iudice nu. fin. C. de iud. Mar. d. act. 2. nu. 352. al. nu. 363.* Superior tamen nihilominus appellationem examinare & grauamen reuocare posset. *Panor. in c. pastoralis nu. 12. ext. de appel.* quia etsi animum & conscientiam inferioris immutare non possit, tamen erroneæ conscientiæ consulendum est. *Pars de Put. in tract. de synd. verb. iudicare cap. 2. nu. 9.* C. 𝔚. Vicesimo non appellatur à sententia per Episcopum ex prorogata iurisdictione prolata, *l. si quis ex consensu C. de Episc. audient.* sed illud quantum ad laicos prorogan-

61.

62.

63.

64.

tes obtinet duntaxat. His enim Imperatores suo priuilegio præiudicare potuerunr, clericis verò minimè, ideoque ipsi appellare poterunt, nam si iure canonum ab Episcopo inter subditos cognoscente appellare liceat, vt in *c. pastoralis de offic. iud. ordinar.* multò igitur magis, dum cognoscit inter non subditos suam iurisdictionem prorogãtes, nec potuerũt Impp. contra hoc in prejudicium clericorum cum derogatione iuris canonici tali priuilegio decorare Episcopum, authore *Panor. in d. c causam nu. 2. & 3. ext. de sent & re iud.* (ADDE, hoc esse speciale in Episcopo de iure ciuili propter eius dignitatem, nec procedere in alio iudice prorogato, à quo appellare licitum est, quia partes videntur solummodo approbasse personã iudicis, & non ipsius sententiam. Panor. *in c. causam nu. 2. ext. de appel. Mar. d. act. 2. part. vlt. nu* 244. *&* 245, *al.* 255. *& seq.* C. 20.

65. Vicesimò primò, à tertia sententia conformi, super eodem articulo non recipitur appellatio C. ne liceat in vna causa ter prouo. per tot. vide inf. lit. Quoties appel. licit.

III. Ad sanctissimum in Christo patrem,

66. &c ad quem omissis medijs potest appellari *c. ad Romanam. c. quoties. c. ideo. 2. q. 6. c. si duobus c. solicitudinem. ext. de appel. c. antiqua. ext. de priuileg. gl. & Dd. in c. dilecti filij 3. ext. de appel. in c. Romana eod. tit. lib. 6.* In causis scilicet Ecclesiastici fori, vel etiã in secularibus, quoad eos, qui subsunt temporali iurisdictioni Ecclesiæ, nõ quoad alios. *d. 4. si duobus § fin. ext. de app.* Et nisi in casu, quãdo, scilicet delegatus ipsius subdelegasset causam alteri, non in totum, vt paulò inferius dicemus. Idem obtinet in legato de latere, in prouincia

uincia ſibi decreta, exiſtẽte, nam ad eum quo-
que omiſſis medijs poteſt appellari. *c. 1 Panor.*
*nu. 7. ext. de offic. lega. Spec. tit. de lega. §. ſupereſt vide*
*re, verſ. & nunquid* (Adde, *Panor in c. inter cetera nu.*
*9. & in d. c. dilecti filij, nu. 12.* vbi hanc communem teſta-
tur, *ext. de appel. Mar. d. part vlt. act. 2. nu. 360. al. 271.*
C. M.) alias autẽ regulariter gradatim appel- 68.
lari debet, id eſt ad eum, qui in gradu proxi-
mo eſt ſuperior eo, à quo appellatur, puta ab
Archidiacono ad Epiſcopum, ab Epiſcopo ad
Archiepiſcopũ, ab Archiepiſcopo ad primatẽ,
à primate ad Papam. *d. c. dilecti filij 3. ext. de appel.*
*c. Romana eod. tit. lib. 6.* Et cõſimiliter de iure ci- 69.
uili à minoribus ad clariſſimos, vt præſides
prouinciarũ, & ab ipſis clariſſimis ad ſpectabi-
les, vt præfectum vrbis, prætorem, proconſu-
em, ducem, à ſpectabilibus ad conſulem
præfectum prætorio, ab illuſtribus ad ſuper-
illuſtres, vt patricios, ſenatores, & principem
appellari debet, in *auth. & ibi gl. vt ab illuſtribus.*
*& qui ſuper eos ſunt. col. 5 l. 1. §. ſi quis. & ſeq. l. impera-*
*tores ff. de appel. c. anteriorem. §. illo 2. q. 6 nec obſtat. l.* 70.
*præcipimus. C. de appel.* quæ aliter videtur deſcri-
bere ordinem iudicum, quia nõ deſcribit or-
dinem eorum, ad quos appellari debeat, ſed
eorum, qui de cauſa appellationis in curia
principis tractanda, cognoſcere debent teſte
Bart. & Io. de Imol. *in d. l. 1. §. quis. ff. de appel.*
Et adeò ius ciuile vult appellationem gra- 71.
datim interponi, vt imperator ipſe non pa-
tiatur in præiudicium inferiorum ordina-
riorum, ac in damnũ & moleſtiam litigatorũ
ad ſe omiſſis medijs appellari, quod ſi fiat re-
mittit

mittit appellantem ad iudicem competentem, vt in *d. l. Imperatores, & in d. c. anteriorum* hæc tamen obtinent, nisi consuetudo habeat, quod possit omisso medio appellari, *arg c. referente & ibi gl. verb appellauit ext. de prabend. c. significantibus ext. de nou. ope nunc. c. Romana & ibi gl. & D d. passim de appel. lib. 6.* (ADDE, *Mar. d act. 2 nu. 363. al. 374. Mynsi. Cent. 1. obs. 67.*) secundò obtinent, modo excipiatur, quia si omisso medio fuerit appellatum, & non obijciatur, tenebit appellatio *gl. in d. c dilecti 3. de appel. Panor. in Rub. nu. 2. & d. c. dilect. filij 3. nu. 1 & seq.* (ADDITIO, Et hæc est communis *Gonzar. pract. quæst. cap 4. nu. 9. Mar. d. loc. nu. 362. al. 373. Mynsi. d. obs. 67.* C. ☞. Tertiò obtinent ni-
73. si archiepiscopus litiget coram suffraganeo, tunc enim nõ appellatur ad archiepiscopũ, ne sit iudex in causa propria, sed ad primatem, *arg. c. ne pro defectu, ext. de elect. c. nullus ext de iure patronatus Io. and. in d. c. Romana* (ADDE, *Mar. d. loc. nu. 365 al. 376.*) Quartò obtinent, nisi me-
74. dium sit quoquo modo inhabile, puta quia iudex immediatus, est hæreticus, vel suspensus, tunc enim ad alium superiorem recurritur, *c. si is cui, ext. de offic. deleg. lib. 6.* cum ibi not. Panor. *in d. c. dilecti filij nu 15.* (ADDE, *Mar. d. loc. nu. 364. al. 375. Mynsi. cent 1. d. obs 67.*) vel potius ad papam, arg *c. quia diuersitatem, ext. de conces. præb. cum ibi not. ca. 1. de suppl. neg. prælat. lib 6.* Et hæc quantum ad appellationem ab ordinario iudice interponendam dicta sint, ad quem autem à delegato appellari debeat, breuiter ita distinguendum est, quia vel est delegatus ad

tan-

tantum. Si ad vniuersitatem, vt est, vicarius Episcopi, vel officialis, qui ordinarius censetur, tunc appellatur ad archiepiscopum, ad quem ab Episcopo appellaretur, quia vnum & idem consistorium censetur officialis & Episcopi, *c. Romana de appel. lib. 6.* etiam si contraria esset consuetudo, *c 2 de consuet. eod. lib. 6.* Si verò delegatus est ad vnam causam tantum, siquidem à principe tunc appellatur ad ipsum principem tantum, *l. 1. ff. quis & à quo appel. c. super quæstionum § porro ext. de offi. iud. deleg.* aut ab alio inferiore ordinario, & tunc etiam ad eundem ordinarium delegantem appellandum est, *d. l 1. 1. vu. & l. vlt. ff. quis & à quo appel.* (ADDE, *Gail. obs. 121. nu. 2*) nisi ordinarius ideo causam delegasset, quod recusatus esset, nam tunc non appellabitur ad delegantem, sed ad immediatum superiorem puta archiepiscopum quia quum ordinarius recusatus sit, non dicitur facere medium arg. *c. placuit 2. q. 6 gl in c. si is cui de offic. iud deleg lib 6.* (ADDE, *Mar. d. act. 2 nu. 364. al. 375. & 387*) Idem iuris erit, si ordinarius ideo causam delegaret, ne causa appellationis ad superiorem perueniat iuxt. not. *Fulgos. in l. eo casu C. de appel.* (ADDE, *Couar. pract. quæst. ca. 4. nu. 8.*) Quia non debet ex fraude sua commodum reportare arg. *c. sedes ext. de rescript. Spec. tit. de appel. § nunc tractemus. veris. sed secundum præmissa 10. Monah. & Domni. in c. Romana in fine de suppl. neg. prælat. lib. 6.* Cæterum si appellatur à subdelegato, distingue, aut est subdelegatus à delegato. principis, aut à delegato alterius si à delegato principis iterum distingue, aut talis

76. 77. 78.

79. talis ſubdelegauit totam cauſam, aut partem, ſi totam, tunc tantum ad principem appellatur. *d. c. ſuper quæſtionum. §. porrò l. 1. §. 1. ff. quis & à quo appel.* Nam eo caſu nulla remanſit penes delegatum iuriſdictio, atque ita iudex eſſe deſijt, ſi autem ſubdelegando aliquid ſibi de iuriſdictione reſeruauerit, tunc appellandum erit ad ipſum ſubdelegantem tantum & non ad principem. *d. §. porrò l. 1. C. qui pro ſua*

80. *miſſa. c. cum te ext. de offic. iud. deleg. c ſi delegatus. illo tit. lib. 6.* Et ſpeciale eſt hoc caſu, vt omiſſo medio, nempe delegato, non poſſit appellari ad Papam ſecund. Panor. *in d. §. porrò &*

81. *d. c. dilecti filij nu. 11. ext de appel.* quia delegatus repræſentans in hac cauſa perſonam Papæ, & ideò cum appellans in perſona delegati paratum habeat iudicium Papæ, fruſtra appellat ad Papam, vt negotium alteri delegetur, & littus arat, quum delegatum habeat, aut ideò vt Pontifex eidem cauſam iterum committat, & delirat, quum prima delegatio ad hoc ſufficiat. Fallit autem iſtud in duobus caſibus, qui habentur, *in c. is cui, & in c. ſi à ſubdelegato. cum ibi not. ext. de offic. iud. deleg.*

82. *lib. 6.* Porrò ſi appellatur à ſubdelegato inferioris principe, nempè à ſubdelegato delegati ad vniuerſitatem cauſarum, ſiquidem is totam cauſam ſubdelegauerit, tunc appellabitur ad primum delegantem, & ſic quantum ad iſtam appellationem à ſubdelegato interponendam, delegatus ad

83. vniuerſitatem cauſarum, non cenſetur quaſi

quasi ordinarius, licet in eo, quod deleget, censeatur ordinarius, vt not. *gl. in c. cum causam, ext. de appel.* Si verò causã non in totũ subdelegauerit, appellabitur ad subdelegantẽ. *l. in prin. l. vl ff. quis & à quo appel.* Et ita intelligitur *§. ab eo. in d. l. 1 & videtur gl. verbi post huiusmodi in c. dilecti 3 ext. de appel* (Adde, communẽ & verioré esse hanc distinctionem ex testimonio Marantæ *part. 4. princ. distinct. 5. nu. 27. al. 28. Longoual. in repett. C. imperiũ part. 1. memb. 2. nu. 9. ff. de iurisd. om. iud.* à delegato tamẽ 84.
siue cõmissario officialis Coloniẽsis etiã ad totam causam cõstituto, appellatur indistinctè ad ipsũ officialẽ delegantẽ, & rectè, quia officialis est vicarius Episcopi, idẽ tribunal & consistoriũ cum eodẽ tenens, *c. Romana. in princ. ext. de appel. l. 6. c. 2. de consuet. eod.* ac verã ordinariam iurisdictionẽ habens, *gl. verb. officialem. in c. 2. ext. de offic. vicar. eod. lib. Mar. d. distinct. 5. nu.* 85.
*12. & 13. Couar. pract. quæst. c. 4. nu. 8. & s. pra nu. 75.* Vnde à suo delegato ad ipsum rectè appellatur. nec obstat *l. 1. §. ab eo. ff. Quis & à quo*, &c. vbi is prouocandus, ab eo, cui mãdata iurisdictio, qui prouocaretur ab eo, qui mandauit iurisdictionem, & sic, non is, qui immediatè delegauit, quia loquitur in eo, cui mandata hæc vel illa causa, inter quos est magna differentia, vt colligitur ex princ. *d. l. 1. iuncto §. ab eo. & tit. ff. de offic. eius cui mand. iurisd. & notauimus sup. tit. 1. nu. 48.* sic. n. verus & nudus delegatus est prout etiã delegatus ad vniuersitatem causarũ alicuius certi castri aut quarterij, à cuius subdelegato ad totã causã con- 86.
stituto appellatur ad primũ delegantẽ & sic procedit decisio authoris nostri. Ille verò vicarius & locum tenens dicitur, eidem loco ac tribunali sui cõstituentis præsidens, Bart. *d. §. ab eo, in fine Cast. in l. mãdata nu. 3. ff. de offic. eius cui mand. iurisd. & in l. à iudice. nu. 4. C. de iu. Couar. d. c. 4. n. 8.* ab huius igitur deleg. ad ipsũ

dele-

delegantem, vti ordinarium appellatur, vt supradictum non autem ab hoc ad ipsius constituentē, cum quo idē consistorium & tribunal possidet, ne ab eo
87. dē ad seipsū appellatio interposita videatur, *d. c. Romana in prin. et c. 2. de cōsuet. in 6.* C.ꝫ. Et nota quod ab officiali foraneo appellatur ad ipsū cōstituentē gl.
88. *verbi foraneo in clem. etsi principalis de rescript.* (ADDE, hoc magis communiter à doctoribus probatum, teste Couār. *dig. cap. 4. nu. 8. pract. quæst.* vnde deriuatum
89. existimo, quod ab officiali VVerlensi, vti foraneo ad certam partem diœcesis constituto, appelletur ad ipsum constituentem Reuerendissimum ac Illustrissimum Dominum Archiepiscopum Coloniensem, qui ex tunc nanc appelaltionis causam alicui Prælato, & communiter officiali Coloniæ residenti speciali rescripto ad audiendam & decidendam committete solet. Etsi Maran. *d. distinct. 5. nu. 15. & act. 2. 6. part. princ. nu. 370. alia edit. nn. 381.* arbitretur, ab officiali foraneo, ad Episcopum, vel ipsius officialem siue vicarium generalem alternatiuè appellari posse, quod obseruari, mihi non visum, sed ab alijs relatum, quare rectè monet Louar. *d. nu. 8.* hac in re diligenter inspiciendum, quid vsu & moribus iudiciorum receptum sit, C.ꝫ.

IV. Ac illum seu illos, ad quem vel quos, &c.
90. Eiusmodi appellandi formula frequens est in iudicijs & admodum vtilis, ne appellans periculum illegitimæ appellationis emissæ incurrat. Sed videtur de iure non procedere, quum generalis sit respectu iudicis, & sic iudex, ad quem appellatur, incertus sit, qui tamen semper certus esse debet, *c. ad hæc, ext. de rescript.* Sed dic, quod de iure ciuili tenet huiusmodi appellatio generalis respectu iudicum,

puta

puta appello ad iudicem competentem *Bart. in l. 1. d ſi qui: ff de appel per l. qui Roma. §. ſeca cum ib: not ff. de verb. oblig. gl. vlt. in l. cum proponas (. de bon: auth. iud. poſſit.* Nam vt ait Panor. *in c. 2. ext. de appel* genus, quod non poteſt verifica- 92.
ri, niſi in vna ſpecie, non inducit aliquam incertitudinem, ſed de iure ciuili omiſſo medio appellari non poteſt, ideo generalitas iudicis ad quem, non inducit incertitudinem, quum intelligi debeat de iudice immediatè ſuperiore, ſecus eſt de iure Canonico ſecund. 93.
Panor. vbi ſup. quum eo iure ad Romanum Pontificem vel legatum permittatur appellari, omiſſo medio, & ideo cum appellatio generalis inducat incertitudinem, non debet valere, verùm quod etiam iure canonum valeat appellatio generalis, probat. Io. de Imol. in *l. 1. num. 16 ff. de appel.* quia etiam iure iſto regulariter gradatim appellari debet, ex ceptis duobus caſibus ſpecialibus, vnde in dubio quis cenſetur vti velle iure communi & non iure ſpeciali, idem & alijs multis ra- 94.
tionibus aſtruit Decius in *d. c. 2. nu. 4. ex. de appel.* addens hanc opinionem communiorem eſſe, poteſt quoq; iſtud & ea ratione probari, qua *Dom. de rot. deciſ. 207. in nou.* etiam appellationem alternatiuam de iure Canonico recipi debere contendunt. Nempè quod incer- 95.
titudo, ſi quæ ſit, ex huiuſmodi appellatione declaratur aptiſſimè, quando appellans appellationem apud iudicem appellationis proſequitur, & partem appellatam coram ipſo citari procurat, quo ſatis fit certior ap-

pellatus, coram quo appellationis causa tra-
ctari debeat, adde quòd in termino ad faci-
endam fidem de prosequutione appellatio-
nis, qui per iudicem à quo appellanti præfigi
solet, hoc ipsum satis appareat, etiam ante ci-
96. tationem iudicis, ad quem iuxta ea quæ in-
fra nu. VII. declarabuntur. Magis est igitur,
vt dicamus etiam generalem appellationem
de iuro canonico admitti debere. Maximè si
ad vnum aliquem certum appelletur, adiecta
dicta appellatione generali, in fine puta, ap-
pello ad talem, ac illum seu illos ad quē, &c.
vti hoc praxis recepit & probat Salyc. *in d. l. cum proponas. C. de Bon. auth. iud. possid. Io. Pet. de Ferrar. in form. appel. à sent. diffinit. iuncta gl. ibid. in verb. Et ad quemcunq; iudicem competentem ad quem de iure. &c. in fine.*

V. Apostolosque mihi dari, &c. ab eo si-
quidem qui appellat, intra triginta dies à di-
cta iudicis sententia. *l. iudicibus. C. de appel.*
97. (ADDE, *inf. eod. nu. 108. & seq.*) Instanter & sæpi-
ùs Apostoli peti debent & eidē intra dictum
tempus à iudice exhiberi, aut alioqui præsu-
mitur appellationi suę renunciare appellās
98. si intra idē tempus non petierit, & si vadat,
aut mittat ad appellationē huiusmodi prose-
quendā *c. ab eo de appel. lib. 6. clem. quamuis. eod. tit.* quocirca dicendū est, qui dicantur & quo-
tuplices sint Apostoli, Apostoli sunt literæ di-
99. missoriæ, quas iudex à quo appellatū est, ad
eum, qui de appellatione cogniturus est, siue
principem, siue quem alium, dantur, in testi-

moni

monium & fidem appellationis interpositæ, Dimissoriæ dictæ, quod per eas, causa ad eũ, qui appellatus est, dimittitur. *l. dimissoria. ff. de verb. signif. l. vnica. ff. de libel dimiss* Apostoli verò id est, nuncij dicti ab ἀποστέλλειν, id est, mittere, quod mittãtur ad iudicẽ secundũ, & appellatum quo de causa appellationis instrui possit, & sunt triplices, aut enim sunt testimoniales, quia testificantur de appellatione coram iudice, aut publicis aut alijs honestis personis facta. (Adde, quales petimus semper à Notario corã quo appellationẽ interponimus, cuius instrumentũ seu documentũ de appellatione factũ. Dicuntur Apostoli testimoniales Octauia. *Vest. lib. 7. ca. 3. nu. 32.* vbi & quod Apostoli conuentionales dicuntur, quando pars appellata defert appellationi C. W. aut reuerentiales quãdo ob superioris reuerentiam appellationi defertur. *c. 1. ext. de appel. lib. 6.* Additio, & hi reuerentiales distinguuntur à dimissorijs, quia dimissorij dãtur simpliciter casu, quo appellatio admitti debebat Reuerentiales verò quãdo appellatio minimè admissibilis, solum ob reuerentiã superioris nõ causę iustitiã, dimittitur. *Marant. d. act. 2. part. vlt. nu. 214. al. 225. Octauia. Vest. li. 7. d. c. 3. n. 32.* C. W. aut refutatorij, qui dantur, quãdo iudex appellationi nõ defert gl. verbi exhiberi. *in d. c. 1.* Et tũ quãdo iudex appellationẽ refutat, causã refutationis adijcere debet. *d. c. 1. et l. pen ff. de appel. nõ recip. Bart. in l. Chyrographis. §. vlt. ff. de admin. tut.* quod tamẽ rariùs seruatur. Horũ omniũ formulas. vide apud Specul. *tit. de appel. §. sequitur videre, in tert. part. Spec.* Eas .n. hoc loco referre operepretiũ non videtur. Quũ plerũq; iudices Apostolorũ

100

101

102

103

formulas appellanti non tradant, sed rem paucis absoluentes statim appellatione interposita verbo vel scripto respondent. Ob reuerentiam superioris appellationi deferimus, vt sup. in for. (: ADDE, Et ibi diximus sic in curia Colonien. seruari:) Et huiusmodi responsio data, Apostolorum loco scribitur per Notarium causæ in instrumento appellationis. vide *Spec. vbi sup. vers. sunt quoque nonnulli.* Solent etiam acta iudiciaria vel etiam statuta loco Apostolorum designari, dicimus igitur appellantem si intra triginta dies à dicta iudicis sententia Apostolos instanter & sæpiùs petere neglexerit appellationi suæ renunciare videri. *d. c. ab eo l. vnic. ff. de lib. dimiss. l. iudicibus. C. de appel.* Idem iuris est, si petitis Apostolis iudex respondet, se illos daturum in certo termino, puta die Lunæ, vel in termino incerto, puta, dicendo dabo tibi Apostolos intra terminum iuris, & appellans non comparuit in termino ad accipiendum Apostolos cùm iudex ipsos obtulerit. ( ADDE Imò etiamsi iudex termino statuto non comparuerit, quia lex non considerat ita præsentiam iudicis quàm diligentiam appellantis Marant. *d. act. 2. part. vlt. nu.* 409. *al.* 420. quod ibi notandum monet, quia primo intuitu quilibet contrarium responderet, propter absentiam iudicis, dummodo tamen huiusmodi terminus intra triginta dies statuatur, vltra enim iudex appellantem arctare non potest *Capel. Tholos. decis.* 44. C. 28. Idem etiam dicendum est, si appellans comparuerit intra terminum à iudice statutum, & cum ipsos offerret, ap-

104.

105.

pel-

pellans nolit accipere, videtur enim tunc appellationi ſuæ renunciaſſe. *d. clem. quamuis de appel.* Et nota quod vbi certus terminus ad recipiendum Apoſtolos præfixus eſt, non ſufficere appellantem in termino comparere, ſed etiam illos petere debet *arg. d. clem. quamuis. §. quod ſi iudex. Bald. in l. iudicibus. C. de appel.* 106.

Et ſi iudex in termino præfixo non dederit Apoſtolos, ſed iterum alium terminum ad recipiendum eoſdem ſtatuerit, tunc licet appellans denuò non compareat, nec petat Apoſtolos ſibi dari, non cenſebitur appellationi ſuæ renunciaſſe, ſed eam proſequi poterit, ac ſi expreſſè fuiſſent eidem Apoſtoli denegati, & hæc probantur *in d. clem. quamuis de appel.* (Adde, *Octauia. veſt. d. cap. 3. lib. 7. num. 34. & 36.* vbi reprehendit illos, qui pro eorum inſcitia ſæpè & ſæpiùs reuertuntur, in quo tamen hic ferè ſemper, non dicam, peccatur, ſed ſtudioſè laboratur ſub ſpe forſan conſequendi reuerentiales. 107.

C. W. Et nota tempus hoc triginta dierum à die appellationis interpoſitæ reputari ſecũd. Gentzel. *in d. clem quamuis & Dom. de rota decis. 36. incip. Item fuit dubitatum à quo tempore. Item deciſ. 484. al. 80. de appel. in antiq. licet gl in d. clem. quamuis.* huiuſmodi dies à tempore ſententiæ currere velit (Adde, hanc gl. opinionem communiter probatam atteſtãtibus. Quid Pap. *deciſ. 426. nu. 34. & Myns. Cent. 4. obſ. 36.* idque propter *l. iudicibus C. de appel.* in qua expreſſè ſpacium 30. dierum ad petendum Apoſtolos ex die ſententiæ definitum eſt, quam *l. cum Mar. d. act. 2. 6. part. prin. nu. 220.* mallem intelligere, quando appellãs habuit notitiam ſententiæ latæ, ſecus ſi eius ignoran- 108. 109.

rantiam, extunc enim curret ab illo tempore, quo incæpit habere notitiam & facultatem appellandi, aliàs sequeretur inconueniens quòd ignoranti esset præclusum tempus petẽdi Apostolos, cui non esset præclusum aut lapsum tempus appellandi, & hanc opinionẽ siue distinctionem magis cõmunem & æquã existimat, quicquid alij teneãt, aliter etiam responderi posset *ad d. l. iudicibus*, quòd tẽpus petendi Apostolos, currat ex die sententiæ quatenus in continenti appellatio fuerit viua voce interposita, vt sic concordet cũ *c. ab eo de appel. lib. 6. clẽ. quamuis eod. tit.* quæ volunt hoc tempus curere ex die interpositæ appellationis, quod sic generaliter omni casu indefinitè verum erit, vt ex die appellationis aut in continenti, aut ex interuallo interpositæ, labatur cùm Apostoli petantur super appellatione, ante cuius igitur interpositionem, tempus ad illos petendos nõ labetur, nè decendium, quod liberè ad appellandum datur in effectum interponendi appellationem & petendi Apostolos simul imputetur, & hoc satis probabile esset, sed sine astipulatore pro constanti non asseuero. C. W)

VI. Appellationi tuæ deferimus. Hæc est formula dimissoriorum siue reuerentialium Apostolorum, qua hodie ferè semper iudices appellationi interpositę deferẽtes vtuntur. Effectus autem huiusmodi delationis est, vt siquidem appellatum sit ab interloquutoria sententia, quòd iudex sponte deferendo appellationi censeatur à se abdicare iurisdictionem, & totius causæ decisionem in superioris potestatem transfundere, ideoque iudex à quo ad vlteriora procedere nequit, nec causa illi de necessitate vlteriùs est remittenda *c. cum appellationibus de appel. lib. 6.* (ADDE, *Mar.*

II.

III.

*Mar. d. aff. 2. part. vlt. 6. part. princ. num. 198. al. 209.*) Et huiusmodi appellatiõe pendente attẽtata in continenti per iudicem appellationis reuocantur per viam attentati, non expectato fine ipsius litis, *Angel. in l. per hanc nu. 3. C. de tempo. appel.* Cæterum à diffinitiua sententia, appellatione interposita, siue recepta sit, siue non, omnia in eodẽ statu esse nec quicquã nouari oportet. Vlp. in *l. vnic. C. nil. nou. appel.* pend. appellatione (inquit) interposita, siue recepta sit siue nõ, medio tẽpore nil nouari oportet, siquidem fuerit recep ta appellatio, quia recepta est, si verò non est recepta, ne præiudiciũ fiat ei, quoad deliberetur, vtrũ recipienda sit appellatio, an non sit, recepta autem appellatione, tamdiu nihil erit innouandum, quãdiu de appellatione erit pronunciatũ, hactenus ille I C. Etsi huiusmodi appellatiõe à diffinitiua sententia pendente quid innouatũ sit, in continenti, post appellationẽ ab interloquutoria verò constito de veritate causæ appellationis per iudicem appellationis reuocatur per viam attentati, & in statum pristinum reducitur, text. in *c. nonsolum de appel. lib. 6.* In certis tamen casibus appellatione pendente aliquid innouari licet, secund. Angl. *in l. per hanc C. de tempor. appel.* puta. Primò innouari licet ex prouisione. d. l. per hanc in causã namque appellationis licet vtrique parti non propositũ proponere, nõ probatũ probare, si actionẽ antiquã respiciat, aliàs secus, secundò appellatione pendẽte innouatio cõtra tertiũ fieri potest, quãdo scilicet nihil interest appel

112. 113. 114. 115. 116.

lantis eam innouationem fieri vel non fieri vt est elegans casus in *l. conditor in princ. cum gl. ff mand.* (ADDE, *Mar. d. part. vlt. act. 2. nu. 136. al. 174. Gail. lib. 1. obs. 72. nu. 6. & 7.*) Tertiò appellatione pendente potest id attentari, quòd in causa principali attentari potuisset. vt in *.l. post quã heres .§. imperator. vt legat seu fidei cõ .no. laueat.*

117. (ADDITIO, Proinde possessor pendente appellatione possessionis commodo fruitur, possessionemque rectè continuat. *Gail. lib. 1. obs. 144. num. fin. obs. 145. per tot. obs. 147. in princ. Menoch. remed. vlt. recup. quæst. 17. plenissimè Robert. Lancelot. de attentat. part. 2. cap. 4. limitat. 1. per tot.* C. ℳ. Quartò quando à capitali sententia appellatur in ea enim innouatio fieri potest, vt si quis esset condem-

118. natus in causa criminali, licet appellauerit, si tamen idoneos fideiussores non habuerit in carcere detineri potest. *l. eos. §. super his l. minimè. de appel.* (ADDE, & sic iudex à quo innouat detinendo in futurum, et non liberat ipsum, ita *ex Spec. Bald. & Alex. refert Marant. d. part, vlt. act. 2. num. 178. al. 189.* C. ℳ. Quintò quando appellatio est frustratoria & euidenter friuola, quia tũc non obstante tali appellatione iudex non tenetur differre exequutionem. *d. c. cum appellationibus. de appel. lib. 6.* (ADDE, *Marant. d. act. 2. part. vlt. num. 171. al. 182:*) Idem si interponatur appellatio in his casibus, in quibus eam diximus supra non admittendam. *c. non solum de appel. lib. 6.* (ADDE, quoad suspensiuum effectum duntaxat. *Couar. pract. quæst. cap. 23. nu. 7.* sed licet hoc casu attentata ex priuilegio attentatorum non reuocentur, tamen per viam querelæ à superiori reuocari non prohibentur. *Mar. d. part. vlt. 6.*

part.

*part. prin. act. 2. num. 105. al. 117.* C. 23. Sextò si appellatione pendente fructus dilapidarentur per possessorem poterit peti sequestratio istorum fructuum. *l. ab exequutione. C. quor. appel. non recip. c. vlt. de sequest poss & fruct* (ADDE *Gail. d. obs. 145. in fine d. obs. 147. nu. 4. & seq. & obs. 9. per tot*) Reliquos casus in quibus appellatione pendente innouatio fieri potest breuitatis causa vide enumeratos per Spec. *tit. de appel. §. nouissimè* (:ADDE, *Marant d. act. 2. à nu. 136. vsque ad nu. 196. al. à nu. 174. vsq; ad 207.* excluſiuè vbi 22. casus in quibus licitum attentare) 119.

Duos ad appellationem huiusmodi in curia, & c. Illud inprimis hoc loco sciendum est, circa appellationem quatuor considerari tempora. Primum tempus est interponendæ appellationis, & est decem dierum, in *auth. hodie. C. de appel.* incipit autem currere à tempore latæ sententiæ, vel scientiæ. *gl. & Doct. in auth. hodiè.* (.ADDE, de quo satis supra in forma appellationis ab interloquutoria verb. decem diebus sub tit. 18:) Secundum est tempus petitionis APOSTOLORUM, & est triginta dierum. *l. iudicibus. C. de appel. c. ab eo ext. de appel. lib. 6.* incipit verò currere à tempore interpositæ appellationis vt supra, verb. APOSTOLOSque tertium. Tẽpus est, de quo hoc loco fit mentio, scilicet, quòd statuit iudex à quo, appellanti, intra quod iudici, ad quem se præsentat cum APOSTOLIS, siue suam appellationem prosequatur, & etiam intra quod iudici à quo de sua præsentatione siue prosequutione facta coram iudice ad quem fidem faciat. VII. 120.

Quartum tempus est prosequendæ & finiendæ appellationis, & illud est annus, vel ex causa biennium. *auth. ei qui C. de temp. appel* quo tempore transacto, lite non completa, rata manet sententia. Incipit verò istud currere à tempore interpositæ appellationis clem. sicut de appel. (ADDE, & hoc cõmuni opinione comprobatur *Gail. lib. 1. obs. 141. nu. 1.* & hodiè omni dubio caret. *Bart. in Auth. ei qui. C. de tempor. appel.*) Sed de hoc dicetur paulò fusius infra. Quantum autem ad præscriptum tertium tempus
122. attinet. (ADDE, quod de iure communi prosequendæ de stylo introducendæ appellationis vocatur, & est in Camera Imperiali ex ordinatione sex mensium. *Gail, lib. 1 obs. 140. nu. 3.* intra quos citationem insinuare & reproducere oportet sub pœna desertionis causæ Mynsi. *Cent. 5. obs. 57.* qui seruãtur etiamsi appelletur ab officiali Colonienſi ad Cameram. Sed si ab eodem ad summũ Põtificem quatuor menses ad effectus de quibus sup. nu. 9. aut etiam aliquando restringuntur, quando cuius est in partibus. C. W.) cuius hoc loco fit mentio, sciendum est, quòd licet appellanti legitimè à sententia indulgeatur annus à lege, aut ex iusta causa biennium, ad appellationem interpositam prosequendam & finiendam, potest tamen huiusmodi terminus restrin-
123. gi, non solum à prouocante, verum etiam à iudice à cuius sentẽtia prouocatur. *c. cũ sit Romana. c. oblatæ. §. licet.* ext. de appel. intra quẽ si is, qui appellauerit, causã appellatiõis nõ prosequatur, tenebit sententia, & à causa sua cecidisse videtur, nec amplius super eodẽ negotio audie-

audietur appellás. *d. c. cũ sit romana*, adeò vt si iudex à quo statuerit appellãti terminũ vnius mẽsis ad prosequendũ appellationem, si transacto mense non fuerit eandem prosequutus, deserta censeri debeat appellatio. Terminus enim hic à iudice prefixus, succedit in locum termini iuris. Ideoque quemadmodum per- 124.
lapsum termini iuris censetur appellatio deserta, ita & per lapsum istius termini. Innoc. *in c. ex ratione C. personas & ibi Panor. in num. 3. & 4. ext. de appel. idem Panor. c. cum sit Romana nu. 4. eo. tit.* (ADDE, *Gail. lib. 1. obs. 140. nu. 2.*)
Aduerte autem eiusmodi terminum præfigi à iudice à quo, ad prosequendam appellationem tantùm, non etiam ad finiendum. 125.
Dicitur autem appellationem prosequi is, qui pro appellatione apud superiorem promouenda iter arripit. Item & is, qui est actu impetrandi literas super sua appellatione. vt *in c. ex parte. c. delectus. 2. ext. de rescript. Panor. in c. cum causa num. 1. ext. de sent. & re iud.* 126.
Quocirca solet appellans in termino sibi præfixo, docendo de sua prosequutione ostendere iudici, præsente aduersario, literas quasdam certificatorias alicuius, qui ab ipso appellante susceperit mandatum & onus impetrandi rescriptum super appellatione interposita, quod videtur sufficere, licet non doceatur de literis iam impetratis. Panor. in *c. ex insinuatione. vers. sed do alium intellectum ext. de appellat.* Pro horum autem declaratione pleniori, sciendum est iudicem re-

strin-

ſtringendo terminum iuris, poſſe variè terminum præfigere. Quandoque enim præfigit terminum ad iter arripiendum. *c. peruenit.*
127. *2. c. ſuggeſtum. ext. de appellat.* cui cenſetur ſatisfactum eſſe ſi appellans infra illum ad appellationem proſequendam iter arripuit. *c. 1. de elect. lib. 6.* quandoque verò ad præſentandum ſe iudici, ad quem appellatum eſt, vt in *c. perſonas. c. peruenit. 1. ext. de appel.* & huic non ſatisfacit, is qui iter arripit, ſed oportet vt ſe conſpectui Apoſtolico exhibeat, & ſi illius copiam habere non poſſit, ex more proteſtari debet in valuis palatij, vt probant Domini de rot. *deciſ. 149. al. 155. in no.* & qualiter huiuſmodi præſentatio fieri debeat tradit. *Io.*
128. *and. in c. quamuis de elect. lib. 6* Eiuſmodi autem terminum non puto per iudicem à quo in his regionibns Poncificis ditioni non ſubiectis, reſidentem, appellanti, præfigi poſſe, vbi ad ſummum Pontificem appellatū eſſet, nam ad hoc appellantem aſtringere non poteſt, vt perſonaliter Romanum Pontificem adeat cum hoc non ſoleat fieri. Tum etiam quòd incolis harum regionum non permittatur extra patriam in Romana curia ſe mutuo conuenire vel prouocare. Quandoque
129. imò & frequentiſſimè præfigi ſolet ſimpliciter terminus ad appellationem interpoſitam proſequendam, vt in *c. perſonas. c. ad hæc. 1. ext. de appel. in c. cum cauſa ext. de ſent. & re iud. c. ex parte ext. de reſcript.* Huic autem vt ſatisfiat, ſufficit qualitercunque proſequi, etiam per ſolum impetrationis actum, vt *in c. ex parte. 6.*

*te c. dilectus. 2. ext. de reſcript.* licet non doceatur de literis iam impetratis vt dictum eſt ſupra. Quandoque autem præfigitur terminus, ad faciendum fidem iudici à quo, &c. de appellationis proſequutione, vel etiam de appelllantis coram iudice ad quem facta preſentatione, licet appellans talem terminum recipere non teneatur, ſi à principio contradixerit, & proteſtetur ſe ad hoc non teneri, arg. *c. ſi à iudice de appel. lib. 6. Panor. in c. perſonas. num. 11. ext. de appel.* ſolet tamen hic terminus ſimul cum termino, vel ad præſentandum ſe iudici ad quem, vel ad proſequendam appellationem interpoſitam ſtatuto, aſſignari, vt puta, *Statuimus quatuor menſes. duos* 131. ad appellationem proſequendam & duos ad fidem faciendum, de appellationis proſequutione. Cuius effectus eſt ſecund. *Dom. de ext. deciſ. 94. in no.* vt ſi hoc termino iudici 132. in quo de præſentatione fides non fiat, vel etiam de appellationis proſequutione (vbi terminus ad proſequendum præfixus erat) poterit iudex à quo tranſacto termino ſententiam ſuam exequutioni mãdat, iuxta not. *in c. perſonas. in c. cum ſit. c. reprehenſibilis. ext. de appel.* Non tamen propterea appellatio 133. cenſetur deſerta, dum modò eam in veritate, in termino proſequatur, ſed exequutio non reuocabitur ante finem cauſæ, & ſi ſententiam obtinuerit reſcindi, ceſſabitur & eius exequutio. *c. qualiter. ext. de elect. c. venientes. ext. de iureiur. clem. paſtoralis de ſent. & re iud. Dom. de rota vbi ſup. Panor. in c. perſo-*

130.

*nas*

*nas. num. 11. ext. de appel. Stephan. auffrer. deciſ. Tholoſ. 445.*

# PROCESSVS SECVNDAE inſtantiæ cauſæ appellationis à diffinitiua.

## Determino citationis & comparitionis. TITVL. XLV.

1. *QVid faciet appellans intra terminum proſequendi appellationem.*
2. *Præſentato reſcripto petet aduerſarium citari in forma, vt hic.*
3. *Forma reproducendi mandatum citationis.*
4. *Olim quinq; dies fatales & quare ſic dicti.*
5. *Hodie ad proſequendū appellationem datur annus & ex cauſa biennium, id eſt, primum & ſecundum fatale.*
6. *Secundo anno ac fatali elapſo rata manet prior ſententia.*
7. *Quod ſi iuſtum impedimentum ac cauſa ex parte appellantis.*
8. *Iuſto impedimento ex parte appellantis ipſo iure datur ſecundus annus.*
9. *Quando ex parte appellati interuenit impedimentum appellans ſeruatur illæſus.*
10. *Quando ex parte viruſq; intercedit impedimentum fatalia non currunt.*
11. *Quando impedimentum eſt in iudice maiore, appellans ipſo iure ſeruatur illæſus.*
12. *Quando impedimentū eſt in iudice inferiore, datur ſecūdū fatale, ipſo iure aut reſtitutiōe in integrū.*
13. *Reſtitutio in integrum datur incidenter ſine cauſæ cognitione.*

Pre-

14. *Protestatio de non labendis fatalibus, an & quoties necessaria.*
15. *Iustitia excusationis nō consistit in verbis sed re ipsa.*
16. *Quomodo succurratur appellanti aduersus tertium impedientem.*
17. *Duo casus, quib⁹ appellās ipso iure seruatur illæsus.*
18. *Lapso biennio sententia transit in rem iudicatam.*
19. *Restitutio tantum reddit, quantum abstulit læsio.*
20. *Quodlibet impedimentum sufficit ad dādum secundum fatale.*
21. *Negligenti non datur secundus annus integer, si intra tempus restans potuit causam finire secus si hoc non potuit.*
22. *Quid iuris, quando impedimenta & negligentiæ alternatim interceſſerunt.*
23. *Intra tempus de impedimento docere consulitū est.*
24. *Notorium impedimentum frustra allegatur.*
25. *Forma comparitionis per appellatum fiendæ.*
26. *Vt appellās repetit singulis terminis suas protestationes, ita & appellatus suas.*
27. *Forma comparitionis secundum stylū Colonièsem.*
28. *Quæ contineantur sub nomine Iurium.*
29. *Forma contradicendi iuribus per generalia.*
30. *Quando Iudex se pronunciet competentem.*

ACCEPTIS itaq; Apostolis, terminoque ad prosequendū, introducendumq; appellationē vt supra statuto, spectat ad sollicitationem appellātis, vt intra terminum sibi prę-fixum appellationem prosequatur, & eam in consistorium iudicis, ad quem appellatum est, introducat, & illam recipi, & admitti procuret, vel appellationis causam, rescripto Principis ad quem appellauit, alicui delegari

legari obtineat, & reſcripto iudici dato præſentato, & per eum recepto, petat aduerſarium in ius vocari ad procedendum in huiuſmodi cauſa appellationis cum inſertione reſcripti, & intimatione, vt ſiue compareat ſiue non, quod nihilominus illius abſentia non obſtante, iudex in cauſa ſit proceſſurus ad ſententiam vſque incluſiuè. *c. per tuas. ext. de appel. vide ſup. in prima inſtantia. Tit. de citatione.*

Exequuta verò citatione appellator die citationis ſuperueniente literas citatorias vnà cum exequutoris relatione exhibere ſolet ſub his proteſtationibūs.

Proteſtor quod non ſtat per mē quo minus celerius in hac cauſa proceſſum ſit, aut procedatur, quam proteſtationem peto
3. ſingulis futuris actibus huius cauſæ inſeri, & pro inſerta haberi. Et fundando iuriſdictionem, &c. vt ſupra, in forma exhibendi literas citatorias eodem tit. in prima inſtantia. (ADDITIO, Primò quidem terminoColoniæ rariùs hæc proteſtatio interponitur, ſed ſimpliciter mandatum reproducitur ſub hæc ferè forma. Fundando iudicium & Iuriſdictionem Domini, &c. reproduco citationem ad videndū procedi in cauſa appellationis cū inhibitione ne lite pendēte, &c. debitè exequutā, in contumaciā petens vlteriora, cui addit aliquando procurator volens docere de ſuo mandato. Et docendo de meo mandato conſtitutionis exhibeto illud, petens exaduerſo reſpōderi. De appellatione reali rariùs primo termino docetur de quo infra. Hoc eod. tit. *nu.* 28.

Quod

Quod si tunc appellatus compareat, obtinet copiam iurium. & secundam diem iuridicam contradicendi. Si verò non compareat, decernitur cõtra absentem Citatio ad dicendum contra iura & Iurisdictionem Domini, & deinde vlterius proceditur aduersus contumacem ad decretum competentiæ, & vlteriorem causæ cognitionem, vsque ad sentẽtiam inclusiuè, quia de iure communi in causa appellationis, licet non ita in prima instantia, vsque ad sententiam inclusiuè etiam absque litis contestatione procedi potest. *l. ampliorem in princ. C. de appel. l. final. §. illud etiam C. de tempor. appel. c. per tuas c. interposita. §. fin. ext. de appel.* C. 20:)

Pro declaratione huiusce protestationis, quæ semper in causa appellationis in omnibus actibus repeti solet, illud repetendum est, quòd licet olim quinque fuerint dies fatales, computata reparatione, vt *in l. C. de tẽpo. appel.* dicti forsan fatales, quia eis fatum, id est, terminus & finis imponebatur causæ, vel quibus fatum, id est, mors accideret causæ, hodiè tamen hoc immutatũ esse. Nam hodiè non habet locum petitio reparationis, sed ex ordine vnus tantum fatalis est dies, id est, annus vnicus, intra quem appellans prosequi debet appellationem, siue à diffinitiua, siue ab interloquutoria sententia interpositam, secundum se, id est, cum ipse solus est in iudicio, cõmuniterue, id est, cum est in iudicio cum alia parte, aut si iusta causa intercesserit, quo minus quis appellationem suam in primo fatali, prosequi possit, alius ei annus indulgetur, qui secundus est fatalis quo transacto, lite non cõpleta, rata manet prior

4.

5.

6.

ſententia. *auth. ei qui appellat. l. vlt. §. illud. C. de tempor. apud. c. cum ſit Romana. c. conſtitutus ext. de appellat.* Quocirca ſciendum eſt iuſtã cauſam varijs modis intercedere poſſe, quo minus quis poſſit appellationem in primo fatali finire. 7. Primò enim iuſta cauſa interdum intercedit ex parte appellantis, vt quia infirmitate detinetur, vel inopia laborat, adeò etiam vt appellationem interpoſitã proſequi non poſſit. *c. ex ratione de appel. ibi per impotentiam. c. penult. ext. de ſolut.* Vel quia ipſe aut ipſius procurator in itinere captus in carceribus detinetur, vel maris tempeſtate remoratur, cum per terram accedere non licet, in *auth. de his* 8. *qui ingredi ad appel* §. 1. *col. 5.* & huiuſmodi cauſa intercedente, cum de ea conſtat iudicialiter, datur impedito ipſo iure non per in integrũ reſtitutionẽ annus ſecũdus. *cum ſit Romana. ext. de appel. l. vlt.* § *illud & d. auth. ei qui appellat. C. de temp. appel.* & poterit non obſtante lapſu primi fatalis cauſam peragere, licet ſoleant iudices ſecundum fatale quaſi per in integrum 9. reſtitutionẽ concedere. Secundò intercedit ſubindè iuſta cauſa ex facto aduerſarij, nempè quando per ſe vel alium extra iudiciũ de facto appellantẽ impedit, quo minus appellationẽ proſequi poſſit, vel in iudicio dilationibus fruſtratorijs efficit, quo minus appellatio, tempore præfinito finiatur, & tunc ipſo iure appellatori impedito conceditur ſecundum fatale, vel ſaltem ſeruatur illæſus vt tempora appellationum non

cur-

currant *Dom. de rota deciſ. 102. incip. fatalia in no.* Tertiò ex facto appellantis & appellati iuſta impedimenti cauſa intercedere intelligitur, quando ad arbitros itum eſt, vel aliàs expreſſo vtriuſque conſenſu curſus temporis ſuſpenditur, & tunc ipſo iure tempora non currunt, & per conſequens ſecundi fatalis conceſſione, minimè opus eſt. *clem. quamdiu de appel. auth. ſi tamen. C. de temp. appel.* (ADDE, *Gail. lib. 1. obſ. 141. nu. 2. & 4. vide ſupra. Tit. XIX. nu. 2.*) 10.

Quartò ex facto judicis ſubinde iuſtum impedimentum intercedit, quando vel ob infirmitatem, vel aliam ob cauſam pro tribunali non ſedet, vel aliàs per eum ſtetit, quo minus cauſa appellationis ad finem perducta ſit, & tum ſiquidem iudex ille princeps ſit, ſuperiorem non recognoſcens, ipſo iure ſeruatur illæſus appellans, ita vt tempora appellationis exercendæ illi non currant, quantũuis longo tempore impediatur, facto principis. *c. ex inſinuatione ibi. lis intacta permaneat, &c. ext. de appel. auth. ſed & lis. cum auth. ſeq. & ibi. gl. C. de temp. appel.* (ADDITIO, Vnde in Camera Imperiali huiuſmodi fatalia non currunt. *Gail. lib. 1. de pac. pub. cap. 9. nu. 15.* tamen is decurſa coram inferiore iudice, appellatio tanquam deſerta ibidem non recipitur. *Gail. d. obſ. 141. nu. 7. & ſeq. C. W.*) 11. 12.

Sin autem iudex ille, ſit inferior principe tunc ipſo iure indulgetur impedito aliud fatare ſecundum. *l. vlt. §. illud. C. de tempor. appel.* (ADDE, Alexandrum *in l. propemodum. §. ſin autem vtraque. num. 4. C. de Iudic.*) Tametſi judices ſoleãt hoc caſu appellantem in integrum reſtituere

13. iuxta opinionem Bart *in auth. ſi appellatione C. de temp. appel.* Incidenter tamen ſine libello aut litis conteſtatione vel alia ſpeciali cauſæ cognitione (ADDE, *Bart. d. loc. & Gail. lib. 1. obſ. 143. num. fin. Caſt. Conſil. 135. part. 2.*) appellatore enim proteſtante, quòd per ſe non ſteterit, quo minus omnia litis certamina impleãtur ac petente per iudicem declarari, quod tali die iuridica pro tribunali non ſederit, ſeque propterea reſtitui, & aliud fatale concedi, Iudex ſtatim ſine alia cauſæ cognitione appellantem reſtituere ſolet. (ADDITIO, hinc ve-

14. niunt frequentes illæ, & ſingulis ferè terminis ab appellantis procuratore repeti ſolitæ proteſtationes, de non lapſis neque labendis fatalibus, quia vnica non ſufficeret, quando per iudicem præſtatur impedimentum. Marant. *part. vlt. 6. part. princ. act. 2. num. 219. al. 230. Gail. lib. 1. obſ. 141. num. 9. Bald. in Auth. ſi ſupplicatione. num. 2. C. de temp. appel.* ſecus ſi alibi præſtetur, tunc enim ſufficit quòd poſtea impedimentum probetur. *Marant. d. nu. 230. fac. Myns. Cent. 3. obſ. 59. nu. 3. Alex. in l. 2. §. quod diximus. nu. fin. ff. Si quis cautio.* quod & priori caſu quando per iudicem ſtetit ſufficere humanius putat. *Ioſeph. in l. properandum. §. ſin autem vtraque. nu. fin. C. de iudic.* quia iu-

15. ſticia excuſationis non conſiſtit in verbis proteſtatis, ſed iuſta impedimenti cauſa, & verba rei veritatem non immutent, faciunt quæ tradit Pinel. *in Aut. Triennale nu. 43. C. bon. mater. Caſtrenſ. in terminis conſil. 135. nu. 1. part. 2.* & hoc eò magis obtinebit, ſecũdum eos, qui volunt, quando ſtat per iudicem fatalia ipſo iure non currere, quòd de præſenti latius diſcutere non vacat. ad euitandas tamen opiniones cautela eſt, omni caſu de impedimento proteſtationem interponere Fel. *in c. ex tranſmiſſa. nu. 7. ext. de*

*præ*

*ſcriptio.* eoque magis, quod propter omiſſas has proteſtationes, etiamſi vnica interpoſita fuerit appellationem deſertam cenſuerit. Senatus Pedemontanus, afferente & probante Octauia. *Cathera deciſ. Pedemont. 12.* quem vide fuſiùs hanc quæſtionem diſcutientem. C. M.) Quintò interdum tertio aliquo impediente fieri poteſt, quo minus appellator intra primum fatale finiri poſſit, & tunc datur appellanti contra impedientem actio ad intereſſe. (ADDE, *ad hoc text. in lib. arbitrio. 19 §. dolo. ff. de dolo.*) & rata manet ſententia, ſi tamen ille ſoluendo non ſit, datur appellanti per in integrum reſtitutionem fatale ſecundum, vt habet gl. *in c. ex ratione. ext. de appel. gl. in auth ſi appellatione in fine. C. de tẽpor. appel.* (ADDE *Gail. d. obſ. 134. num. 6.* Communem dicit. Mynſ. *Cent. 5. obſ. 98. num. fin.*) Cæterum vtrum deinde in ſecundo fatali impeditus, ipſo iure ſeruetur illæſus, vel longius tempus conſequatur. Dic in duobus tantum caſibus appellantem ſeruari illæſum, & ipſo iure tempus impedimenti non currere, nempe vbi facto principis, in cuius conſiſtorio lis agitur, quis impeditur, vel vbi per compromiſſum, vel alias de expreſſo partium conſenſu ſuperſedetur, vt ſupra *nu. 10. & ſeq.* In cæteris autem caſibus regulariter tempus ſecundi fatalis currit, & ſententia prior per lapſum biennij tranſit in rem iudicatam, nec datur ipſo iure tempus longius. *d. l. vlt. § illud. verſ. tunc enim. C. de temp. appel.* Impedito tamen per in integrũ reſtitutionis beneficium, conceditur tantum téporis, quantum impedimentum occurrens illi præripuerat. Hoc enim habet natura re-

16.

17.

18.

19. restitutionis in integrum, vt tãtum restituat, quãtum abstulerit læsio vt in *Clem. vnica. & ibi not. de restit. in integ.* & sic non datur tertius annus integer. Panor. *in c. ex ratiõe nu. 9. ex de appel.* (:ADDE, *Marant. d. part. vlt. act. 2. nu. 217. alias 228. Mynsi. Cent. 3. obs. 15.*) licet hoc velit *gl. 1. in c. cum sit Romana de appel.* Porrò autem vt quodlibet impedimentum primi fatalis sufficiat, & iustam præ-

20. stet causam dandi fatale secundum (quando illud dari diximus) necesse est, quòd nulla inter prosequendum per appellantem sit commissa negligentia, alioquin si interdum negligens fuerit, non dabitur annus secundus, si

21. postea quã impedimentum cessauerit, tantum tẽporis supererat, intra quod appellationem finiuisse potuisset, nisi impedimentum intercessisset. *d. c. cum sit Romana ibi ex necessaria & euidenti causa, &c. ext. de appel. l. vlt. §. vlt ibi. se quidem summa ope nisum voluisse litem exercere, per iudicem autem stetisse, vel aliam inexorabilem causam subsequutam, &c. C. de tempor. appel.* Si verò post cõmissam negligentiam, tam diuturnum superuenerit tempus impedimenti, quod si non occurrisset, causa verisimiliter intra illud ad finem perduci potuisset, dabitur annus secundus. Quando autem impedimenta & negligentia alternatis vicibus interces-

22. serunt, siquidem tantum temporis occuparũt impedimenta, vt intra tempus negligentiæ causa finiri non potuisset, dabitur annus secundus, modo tamen tempore impedimentorum durante, appellator si impedimenta cessissent, verisimiliter fuisset appellationem

pro-

proſequutus, & ſic dummodò ſuam diligentiam oſtenderit, intra tempus impedimenti, aliter enim non conſtaret impedimentum obfuiſſe, non peractæ appellationi. *Panor. in c. ex ratione. num. 12. ext. de appel. in c. ſciſcitatus. num. 5. ext. de reſcript. in c. ex tranſmiſſa & ibi. Innoc. & alij ext. de præſcript. gl. verbi propoſita in c. cupientes c. quod ſi per viginti. de elect. l. 6.* Vnde conſultum fuerit appellatori, vt etiam tempore impedimenti durante oſtendat ſuam diligentiam, & proteſtetur, quod per ſe non ſtat, quo minus omnia litis certamina impleantur, niſi impedimentum notorium ſit, atque ita ſua diligentia fruſtra oſtéderetur, tunc enim excuſaretur probando impedimentum, licet non probet ſe tempore impedimenti agere voluiſſe iuxta *not. Felni. in d. c. ex tranſmiſſa. nu. 6. ext. de præſcript.* (ADDE, ad præmiſſa lecturam Martini antiqui gloſſatoris ad *l. quod tempore. C. de reſtit. milit.* quam Azo & recentiores vti verioré ſequuntur, licet lectura Vulg. magis æqua & communis videatur vt ibi. *D d. Iaſ. & Zaſ. in §. rurſus inſtit. de actio. hic nu. 28. ille uu.* 57. quarum tamen neutram pleniùs examinare, & pluribus Doctoribus illuſtrare pro iſta voce lubet. C. Wintzler.)

24.

Appellatus verò vocatus in ius ſi in termino citationis per ſe vel procuratorem comparet ita proteſtari ſolet. *De comparitione appellati in termino.*

Compareo cum proteſtatione de nõ conſentiendo in iuriſd. Domini, niſi, &c. nec 25.



Digitized by Google

non cum proteſtatione de deſertione appellationis & nulllitate proceſſus, quas proteſtationes peto ſingulis actibus inſeri,&c. Et deinde præfigitur terminus ad dicendum contra commiſſionem, ad primam diem iuridicam, tam in prophanis quam beneficialibus cauſis.

Nota quod quemadmodum appellator in omnibus & ſingulis terminis & actibus ſolet repetere præſcriptam ſuam proteſtationem, videlicet,quod per ſe non ſtat,aut ſtetit,quo minus, lis celerius impleatur , ita etiam appellatus in ſingulis ſuis actibus repetit ſaltem verbo vno has proteſtationes, & præſertim poſteriorem ſcilicet de deſertione& nullitate proceſſus vide clem. ſi appellationem de appel.

26.

*Forma Colonien. cõparition's.*

In cauſa N. contra N. compareo citatus ad videndum procedi in cauſa appellationis, citra conſenſum indebitum, & cum expreſſa proteſtatione de non conſentiendo niſi quatenus,&c. nec non deſertione, ac non legitimâ cauſæ deuolutione,alijſque quibuſcunque exceptionibus ſaluis petens iurium copiam & ſecundam contradicendi. & docendo de mandato exhibeo vel repeto illud apud acta priora. Si autem non habuerit mandatum cõſtitutionis ad manus poterit cauere de rato, & colligere terminum docendi de eodem. Sub nomine autem Iurium quorum appellatus copiam petit, continentur,citatio cum exequutione inſtrumẽtum appellationis, aut acta priora per quæ de appellatione reali quod eadem ſit realiter interpoſita, docetur In cauſis appellationum Monaſterien. Werlen. &c. In cauſis verò Leodien. ſufficit inſtru-

27.

28.

instrumentum appellationis, & grauamina, quæ tamen rariſſimè in primo termino omnia ſimul exhibentur, nihilominus appellatus termi num contradictionis iurium ſeruare ſolet, ſub hac ferè forma, dico generalia contra iura & iuriſdi- 29.
ctionem Domini ſaluo latius, &c. quem finem colligo quindenam, aut menſem pro diſtantia loci & ſi per appellantem acta priora non fuerunt exhibita, & de appellatione doctum, adijcit ptoteſtans quòd in cauſa nihil fiat, niſi docto de appellatione reali in quem finem peto exaduerſo terminum ſtatui. C. 28.)

Adueniente termino dicendi contra commiſſionem, ſi appellatus nihil nominatim ſed generalia duntaxat dicat contra commiſſio- 30.
nem, iudex declarabit ſe cauſæ & partium iudicem competentem. Et mox dabitur terminus vtrique parti ad libellandum, ad primam diem iuridicam in beneficialibus, in prophanis ad ſecundam. ( Hæc non ita ſtatim Coloniæ practicari patet ex iam dictis & ſupra. Tit. XIX. nu. 12.)

## De libell oblatione, alijſque terminis cauſæ appellationis. TITVL. XLVI.

1. *IN cauſa appellationis ab extraiudiciali grauamine requiritur libellus, ſecus ſi à iudiciali grauamine.*
2. *In appellatione à diffinitiua offerendus libellus.*
3. *In cauſa beneficiali non requiritur libellus.*
4. *Cauſa appellationis regulatur ſecundum naturam principalis.*

5. *In appellatione ab interloquutoria, altera parte absente, litis contestatio non requiritur.*
6. *Parte præsente consultum est fieri litis contestationē*
7. *Litis contestatio in principali facta necessariò non repetitur in causa appellationis.*
8. *Iudex appellationis succedit in locum primi iudicis.*
9. *Quando altera parte absente procedi possit ad diffinitiuam in causa appellationis.*
10. *Vtraq; parte præsente libellus offerri, ac lis contestari debet.*
11. *Vterq; tam appellatus quam appellans potest dare libellum appellatorium.*
12. *Forma libelli appellatorij.*
13. *Formalia appellationis probari debent.*
14. *Qualitas tribuens iurisdictionem, in libello exprimenda.*
15. *Appellatio à diffinitiua iustificari potest ex nouis deductis.*
16. *Sufficit iudicem appellationis pronunciare sententiam priorem iustam, vel iniustam.*
17. *Quando nihil noui deducitur, libelli appellatorij rarissimus est vsus.*
18. *Oblato libello statim iuratur de calumnia, & seruatur terminus ponendi & articulandi.*
19. *Qua fiant in termino ponendi & articulandi.*
20. *Qua fiant in termino contradicendi positionibus.*
21. *Qua fiant in termino producendi omnia.*
22. *Iudex ex actis informatus pronunciabit.*
23. *Forma sententiæ in causa appellationis.*
24. *Causa appellationis eadem cum principali.*
25. *Procurator & aduocatus inuiti non inseruiunt in causa appellationis.*
26. *Renunciatio testium non extenditur ad causam appellationis.*

27. *Quando*

Digitized by Google

27. *Quanto tempore pereat causarum instantia.*
28. *Instantia secundum ius Canonicum est perpetua.*
29. *In arbitrio litigantium ferè est, quanto tempore velint causas prorogare.*
31. 32. *Quando sententia absolutoria reformatur an condemnatio necessariò addi debeat.*
32. *Verba confirmo vel infirmo, æquipollent condemnationi vel absolutioni.*
34. *Quando procedat communis opinio de confirmatione vel infirmatione sententiæ.*
35. *Casus in quo non sufficiat simpliciter confirmare vel infirmare sententiam à qua.*
36. *Non probat esse, quod ab hoc contingit abesse.*
37. *Quando sententia à qua, &c. indiget reformatione non sufficit simpliciter infirmare vel conformare.*
38. *Appellans succumbens semper in expensis condemnatur.*
39. *Habens communem opinionem, aut dubium legis intellectum excusatur ab expensis.*
40. *Item habens opinionem vnius non reprobatam, aut consilia Doctorum sigillata.*
41. *Quis præsumatur iustam litigandi causam habere.*
42. *Appellans ex nouis deductis succumbens excusatur ab expensis, nisi post probationes.*
43. *Appellans habens iniustam litigandi causam super toto, ab expensis non excusatur.*
44. *Appellatus succumbens ex nouis euitat expensarum condemnationem, ante publicationem probationum.*
45. *Ignorantia iuris non excusat ab expensis.*
46. *Quando hinc inde pro parte obtinetur, fit expensarum compensatio.*

47. *An condemnetur in expensis obtinens reformationem in medietate.*
48. *Secundò appellatur, & proceditur vt hic.*
49. *Tertiò non appellatur.*
50. *Quomodo intelligatur bis tantum appellari à sententia.*
51. *Alterius vicibus succumbentes, tertiò non appellant.*

VTRVM autem in causa appellationis coram iudice ad quem libellus conuentionalis necessariò edi debeat, distingue. Siquidem appellatum est à grauamine extra-
1. iudiciali, tunc libellus est offerendus, quum huiusmodi appellatio tantum sit prouocatio ad causam, *c. cum sit Romana. ext. de appel. siue citatiõ. c. 1. de elect. lib. 6.* Si verò à grauamine iudiciali siue ab interloquutoria appellatum sit, libellus non est necessarius, à diffinitiua verò sententia appellatione interposita libel-
2. lus afferri debet secundum quosdam. Spec. *tit. de libel. concept. § nunc videndum. vers. sed nunquid in causa appellationis, in tertia parte Specul. Florentinus in c. cum in iure. quæst. 9. ext. de offic. iud. deleg. Panor. in c. Rainaldus num. 27. ext. de testam. Lanfranc. 16. Clem. sæpe in verb. Libellus. vers. quinta conclusio de verb. signif.* vbi tamen addit, quòd in causa beneficiali, quemadmodum in illius prima instantia non requiritur libellus,
3. ita nec in causa appellationis. Nam appellatio non mutat naturam litis, sed potius causa appellationis regulariter secundum naturam causæ principalis, quo fit etiam, vt si causa

prin-

principalis, non requirat litis conteſtationem, vt ſunt cauſæ beneficiales, & aliæ, de quibus in *clem. diſpendioſam de iudic.* nec cauſa appellationis litis conteſtationem requiret. Et ſi cauſa principalis ſit ſummaria, appellationis quoque cauſa ſummatia cenſebitur Angel. *in l. 1. ff. eum qui appel. in prouinc. defen. per c. interpoſita. §. vlt. ext. de appel. fac. gl. in c. illud. 12. diſtinct.* In cauſis autem prophanis non priuilegiatis, ſiquidem appellatum ſit ab interloquutoria, altera parte contumaciter abſente, non eſt neceſſaria litis conteſtatio, ſuper articulo grauaminis, etiam lite in cauſa principali nondum conteſtata. *d. c. interpoſita. §. vlt.* (Ande, ibi rationem adijci in text. quia cum in hoc caſu iniquitas principaliter prioris iudicis arguitur, non eſt vigor iuris (quo ſequi poſſet cauſæ perplexitas) requirendus, cui accedit quod vti in quæſtione exceptionis ſecundum communem doctorum opinionem nõ requiritur litis conteſtatio, ita nec in appellatione ob interloquutoria. *Couar. in c. Rainaldus. §. 2. num. 1. de teſtam.* C.W.) Si autem aduerſarius præſens eſſet, neceſſaria foret litis conteſtatio ſiue in cauſa principali conteſtatio facta ſit, ſiue non Io. *de Imol. in d. c. interpoſita. §. vlt. Bart. in l. finali. §. illud C. de tempo. appel.* quia illi. §. non loquitur quando vtraque pars præſens, ſed appellatore abſente, vt ibi Bart. vel ſaltem conſultum eſt, vt parte præſente fiat cum ea litis conteſtatio, ſecund. Panor. *inc. Rainaldus. nu. 27. ext. de teſtam.* Abſoluto verò vel omiſſo articulo grauaminis cum proceditur coram iudice appellationis in cauſa principali, tunc

ſi lis

si lis coram primo iudice conteſtata erat non eſt opus denuò fieri conteſtationem, ſin autē facta non ſit, iam eſt omninò neceſſaria. Et ratio eſt, quod liti conteſtatio ſemel neceſſaria ſit in cauſa requirēte ordinē iuris ext. vt lite non conteſt. per tot. & non requiritur ſæpiùs conteſtationē fieri, cum hoc iure cautum nō reperiatur. 8. Tū quod iudex appellationis qui ſuccedit in locum primi iudicis, omnia facere debet quę iudex primus facere debuiſſet. *l. mortuo ff. de iud. in d c. interpoſita.* Sed primus iudex litē conteſtari debebat, ſi nō erat cōteſtata, ergo & iudex appellationis. Egid. de *Bellemere cō. lus rot. 697.* Quādo autem appellatum eſt à diffinitiua ſententia, tunc altera 9. partiū contumaciter abſente procedi poteſt ad diffinitiuā, lite nō conteſtata, quandoquidem lis in prima inſtantia conteſtata eſt, *c. per tuas. ext. de appel.* Si autē aduerſarius abſit quidem, ſed non contumaciter procedi non poterit lite non conteſtata domini de rota. *deciſ. 10. 8. in no. & Egid. de Bellemere vbi ſup.* Vtraque verò parte præſente offerri debet libellus & lis cōteſtari, vt *in c Raynaldus verſ. dilectus & ibi gl. verb. cōteſtata ext. de teſta. d c. per tuas à contrario ſenſu & ibi Panor. ext. de appel.* ADDITIO, & hæc eſt communis. quæ interpretationem recipit, caſu quo litis cōteſtatio petita fuerit, aliàs præcisè neceſſaria non erit. Couar. *in d. c Rainaldus. §. 2. nu. 1.* Imò quòd indiſtinctè ſiue præſente, ſiue abſente aduerſario nō requiratur litis conteſtatio, quādo ea in prima inſtantia ſeruata probat. *Myns. cent. 1. obſ. 1.* C. M.) Poterit 11. itaque hoc termino vterq; dare libellum, appellatus quidem petendo confirmari ſententiam

tiam,& pronunciari benè proceſſum,& pronunciatum & malè appellatum,vel ſi nõ plenè obtinuerit ſecundũ ſuã petitionem poterit nunc petere illud ſuppleri,appellans verò ſiquidem ſit actor originaliter ,poterit nunc adducere petitionem prioris libelli in prima inſtantia porrecti vel ſi appellans originaliter reus ſit,tunc poterit libellum in cauſa appellationis hac vel ſimili forma concipere.

12. *Forma libelli in cauſa appellationis.*

Coram vobis venerabili viro Domino N. N. Decano Eccleſiæ,&c. iudice cauſæ & partium infra ſcriptarum ſpecialiter deputato procurator & eo nomine honeſti viri Titij appellantis huius cauſæ contra ſeu aduerſus Sempronium ciuem Louanienſem, ac aliam quamcunque perſonam pro ſeu cum ipſo ad hanc cauſam legitimè interuenire volentem & debentem tam coniunctim quam diuiſim appellatum ſeu appellatos locoli belli appellatorij dat,facit,& exhibet poſitiones & articulos infraſcriptos quibus,&c.

Inprimus ponit & articulat quod dictus Sempronius ciuis Louanienſis contendens, licet minus verè fundũ quendã vulgò dictũ Tuſculanum iugerum viginti conſtitutum, in oppido Leodienſi ad ſe iure dominij vel quaſi pertinere. Eaque accepta occaſione dictum Titium appellantem ſuper dicto fundo rebusque alijs tunc expreſſis coram Domino Officiali Leodien. fecit ad iudicium euocari & contra eundem ad plures actus & terminos iudiciales ad ſententiam vſque inclusiue proceſſit.

Secun-

Secundò verum quod licet dictus Sempronius aduersarius intentionem suam prædictam minimè saltem sufficienter probasset & propterea actis & actitatis attentis dictus Titius ab impetitione ipsius Sępronij absolui debuisset. Tamẽ idẽ officialis ad præmissa non attẽdens, sed in eadem causa nulliter, aut cessante saltem nullitate perperam & iniq́ue procedens quandam diffinitiuam sententiam, contra dictum appellantem & pro dicto appellato promulgauit nullam & iniquam honore semper saluo.

Tertiò ponit & articulat verum quod huiusmodi eius sententia, nullitate salua, fuit pro parte præfati Titij, sententijs se per eandem iniustè grauari ad sedem Apostolicam ritè & legitimè appellatum, prouocatum, & de nullitate doctum, ac Apostoli debita cum instantia petiti & reuerentiales obtenti.

13. Rectè istud ponitur & articulatur nam quod appellatum sit & petiti sint Apostoli aliaq́ue appellationis solemnia siue formalia interuenerint probare debet appellans. *c. vt debitus ext. de appel.*

Quartò ponit verum quod sanctissimus Dominus noster Papa Modernus causam & causas huiusmodi appellationis, nullitatisq́ue & nullitatum iniquitatis & iniusticiæ dictæ sententiæ totiusq́ue prætensi processus desuper quomodolibet habiti & facti, attentatorum & innouatorum quorumcunq́ue reuerentiæ vestræ, cum omnibus & singulis eorum

rum incidentibus, dependentibus, emergẽtibus, annexis & connexis totoque negotio principali, audiendas, cognoſcendas, decidendas ac fine debito terminandas per ſuas literas in forma breuis expeditas commiſit & delegauit, prout in literis Apoſtolicis & ſupplicatione illis incluſa clariùs continetur.

14. Totus hic articulus complectitur qualitatem quæ iudici tribuit iuriſdictionem, quando enim certa qualitas iudici iurisdictionem tribuit, ea ſemper in libello exprimi debet ad fundandam & concludendam iudicis iuriſdictionem, vt tractat Panor. *inc. cæterum nu. 14. ext. de iud. & inc. ſi clericus laicum. num. 6. & ibi. Felni. ext. de for. compet.*

Quintò verum quod præfatus Titius huiuſmodi appellationis cauſam debitè proſequendo coram veſtra Reuerentia legitimè inſtituerit.

Vnde ſextò procurator nomine quo ſupra repetit omnia & ſingula acta & actitata tam huius quam primæ inſtantiæ, quatenus tamen pro iuſtificatione huiuſmodi appellationis & contra partem aduerſam faciant ſeu facere poſſint aut videantur, & alias minimè de quo proteſtatur. 18.

15. Appellatio à diffinitiua iuſtificari poteſt nedum ex prioribus actis, ſed etiam ex cauſis de nouo adducendis *Vlp. in l. ſcio. ff. de appel.* Puto tamen (inquit) cùm ſemel prouocauerit eſſe ei facultatem in agendo et-

iam aliã causam prouocationis reddere, prosequiq́ue prouocationem suam quibuscunq́ue modis potuerit, not. *gl. verb. nec processus in Clem. appellanti de appel. text. in l. per hanc. C. de tempor. appel.*

Vltimò ponit & articulat quod præmissa omnia fuerunt & sunt vera.

Quare concludendo de præmissis quatenus sufficiat constito, petit per vos vestramq́; sententiã dici, decerni & declarari per præfatum Dominum officialẽ Leodiensem, malè perperã & nulliter & cessante nullitate iniustè & iniquè fuisse & esse processum, pronunciatum, & diffinitum. & proinde ab eius sententia benè & iustè fuisse & esse prouocatum & appellatũ, eiusdemq́; sententiam fuisse & esse reuocandã cassandam & annulladam, & procuratoris principalem ab impetitione dicti Sempronij fuisse & esse absoluendũ dictumque Sempronium dicto Titio in omnibus & singulis expensis, tam primæ quam huius secundæ instantiæ fuisse & esse condemnandũ, & per vos reuocari, absolui, condemnari respectiuè, ac alias fieri, statui, & ordinari prout iustum fuerit & ordo dictauerit rationis vestrũ, benignũ officiũ humiliter implorãdo.

16 Nota quod licet iudex appellationis teneatur duntaxat pronunciare sententiã priorem iustam vel iniustam esse *l eos fine. prin. C. de appel.* & ex quo pronunciat benè vel malè appellatum censeatur priorem sententiam confirmare vel infirmare, tamen vtrumq́; simul peti solet, videlicet bene

fuisse

fuisse appellatum, & sententiam à qua, &c. infirmari. Et contrà malè fuisse appellatum & sententiam confirmari. Cautela enim abũdans non nocet. *l. testamentum. C. de testam. l. non solet ff. de reg Iur. de quo infra for. sententia verb. malè & iustè.*

(Additio, sed quia hæc forma libelli nihil noui continet, quod non in actis prioribus deductũ fuerit, de praxi Colonienſi rariſſimus eſt eius vſus, ſed ſimpliciter acta repetũtur per appellantẽ, quatenus pro petẽdo eis attẽtis ſentẽtiã à qua, &c. annullari, caſſari aut retractari, niſi videatur. Aduocato cauſæ nullitates & grauamina ſingulatim & particulariter in libello appellatorio deducere & iudici appellationis ad oculũ demõſtrare, quod ſæpiùs fit & fieri neceſſe eſt, quãdo aliquid noui deducendũ & probandũ. reſt. iuxt. *d. l per hãc C. de tẽp. ap. C.* 23) 17.

Oblato verò libello conſequenter talis ordo in proceſſu erit ſeruãdus, nã ſtatim poſtea iurandũ eſt de calumnia c. 2. ext. de iura. calum. l. 6. Quo facto iudex mox vtriq́ue parti dabit terminũ ad ponendum & articulãdum ad diem conſuetum. (Additio, quod verum intellige quando de deuolutione & iudicis cõpetẽtia conſtat, quia extunc termini ſubſtantiales ex ordine ad ſecundam diem iuridicam Coloniæ obſeruantur, quemadmodũ ſupra in prima inſtantia diximus, niſi repeterentur obſeruari coram iudice à quo, &c. tanquam ſufficientes, & in hac appellationis inſtantia, quod vbi nihil noui deducitur, non rarò fieri debemus. C. 23.) 18. *Ordo in proceſſu appellationis. Primò.*

In termino ad articulãdũ dato, ſi nihil noui adducere velit appellator, datur terminus ad dicendum contra articulos ad primam diem *Secundò.*

iuridicam in cauſis beneficialibus, in profanis autem ad ſecundam. Si verò quicquam noui adducere velit, nouos articulos hoc termino exhibebit obſeruata diſpoſitione. *clem. 2. de teſtib. c fraternitatis ext. eod. l. per hanc. C. de temp. appel.*

*Tertiò.* Exhibitis poſitionibus & articulis, appellatus dicendo generalia contra articulos reſpondere ſolet poſitionibus. Et poſtea ſuper reſponſione habita per appellantem deliberatione ſiquidem per teſtes probare velit, petit ſibi terminos probandi concedi. Sin minus præfigitur vtriq; parti terminus ad producendum omnia, ad primam in beneficialibus, in prophanis autem ad ſecundã diem iuridicam, cui autem incumbat onus probandi in cauſa appellationis vide per doctores *in c. quoniam contra ext. de probat. in c. in præſentia ext. de remunc. Bart. in l. hi qui ciuilia C de appel. in l. 1. ff. ſitut. vel curat. appel.* (ADDE, *deciſ. Capel. Tholoſſ. 341. & ibi addit. Auffrer.*)

*Quarto.* In termino ad producendum omnia exhibitis inſtrumentis, actis, & monumentis datur terminus ad dicendum contra producta, poſtea terminus ad declarandum, & poſtremò terminus ad dicendum contra declarata, in beneficialibus ad primam, in prophanis ad ſecundam diem iuridicam.

*Annotatio.* Obſeruandum quod aliquando appellatus vbi in termino ad libellandum nullum exhibuit libellum ante concluſionem cauſæ, exhibere ſolet petitionem ſuam iuxta quam petit

petit per iudicem appellationis in cauſa pronunciari & ſententiam dictari.

*I*udex ex actis & alijs præſumptionibus informabit motum animi ſui ad pronunciandum in cauſſa c. cauſam ext. de ſent. & re iud. c. cum ad ſedem in fine ext de reſtit. ſpol. & legum iuſticiæque ſequens veſtigia, ſecundum quod iuſtum fuerit viſum, pronunciabit hac vel ſimili forma. 22.

*In* cauſa appellationis coram nobis ex cõmiſſione Apoſtolica vertente, per & inter, &c. actis & actitatis, tam huius quam primæ inſtantiarum attentis, dicimus, decernimus, pronunciamus, & declaramus per venerabilem virum Dominum Officialem Leodienſem, iudicem primæ inſtantiæ huius cauſæ benè, iuſtè, & ſanctè, inter partes præfatas fuiſſe & eſſe proceſſum, pronunciatum & diffinitum malè verò & iniuſtè appellatum, dictique Domini Offcialis ſententiam fuiſſe & eſſe confirmandam & approbandam, appellantemque appellato in expenſis condemnandum, prout confirmamus approbamus, & condemnamus reſpectiuè, expenſarum moderamine nobis reſeruato. *Forma ſententia confirmatoria.* I. II. III.

Primæ inſtantiæ huius cauſæ. I.
Nota quòd diuerſæ ſunt inſtantiæ cauſæ principalis, & cauſæ appellationis, eadem tamen eſt cauſa ſiue idem negotium. *c. ſi autem prouocatum. §. poſt ſecundam iuncta. gl. 2. q. 6. Bart. in l. cum apud. ff. iudic. ſol. Panor. in c. dilecta nu. 4. verſ. Ego dicerem ext. de recept.* Nam in cauſa ap- 24. *Forma explicatio.*



Digitized by Google

pellationis à diffinitiua, nõ allegata, allegabo & non probata, probabo, ſæpè *d. per hanc. C. de tẽp. appel.* & procurator in cauſa principali non
25. tenetur inuitus appellationẽ interpoſitã proſequi *l. inuitus. c. de procur. c. nõ iniuſtè in fin. ext. eod.* nec tenetur aduocatus pro eodem ſalario patrocinari in cauſa appellationis à diffinitiua *not. in l. 1. C. de ſuffrag. Spec. tit. de ſalarijs. §. ſequitur verſ. ſed nunquid 10. and. in c. vlt. ext. de teſtib. in reg. contractus. de reg. Iur. lib. 6. in mer.* nec renunciatio teſtium producẽdorũ facta in cauſa prin-
26. cipali extenditur ad cauſam appellationis not. *Innoc. in c. cum veniſſet. num. 3. ext. de teſtib.* Et in cauſa appellationis ſuper nouis articulis poſſunt noui & veteres teſtes induci, non tamen ſuper eiſdem aut directè contrarijs. *c. fraternitatis. ext. de teſtib. Clem. 2. eod. tit.* Finitur autem inſtantia cauſſæ appellationis anno, aut ſi iuſta cauſa interceſſerit biennio, *auth. ei qui appellat C. de appel. & latiùs diximus ſupra tit. de ter. citat.* Porrò inſtantia hoc eſt
27. tempus exercendi iudicij videlicet à litis cõteſtatione ad ſententiam vſque in cauſa principali, perit tranſacto biennio in cauſis criminum. *l. vlt. C. vt intr. cert. tempor. crim quæſt. termi.* In cauſis verò ciuilibus triennio *l. properandum in princ. C. de iudic.* Et hoc ſecundum leges, ſecundum canones enim, aliud obti-
28. net, vt eſt crebrior Doctorum opinio *in c. venerabilis, per iſtum text. ext. de iudic. ad hoc c. cum olim 2. §. iudices ext. de priuileg. c. tum ex literis cum ibi. not. ext. de reſtit. in integ.* Cæterum nec leges ciuiles hac in parte forum ſeculare ſeruat, ſed

fere

ferè in arbitrio litigantium est, quanto tẽpore malue int causas prorogare, immemores planè iurisiurandi aduersus calumniam præstiti, vnde tandem sumptuũ & molestiæ pertæsi, tenuiores iuri suo plerunque cũ lachrimis cedere coguntur. Huius autem grauaminis culpam. Imp in d. *l. properandum. §. hoc enim C. de iudic. reiic.* in iudices. Hoc enim (inquiens) iudicialis magis esse potestatis, nemo est qui ignoret, nam si ipsi noluerint, nullus tam audax inuenitur, qui possit inuito iudice litem protelare. 29.

Malè & iniustè appellatum. Hoc pacto sufficit iudicẽ appellationis pronũciare quãdo priorẽ sententiã cõfirmandam esse putat, puta benè iudicatũ, & malè applicatum si verò priorẽ sententiam infirmãdam putat, tunc si condẽnatoria erat, sufficiet pronunciare malè iudicatũ & benè appellatum. Sin autem fuerat absolutoria, tunc si illã infirmare velit, debebit hoc modo pronunciare. Dicimus & pronunciamus malè iudicatũ & benè appellatũ, & ideò condẽnamus reũ conuentũ in centũ, &c. Ita quòd hoc posteriore casu necessariũ sit annectere condẽnationẽ vel absolutionẽ, quũ alioqui sentẽtia nõ foret condẽnatoria vel absolutoria *per l. præses. C. de sent. & interloquut. om. iu. et no. in l. eos in prin. C. de appel.* verum secund. Io. calderic. *inc. significauerũt ext. de except. & in c. Raynaldus ext. de testã. prout eũ refert. Panor. in c. cũ causa de re iu.* iste postremo casus nõ procedit quũ verba illa cõfirmo vel infirmo sententiam, æquipolleant cõdemnationi vel 30. 31. 32.

absolutioni, vt not. *gl. in d. l praſes*. Et ita iudex hoc posteriore casu, infirmando sententiam absolutoriam, videtur condemnare, quem prior iudex absoluerat. Idem *tenent. Bart. in d. l. eos.* dicens communiter teneri per doctores, quòd etiãsi nihil addatur hoc vltimo in sententia, illam nihilominus valere, quia sufficit in ea exprimi verbũ condemno vel absoluo, vel æquipollens *l. 1. l. in ſumma. ff. de re iud.* Et hoc ipso quod sententiam 33. absolutoriam pronunciauit iniustam idem facit, ac si pronunciaret reum condemnandum & condemnaret. Addit tamẽ Bart. quod si iudex appellationis vult, poterit addere in sententia, & ideò condemno vel absoluo, vti etiam apertè sentit gl. verb. vel iniustam, in *d. l. eos.* dum ait consultiùs tamen fecerit, si omnia ponat, licet necesse non habeat, & ita etiam intelligi potest *l. cum apud. ff. iudica. fol. c. cum causa ext de sent. & re iud. c. Raynaldus. ext. de testam.* & hæc communis opinio placet et- 34. iam Panor. in *d. c. cum causa nu. 7.* vbi tamen eam limitat procedere, quando ex confirmatione sententiæ simpliciter facta, resultat saltem tacitè omne id, quod debebat facere iudex primus, vt si cùm petierim fundum mihi adiudicari, & te condemnari ad eum restituendum, iudex te absoluerit, certè si iudex appellationis infirmat illam sententiam tacitè satis videtur fundum mihi adiudicare & te condẽnare ad restituendum. Secus quando ex confirmatione vel infirmatione senten-

tiæ

tiæ ſimpliciter facta illud non reſultaret, vt ec 35.
ce ſi eũ actor petijſſet ſibi rẽ adiudicari, reus cõtradicẽs, petit ſe Dominũ declarari & rẽ ſibi adiudicari, & licet dominium probauerit, iudex tamen actori Dominium non probanti rem adiudicauit, certè non ſufficiet iudicem appellationis pronunciare benè appellatum, vel ſententiam retractare, quia licet hac generali pronunciatione videretur reum abſoluere, non tamen declarat ipſum Dominum eſſe, quod tamen petierat reus, nam ſententia illa infirmatoria poteſt habere ſuum effectum abſolutorium & fieri poteſt abſolutio, abſque eo, quòd res adiudicetur reo non enim probat hoc eſſe, quod ab hoc contingit abeſſe. *l. neque natales. C. de probat.* Ergo iudex debebit ſupplere, & reo adiudicare rem petitam, vt videtur caſus in *d. c. cum cauſa ext. de ſent. & re iud.* Idem dicendum erit, quando prima ſententia non per omnia iuſta eſt, ſed indiget reformatione, vt puta, adiudicauit iudex actori rem totam, cum partem duntaxat adiudicare debuiſſet, vel condemnauit reum in mille, cum in cẽtum duntaxat condemnare debuiſſet. Sanè ſi iudex appellationis, ſimpliciter retractet ſententiam, vel pronunciat benè appellatum, non cenſebitur parti ſatisfeciſſe, nam intelligeretur totam ſententiam retractare, quod facere non debet, ſed illud potiùs, quòd iudex primus facere debuerat, tanquam in illius locum ſurrogatus. Ideoque ſententiam ſub diſtinctiõe reformabit, quemadmodum iudex primus 36. 37.

hoc facere debuerat, vt apertè probat. *c. Raynutius & c. Raynaldus. ext. de teſtam. Panor. in d. c. cum cauſſa. nu 7. ext. de ſent. & re iud.*

III. Ipſumque appellantem in expenſis, &c. in quibus ſemper condẽnatur appellans

38. ſi ſuccumbat in cauſa appellationis ex prioribus actis. *c. omni modo 2. q. 3. cum ibi not. l ab exequutione in fine. C. quorum appel. non recip. l. eos. §. ne temerè & ibi. Bald. C. de appel. c. cum veniſſent in fine. ext. de eo qui mitt. in poſſ. cauſ. rei ſer. c. reprehenſibilis c. ſapè. c. vt debitus & ibi Doctores. c. incolato ext. de appel. Doct. in c. finem latibus. ext de dol. & cont Bart. in l. tutores. §. tutor ff. de adminiſt. tut. Bald. in l. vlt. C. quando prouoc. non eſt neceſſ. gl in reg ignorantia. ext. de reg. iur. lib. 6.* (ADDE, *Gail. lib. 1. obſ. 152 num. 4.*) niſi tamen probabilis cauſa in facto, vel in iure, excuſaret appellantem, quod iudex boni ingenij ſub arbitrio æſtimabit *l. 3. §. ſi rem & ibi. gl. ff. de leg. 3. l. qui ſolidum. §. etiam & ibi. Bart. ff. de leg. 2.* vt quia communem opinionem habebat pro

39. ſe, vel quia ſuper intellectu legis vel conſtitutionis dubitabatur, nec inter interpretes ſatis de illius intellectu conuenerat, vnde licet prior iudex iudicauerit contra appellantem, non tamen illicò debuit ſententiæ illius acquieſcere, & perſequutione iuris ſui ſuperſedere. Et idem in ſimilibus eſt iudicium arg. opt. *in l. regula. ff. de iur. & fact. ignor. c. 1. in fine de elect. lib. 6. c. ſacro iuncta gl. verb. probabilis ext. de ſent. excom. l. clodius. ff. de acquir. hæred.* Et ſi habeat opinionem vnius Doctoris non reprobatam excuſatur ab expẽſis. *Dd. in d. c. vt debitus*

*bitus ext. de appel. Bald. in c. veniens nu. 5. ext. de teſtib. vide Spec. tit. de expenſ. §. nunc videndū* (ADDE, *ſup. tit. 41. nu. 64.*) vel quia ante litem motam habuit pro ſe conſilia à Doctoribus ſigillata Bald. *in l. iuris ignorantia. C. qui admitt. ad bonor. poſſ.* Aut quia habuit aliam cauſam probabilem ad arbitrium iudicis arg *c. de cauſis in fine ext. de offic. iud. deleg. l. 1. ff de iure delib. Bald. in d. l. generaliter. 1. nu. 8. & in l. C. de aduoc. diuerſ iud.* vbi dicit quod præſumatur iuſtam litigandi cauſam habere ille, quia intentionē ſuam probauit per teſtes, qui poſtea per aduerſarium ratione perſonæ reprobantur, vt quia inhabiles vel infames. Sic etiam ſuccedens alteri, dicitur habere iuſtam cauſam ignorantiæ, vt euitet condemnationem expenſarū, ad *hoc. c. cum quis in ius. ext. de reg. iur. lib. 6.* Si autē appellans ſuccumbat ex integro deductis per appellatum, tunc certè eſt excuſandus à condēnatione expenſarum. Quū iuſtè appellauerit & obtinuiſſet, niſi probationes illæ nouæ adductæ fuiſſent. Hoc tamē moderatur ſecund. Io. de Imol. *in d. c. finem litibus. ext. de dol. & con.* vt non procedat quoad expenſas factas poſt tempus illud, quo adductæ ſunt, & appellanti publicatæ nouæ illæ probationes arg. *l. ſi quis inficiatus ff. depoſ.* (ADDE, *ſup. dict. Tit. 41. num. 63.*) Secundò moderatur vt non procedat auctore Panor. ibid. num. 25. niſi appellans habuiſſet iniuſtam cauſam litigādi ſuper toto negotio, tunc enim non excuſaretur à condēnatione, licet iuſtā cauſam appellādi habuiſſet, quoad iudicis ſentētiā, per probatio-

41.

42.

43.

nes

nes minus legitimas latam, veluti, petij à te decem ex mutuo, te verò negante produxi testes, per quos tamen non plenè probaui mutuum, nihilominus tamen iudex sequendo probationes minus plenas te condemnauit, à qua sententia cum appellasses, in causa appellationis, produco instrumẽtum mutui, & ita iudex appellationis, priorem sententiam confirmat. Sanè nihil vetat, quo minus condemnari debeas in expensis tam primæ instantiæ, quam secundæ, quum temerè & calumnioſè litigaueris, licet prior sententia fuerit iniustè lata, propter probationes minus plenas, habent enim hic locum iura, quæ temere & calumnioſè litigantem condemnãt in expensis, temerè enim appellauit, qui sciebat se iniustam causam fouere, sed quid si feratur sententia contra appellatum? dic quòd
44. si feratur ex nouis actis, tunc euitat expensarum comdemnationem, modò super principali negotio habuerit probabilem causam litigandi. Hic enim incidit error facti, & non iuris, & ita obseruatur secund. *gl. in c. ignorantia de reg. Iur. lib. 6. Innoc. in d. c. finem litibus & Bart. in l. generaliter. §. sed iuramento. C. de reb. cred. & communiter tenetur. Panor. d. loc.* Moderare tamen istud procedere auctore, Anth *de But. in d. c. finem litibus num. 21.* quoad expensas factas ante adductas, & appellato publicatas nouas probationes. Secus quoad postea factas arg. *d. l. si quis inficiatus*. Sin autem sententia feratur contra appellatum ex actis prioribus, certè condemnabitur in expensis, nec

nec ſola præſumptio ſententiæ illum excuſat, quum illius effectus fuerit per appellationem ſubſequentem ſublatus, vt *in l. 1. ff. ad Turpil. & c. veniens. ext. de iureiur. Bart. Bald. & alij in d. l. generaliter. gl. in d. c. ignorantia de reg. Iur. lib. 6. Panor. & Doct. in d. c. finem litibus.* (Addе, *Gail. lib. 1. obſ. 152. num. 5. Mynſ. Cen. 2. obſ. 39.*) Nam hic intercedit ignorantia iuris, quum acta illi fuerint manifeſta, ex quibus potiùs colligere iuſticiam vel iniuſticiam ſententiæ, niſi tamen alia iuſta & probabilis eum excuſet, vt dictum eſt ſupra de appellante. Præterea ſi appellator in parte obtinuit & in parte ſuccubuit, ſiquidem ſententia prima plures cõtinebat articulos, in quorum vno obtinuit, in altero ſuccubuit, tunc hinc & inde expenſarum fiet condemnatio, ſeu compenſatio, quo ad expenſas articuli, in quo ſuccubuit, debuit enim ſolum ab iniuſto articulo appellare, ſi verò prior ſententia vnicũ contineat articulum, vtputa ſummam centum Florenorum ex vna cauſa debitam, tunc ſi cõdemnatus in centum appellet, & obtineat ſenten. tiam reformari, quoad medietatem nempè quinquaginta, tunc ſimiliter non fiet con. demnatio in exemplis, quia (vt dictum eſt) articulus prioris ſententiæ vnicus erat, quem non tenebatur appellando diuidere, vel di. ſtinguere, ſed à tota ſententia appellare po. tuit. *Innoc. nu. 4. & Io. And. in d. c. finem litibus ext. de dolo. & cont. & ibi. Panor. nu. 27.* hoc etiam vult obtinere in cauſa ſeu inſtantia principali, vt ſi in parte obtinuit, & in parte non

45.

46.

47.

fiat compensatio hinc& inde,vti in simili notat idem *Panor. in vnico. ext. de plus petit. vbi vide eundem plenius.*

48. *Quoties liceat appellare.*

Ab hac quoque sententia per iudicem appellationis probata, condemnatus secundò appellare potest, eadem forma, quam supra descripsimus,& acceptis Apostolis, introduceret causam suæ appellationis in consistoriũ iudicis,ad quẽ vel impetrabit causam ad quẽ alicui ad examinandam cõmitti,qua cõmissione iudici dato præsentata,& per eum recepta citabitur aduersarius ad procedẽdum in causa appellationis vt supra ET deinde in hac tertia instantia seruantur omnes termini præscripti ad primam diem iuridicam siue causa beneficialis sit, siue prophana,dẽpto termino ad articulandum, qui seruatur ad sextum diem,(A DDE,non memini hoc ita obseruari
49. Coloniæ,sed in hac tertia ac secunda instantia procedi.C.23)HIS autẽ omnib' modo quo supra obseruatis,si tertiò succubuerit appellãs, ampliùs appellare nõ potest,est.n.cõstitutum vt à diffinitiua sententia tertiò appellare nemini liceat. *l.vnic.C.ne lic.in vna cauſ. ter prouoc c. directa.c.ſua nobis ext.de appel.* Quod autem dicitur,posse post sententiã diffinitiuam bis tantum appellari,intellige verum ab eadem par
50. te,Nam altera etiam potest super eodem capitulo vel sententia appellare,Si enim appello à sententia pro te contra me lata, & iudex appellationis sententiam confirmat, possum secundò à confirmatione sententiæ,sed si hęc confirmatio confirmetur, non possum amplius

pliùs appellare, quia tertiò prouocare non licet. Si autem confirmatio infirmetur tu poteris ab illa ſententia appellare, quia hæc non tertia appellatio, ſed prima, quod ad te attinet, & ſi iudex appellationis infirmationem ſententiæ infirmet poteris ſecundò appellare & vltra tibi appellare non licet, & ita ſuper quolibet articulo poteſt quartò appellari. *Spec. tit. de appel. §. quotiens in prin.. in 2. part. Spec.* (ADDE, *Marant. part. vlt. 6. part. prin. act. 2. nu. 269. Nicol. Antho. Grauat. ad veſt. d. lib. 8. cap. 1. num, 27.* C. W.)

Idem putans ſi alternis vicibus fiunt appellationes, nempè ſi à ſententia lata pro te, & contra me, ego appello, & in cauſa appellationis obtineo demum tu ſecundo appellas & obtines, tertiò ego appello & obtineo, & quartò tu appellas & obtines. Certè nulli noſtrum licet tertiò prouocare, & ſufficit ita ſcriptum eſſe *l. proſpexit. ff. qui & à quib. manumiſſ. c. ſcriptum eſt 6. q 3.* Quapropter reſtat, vt is qui tertiam diffinitiuam obtinuit conformem, petat illius exequutionem fieri. *Clem. 1. de ſent. & re iud.* 51.

## De exequutione rei iudicatæ & à quibus facienda. TIT. XLVII.

1. *Sententia, quæ tranſiuit in rem iudicatam, exequutioni demandanda.*
2. *Iudices ordinarij ſententiam exequutioni demandare poſſunt.*
3. *Delegati inferiorum à Principe, an exequantur ſententiam; controuerſum.*
4. *Intellectus l. D. Pio in princ. ff. de re iudic.*

Dela-

5. *Delegatus poteſt pronunciare ſententiam exequendam.*
6. *Exequutio & miſsio eſt mixti imperij.*
7. *Delegatus, excommunicatione & modica coercitione non parentem iudicatis compellit.*
8. *Delegatus, cui exequutio ſpecialiter commiſſa in poſſeſsionem bonorum mittere poteſt.*
9. *Iudex exequens poteſt implorare auxilium alterius iudicis ſub quo bona ſita.*
10. *Iudex ſuperior, inferiorem compellit.*
11. *Iudex pro exequutione requiſitus non cognoſcit de cauſa finita.*
12. *Exequutor de rebus in quibus exequutio facienda cognoſcit.*
13. *Sententia abſolutoria ſecum trahit exequutionem.*
14. *Secundus iudex condemnans ante abſolutum, ſententiam exequitur.*
15. *Sententiam confirmatam ob negligentiam appellantis exequitur primus iudex.*
16. *Sententiam ex tranſactione partium confirmatam vterq; iudex exequitur.*
17. *Iudex aliquid addens priori ſententiæ exequitur, ſecus ſi nihil addiderit.*
18. *Quando appellatio pronunciatur minùs legitima prior ſententia exequutioni demandatur.*
19. *Intellectus auth. ſi quis litigantium.* C. *de Epiſcop. & Cler.*
20. *Iudex expreſsè confirmans exequitur ſententiam, ſecus ſi tacitè.*

POSTEAQVAM ſententia lata in rem tranſiuit iudicatam, nempè quia vel ab ea intra decem, dies appellatum non eſt vel ſi appellatum

latum fuerit, appellatio vel non ritè interpoſita eſt, vel deſerta eſt, vel per tertiam ſententiam confirmatoriam primæ, finita eſt, iamque nullius iuris remedio, contra ſententiam quicquam attentari poteſt, reſtat vt iudicatæ rei vigorem, iudex ad emolumentum perduci iubeat, res enim iudicata emolumentum non adfert, niſi exequutioni demandetur *c. perſonas c. cum ſit Romana c. reprehenſibilis ext. de appellat. l. 2. l. exequutorem & per tot C. de exequut. rei iud. l. ſi cau. cognita. 32. C. de trãſact.* (ADDE, *Gail. lib. 2. de pac. pub. cap. 17. in princ.*)

Et poteſt ſententia exequutioni mandari à iudicibus ordinarijs, ſiue ipſi ſententiam tulerint, ſiue arbitri compromiſſarij, modò ipſorum arbitrorum ſententia expreſſo partium conſenſu, vel tacito, ſcilicet decem dierum lapſu confirmata ſit, quando videlicet compromiſſum aliqua pœna vallatum non fuerat *c. ſi quis contra ext. de for. compet. c. quiſquis 2. q 6. l. à D. Pio 1. reſp. & §. ſententiam ff. de re iud. l. penult. C. de arbit. l. properandum §. ſin. autem reus C. de iudic.* Delegati autem Patriarcharum, Archiepiſcoporum, Epiſcoporũ & aliorum inferiorum principe, quibus ſimpliciter nulla exequutionis mentione facta, cauſa delegata eſt, ſententiam ſuam exequi non poſſunt *d. l. à Diuo Pio. Innoc. in c. innotuit num. 2. ext. de arbit. Hoſtien. Pet. de Antho. Anth. de But. num. 11. Io. de Imol. & Cand. in c. d. ſi quis contra clericum ext. de for. compet. licet contrarium velit gl. penult. ibid. & Panor. num. 27. & ſeqq. Henric. Bohic. in c. ſignifi-*

2. *A quibus facienda ſit exequutio.*

3.

*casti ext. de offic. iud. deleg. gl & archid. num. 2. in c. quisquis. 2. q. 6. & post multa. Alex. in d. l. à Diuo Pio num. 6. & seq.* (ADDE, *Marant. part. 4. princ. dist. 5. nu. 45.* & hoc de iure Canonico post magnos Dd. conflictus obtentum est, *teste Z. s. in d. l. à Diuo Pio in princ.* quod & de iure ciuili defendi posset *l. fin. C. de iudic. quia d. l. à Diuo Pio.* non negat delegatum sententiam suam exequi posse, per hoc quod dicit, magistratum, qui dedit exequi sententiam da-
4. torum iudicum, quum nihilominus delegatus ipsemet possit, Longouallius *in repet. l. Imperium part. 3. articulo 3. num. 12. ff. de iurisd. om. iud. & ante eum. Anth. de But. d. c. si quis contra. num. 11.* quem intellectum ante visum Felin. aut Longouall. excogitaram, dum hoc Louanij me authore & pro tempore Baccalaureorum decano existente ad defendendum impertinentis loco propositum esset. C. W.)
5. Illud verò sine controuersia verum est, posse scilicet hunc iudicem delegatum pronunciare sententiam esse exequendam, & actorem in possessionem rerum petitarum esse mittendum. *l. 4. §. 1. cum gl. ff. de dam. infect. facit l. penult. §. vlt. cum gl. ff. de offic. eius cui mand. iurisd.* Nam tametsi ipsa facti exequutio &
6. missio sit mixti imperij, atque ita iudicibus inferioribus non competit secund. *gl. & Dd. ibidem.* tamen ipsa pronunciatio de mittendo, non est mixti imperij, & per consequens delegabilis, & competens inferiori, per iam dicta. Secundò nec de illo ambigitur, quin huiusmodi delegatus sententiam suam exequi possit, iuxta potestatē, quam ex delegatione habet, vnde si Ecclesiasticus sit, in non
7. paren-

parentem iudicatis, excommunicationis ſententiam promulgare poterit, arg. *c. præterea. c. in literis. c. ex literis. ext. de offic. iudic. deleg.* Sin autem ſecularis iudex ſit, leuiuſcula coercitione non parentem cogere poteſt. *l vlt. & ibi gl. & Doct. ff. de offic. eius cui mand. iuriſd.* Tertiò & illud in confeſſo eſt, poſſe huiuſmodi delegatum etiam re ipſa in bonorum poſſeſſionem mittere, ſi exequutio ſententiæ illi ſpecialiter ſit commiſſa, ſaltem ſecundum ius canonicum, quo ea quæ mixti ſunt imperij delegari poſſunt, vt eſt crebrior Doctorum opinio. *in c. quod ſedem. ext. de offic. ordin.* (ADDE, *Vant. de nullit. ex defect. Iuriſd. deleg. num.* 86. *& Quib. mod. ſent. null. defend. num.* 50. Item de iure ciuili ea, quæ ſunt mixti imperij delegari poſſe contra communem contendit Longoual. *in repet. l. imperium. part. 3. articulo. 3. Duare. ad princ. d. l. à Diuo Pio. de quo nihil* vlterius in hoc practico tractatu. Chriſt. Wingler.)

Cæterum ſi bona condemnati, iuriſdictioni ordinarij, qui ſententiam tulit, non ſubſint, poterit is opem alterius iudicis, in cuius iuriſdictione condemnatus bona poſſidet, implorare, vt rem iudicatam dignetur ad effectum perducere de quo *in c. poſtulaſti. ext. de for. compet. l. à Diuo Pio. §. 1. vbi Bart. ff. de re iud. l. properandum. §. Sin autem reus vbi D d. C. de iudic. c. Romana. §. contrahentes. de foro compet. lib. 6.* nulla habita ratione æqualitatis vel dignitatis. Et ſiquidem ſuperior illius ſit, nolẽtem vigore imperij ſui cõpellere poteſt, facit quod not. Innoc. in c. 1. ext. de offic.

ordin. Sin autem inferior sit superiorem, vel etiam æqualem cogere non potest, sed superior adeundus est, vt repugnantem iudicem compellat, in auth. *vt differen. iud. §. 1. col. 9.*
11. Porrò iudex pro exequutiõe requisitus, non potest de causa iam finita cognoscere, *c. pastoralis. §. quia verò ext. de offic. iud. deleg. l. si vt proponis & l. exequutorem. C. de execut. rei iud. Innoc. Hostien. & Io. And. in c. de cætero ext de sem. & re iud. Dd. in l si non cognitio C. si contra ius vel vtil. public.* (ADDE, *Gail. lib. 1. obs. 113. num. 7. & 8. vide plenè. Mascard. de arbit. iud. lib. 1. quæst. 38. per tot.* quando & super quibus exceptionibus exequutor cognoscere possit C. W.) De rebus verò in quibus exequutio
12. facienda est, cognoscere potest, *d. l. à Diuo Pio. §. in venditione & §. si super rebus.* Postremò, quis sententiam appellationis, vel à qua appellatum fuit, exequi debeat quæri solet? Et breuiter ita diffiniri potest, si quidem vtraque
13. sententia fuit absolutoria, & tunc frustra de exequutione quæritur, ista enim secum affert exequutionem iuxta tradita per *Innoc. in c. cum nostris. ext. de conces. præb.* ADDE, *Gail. d. obs. 113. nu. fin.*) Secundò quando prima condemnatoria, & secunda absolutoria fuit, frustra etiam de exequutione queritur quum secunda à qua appellatum non est, prꝛualeat. Tertiò quando prima absolutoria, & secunda cõdemnatoria fuit, sine controuersia secundus exequetur & non primus, cum sententia ista,
14. sit secundi & non primi iudicis. Quartò quãdo vtraque fuit condemnatoria, distingue, siquidem iudex appellationis ex rationibus

nouis

nouis prius non adductis motus condemnauit reum, tunc ipse & non primus sententiam exequetur. Si verò coram iudice secundo noui nihil adductum fuerit, tunc siquidem prima sententia confirmatur ob negligentiam appellatoris non prosequentis tempore prę- 15.
finito, exequutio pertinet ad iudicē primum *Doct. in l. post tale pactum § qui prouocauit. ff. de pact. in d. l. à Diuo Pio. ff. de re iud. facit, c. personas. c. cum sit. ext. de appel.* Aut confirmata fuit prima sen- 16.
tentia per transactionem partium, nempè quia post appellationem recessit appellans ab appellatione per transactionem, ita quod consensu suo sententia prima confirmetur, & poterit authore. *Bart. in d. l. à Diuo Pio.* vterque iudex huiusmodi sententiam exequi. Primus quidem quia sententia sua est, secundus, quia quum ad ipsum appellatum fuerit & sibi ex facto partium & forma transactionis constet de meritis causæ, & quod sententia exequutionem mereatur, vtique poterit eam exequutioni mandare per text. *in d. l. tale pactum. §. qui prouoc. ff. de pact.* Adde, *Mynsi. Cent. 4. obs. 94*) Aut cōfirmatur prima sententia expressè per sententiam iudicis appellationis, & tunc licet *gl. verb. d. scussa in d. c. pastoralis. §. praterea*, velit exequutionem pertinere ad secundum iudicem, Panor. tamen ex sententia Hostiensis ibidem ita distinguit, vt si quidem iudex appellationis, priori sententiæ quicquam addi- 17.
derit vel detraxerit, tunc exequutionem pertinere ad iudicem appellationis, quandoquidem sententia sic reformata sua est, non pri-

mi iudicis, ſin autem nihil addiderit **vel detraxerit**, exequutionem faciet iudex **primus** & minimè ſecundus. *c. cum in Eccleſia, iuncta gl. ext. de appel.* Iudex enim appellationis, **ſi perpenderit** malè appellatum, & benè **iudicatum** eſſe, ſola declaratio ad eum pertinet, **vnde** hoc ipſo, quod pronunciat malè **appellatum**, functus eſt officio ſuo, vt ibi Ergo **cauſa** ad priorem iudicem redire debet, facit **quod** appellatio ſententiam priorem **ſuſpendit**, non autem extinguit, *c. venientes. ext. de iureiur.*

18. Quando itaque pronunciatur appellatio **minus** legitima, prior ſententia denuò vigorem recipit & exequutioni demandari debet, facit *d. c. paſtoralis. §. præterea*, ibi & interim exequutio ſententiæ ſuſpendatur, &c. Si tamen primus iudex non inueniretur, ſecũdum exequi poſſe non erit inconueniens dicere. Neç obſtat. *auth. ſi quis litigantium. C. de Epiſc. audient.* quæ videtur velle ſecundum iudicem ſenten

19. tiam exequi debere, quia loquitur, quando primus ad exequendum impotens eſt, vt eſt Epiſcopus, qui ex prorogata iuriſdictione pronunciauit inter laicos. (ADDE, opinionẽ. *gl. in d. §. præterea.* in praxi, vti veriorem, & à Doctoribus communiter probatam obtinuiſſe, puta quod ad iudicem appellationis pertineat exequutio ſen-

20. tentiæ, quando expreſſè ſententiam priorem confirmauit, ſecus ſi tacitè pronunciando, appellationem deſertam aut minus legitimam ſiue deuolutam Bart. *in l. eos in princ. num. 12. & l. præcipimus. verſ.* officijs, per illum text. vbi dicit ita omnes D d. tenere. *C. de appel. fac. l. furti, & ibi Coſtal. ff. de his qui not. infam. Marant. part. vlt. 6. part. princ. act. 3. ſiue vlt. nu. 6.*

*Gail.*

*Gail. lib. 1. obſ. 113 num. 14. Myſ. Cent. 4. obſ. 94. Cent. 5. obſ. 94* & hoc poſteriori caſu, loquitur ſupra allegatum. *c. cum in Eccl ſi t ext. de appel. Gail. d. num 14.* & hanc eãdem opinionem inueni authorem noſtrum notaſſe in promptuario ſuo diuerſorum thematum ex deciſione quondam Domini ſui Io. Glauimans per text. *in d. Auth. Si quis litigantium. C. de Epiſc. & Cler. & Bart.* cuius tamen locum non allegat, quare eam veriorem & in praxi continuandam intrepidè pronunciamus. C. W.)

## Quo iure, & poſt quantum temporis exequutio petenda. TIT. XLVIII.

1. *ACtio iudicati intentatur coram quocunque iudice.*
2. *Actio iudicati habet ordinarium proceſſum, & non exequutionem paratam.*
3. *Coram eodem iudice, aut eius ſucceſſore, cõmodius eſt agere officio iudicis nobili.*
4. *Officium iudicis nobile habet exequutionem paratam.*
5. *In exequutiuis, ſiue actione iudicati, ſiue officio iudicis ſummariè procedendum eſſe verius.*
6. *Iudex de ſua ſententia iterum non cognoſcit.*
7. *Habens facultatem præſtandi rem, tam in perſonali quam reali actione ſtatim ad præſtandum compelli poteſt.*
8. *Condemnatus in pecunia præſtanda habet quadrimeſtre.*
9. *Quantum temporis olim condemnatis datum, & quantum nunc in Saxonia & Camera detur.*

10. *Quadrimestre à iudice pro qualitate abbreuiari potest.*
11. *Quod tempus detur iudicatis in aula Coloniensi.*
12. *Debitore ex delicto an detur tempus iudicati.*
13. *Res in actione reali, vel in rem scripta, arbitrio iudicis restituitur, sed in personali post quadrimestre.*
14. *Condemnatus ad factum non habet quadrimestre sed declinationem operi competentem.*
15. *In facto, ad quod debitor praecisè cogi non potest, soluendo interesse liberatur.*

DVPLICI remedio peti potest sententiæ exequutio, aut per actionem iudicati, quę nominatur actio in factum, aut verò officio iudicis nobili. Actionem iudicati, victor coram quocunqne iudice competente ipsius
1. condemnati intentare potest *arg. l. vlt. C. vbi in rem act. exerce. deb.* Habito enim instrumento sententiæ, iudicem accedere potest, ac petere vt pars citetur, & iudicatis satisfacere cõpellatur, & tum requiritur libellus & litis contestatio, *l. item veniunt. § idem rectè. ff. de petit. hared.* (ADDE, *Marant d. part. vlt. & act. vlt. num. 8.*) Et debet ordinaria via procedi, nec habet iste modus exequendi paratam exequti onẽ. *Bart. in l. vltra dies ff. de re iud. & in l. si causam C.*
2. *de exequut. rei iud.* Debet autem hoc remedio sententiæ exequutio peti, quando coram eo iudice qui sententiam non protulit, exequutio petitur, cui non sunt destinatæ literæ mutui

tui compaſſus, ſiue iuris ſubſidiales, ab eo iudice qui ſententiam tulit *Bart. in l. à Diuo Pio. §. ſententiam. ff. de re iud.* (ADDE, *Gail. lib. 2. de pac. pub. cap. 17. num. 35*) Si in autem coram eodem iudice qui ſententiam tulit, vel eius ſucceſſore, exequutio petatur, cauendum erit victori, ne per iudicati actionem, ſed officio iudicis nobili, vtpotè, longè commodiore & magis expedito remedio, exequutionem petat, arg. *l. vlt. C. de fruct. et lit. expenſ. l. qui reſtituere. ff. de rei vend.* Implorato enim huiuſmodi officio nobili, ſtatim parata eſt exequutio, nec requiritur libellus, nec litis conteſtatio, quia exequutio in facto conſiſtit, vt pròbatur ſubtiliter *in d. l. à Diuo Pio. ff. de re iud. per totam legem.* (ADDE, *Gail. d. obſ. 113. num. 9. & ſeq.* vbi quod in Camera ſemper ſimpliciter de plano & ſummariè in exequutiuis procedatur, ſiue agatur actione in factum ſiuè officio iudicis, quod & de iure fieri poteſt. *Antho. de But. Alex. Angel. Raph. Iaſ.* & alij defendunt, quos ſequitur & conſuetudine receptos teſtatur. *I. ſ. in l. intra. ff. de re iud.* contrariam. Bart. opinionem ridiculã aſſerens ex eo quod ex illa actione, in factum ſolenniter inſtituta, daretur ſententia quæ ſimiliter pareret actionem iudicati & ſic eſſet proceſſus in infinitum & caput hydræ quod in executiuis damnatur per *text. in l. à Diuo Pio. §. ſed ſi emptor. ibi. cæterum longè res abibit. probat & Myn. ſ. decad. 1. reſp. 6. num. 11. & ſeqq.* Chr. W.) Non etiam ipſe iudex de ſua ſententia cognoſcet. *l. ſi vt proponis 1. C. quom. & quand. iudex l. iudex. ff. de re iud. c. in literis ext. de offic. iud. deleg. c. ab excommunicato, ext. de reſcript.* vti hæc pulchrè tractat & probat Spec. tit. de exequut.

3.

4.

5.

6.

(ADDITIO, vnde hunc terminum pro consuetudine cuiuslibet loci ferè arctatum videmus, in aula verò Colonienſi condemnatus integrum habet, ita tamen vt quolibet menſe quartam partem tam ſortis principalis, quam penſionum & expẽſarum ſoluat, vel iudicialiter deponat, in quorum primò, ſecundò, aut tertiò negligens fuerit, vlteriori dilatione non gaudet, in alio ſeculari iudicio eſt hic terminus 14. dierum, prout in Saxonia qui tamen petenti pro arbitrio vice Comitis & Schabinorum reiteratur aut prorogatur. Ch. W. ) Sed ex delicto condemnato ad quantitatem dandam parti, indulgetur tempus condemnatis à iure indultum, Bald. *Salyc. in l. vlt. C. de exequut. rei iud. per l. ſi cum exceptione. §. quod ſi homo ff. quod met. cauſ.* (ADDE, verius erit ſecund. communem non gaudere condemnatum ex delicto hoc quadrimeſtri ad ſoluendum, ſed compelli infra terminum à iudice arbitrarium *Gail. lib. 2. de pac. pub. cap. 4. in fine & hanc magis communem dicit. Iaſ. in d. l. debitoribus. num. pen. & vlt.* C. W.) Si vero in ſpecie quis condemnatus ſit, tunc ſiquidem actiõe reali tempus iudicis arbitrio indulgetur. §. 2. Inſt. de offic. iud. Si autem perſonali quadrimeſtre conſequitur. *l. in fideicommiſſi in princ. & ibi not. Bart. contra gl. ff. de vſur.* In rem verò ſcripta actione condemnatus, tempus iudicis arbitrio ſortitur, quemadmodum in actione reali. *l. ſi cum exceptione. §. quod ſi homo. ff. quod met. cauſ.* Condemnatus verò ad factum, quadrimeſtri tempore non gaudet, ſi tamen petat dilationem operi competentem, illa concedi debet. *l. continuus. §. item qui inſulam. ff. de verb. obligat.* Si verò huiuſmodi dilationem non pe-

non petat sed dicat se facere nolle, tunc si factum tale sit, ad quod præcisè cogi possit in carcerem conijcitur donec faciat, gl. *& Doct. in l. stipulatio. § siue autẽ ff. de nõ oper. nũc. Bart. &*
15. *Doct. in l. stipulationes non diuiduntur ff. de verb. oblig. (vide tit. seq. num. fin.)* Sin autem ad factum præcisè cogi non possit, tunc soluendo interesse liberatur *d. l. stipulationes non diuiduntur, vers. Celsus & l. si insulam, eod. tit.* quo casu, quum in effectu censeatur condemnatus ad quantitatem, consequetur quadrimestre tempus, quemadmodum & is, qui verè ad quantitatem condemnatus est.

## De variis exequendi formulis & exequutionibus ordine. TITVL. XLIX.

1. *Sententia absolutoria non indiget exequutione.*
2. *Quomodo fiet taxatio expensarum.*
3. *Quomodo iudex Ecclesiasticus & secularis compellet ad solutionem expensarum.*
4. *In rem iudicatam, primò capientur mobilia, deinde immobilia, ac tertiò nomina.*
5. *Ordo exequutionis si non seruetur, an exequutio sit ipso iure nulla.*
6. *Quo ordine bona mobilia primò discutienda.*
7. *Non existentibus mobilibus capiuntur bona immobilia.*
8. *Quid faciendum si non extent alia bona, quã quæ controuersiam patiuntur.*
9. *Quomodo in nominibus fiet exequutio.*

10. No-

Digitized by Google

10. *Nomina liquida & non controuersa conuertuntur in rem iudicatam.*
11. *Nomen quod calumniosè negatur in rem iudicatam conuerti potest.*
12. *Qualiter iudex mandabit exequutori dare bonorum possessionem.*
13. *Contra condemnatum ad rem certam fit missio in illius rei possessionem.*
14. *Res mobilis præcisè restitui debet, nisi in casu impossibili.*
15. *Quomodo in fructibus fiet exequutio.*
16. *In incorporalibus quomodo fiat exequutio remissiuè.*
17. *Condemnatus ad factum præcisè cogi potest.*

AD hæc pro varietate quoque sententiarum variæ etiam dantur exequendi viæ, aliquando enim sententia est absolutoria, & tunc reus nulla indiget exequutione, quoad rem ipsam vt notum est, tutus est enim exceptione rei iudicatæ. Aliquãdo autem condemnatur ad quantitatem, id est, ad pecuniam, siue ad aliud quod per pecuniam soluendum est, vt expensæ, interesse, in quacunque materia hoc sit, vel ad alia quæ constant numero, pondere & mensura, tunc sententia sub debito ac solito exequenda est ordine: vt siquidem in expensis condemnatio facta sit, exhibeatur per victorem schedula expensarum, quibus præsente aduersario vel contumaciter absente. (ADDE, & sic requiretur citatio ad taxationẽ expensarũ. *Marant. d. act. vlt. nu. 21.*) per iudicem, negotij qualitate & personarum con- 1. 2.

conditione inſpecta taxatis, *l. non ignoret. C. de fruct. & lit. expenſ. vide elegantem. gl. officium in c. ſtatutum. §. notarium, de reſcript. lib. 6.* Monebit
3. reum iudex ſiquidem Eccleſiaſticus ſit, vt ſub excommunicationis ſententiæ pœna, ſoluat huiuſmodi expenſas, & ſummam in qua condemnatus eſt, intra certũ tempus, quo transacto ſi mandatis non paruerit, procedet iudex ad vlteriores cenſuras, & demum ad brachij ſecularis inuocationem. Si verò iudex ſecularis ſit, præcipiet reo, vt cum effectu ſoluat ipſi victori huiuſmodi expenſas, & ſummam in qua condemnatus eſt intra certum terminum, quo tranſacto, iubebit capi, &
4. vendi bona. Primò mobilia, ſecundò immobilia, tertiò nomina debitoris Vlpianus *in l. à Diuo Pio. §. in venditione. ff. de re iud.* In venditione (inquit) pignorum captorum faciẽda, primò quidem res mobiles, & animalia capi pignori iubentur mox diſtrahi, quarum precium ſi ſuffecerit, benè eſt, ſi non ſuffecerit, etiam ſoli pignora capi iubentur & diſtrahi. Quod ſi nulla mouẽtia ſint, à pignoribus ſoli initium faciunt. Sic deniq; iudices interloqui ſolent, ſi mouentia non ſint, vt ſoli quoq; capiantur, nam à pignoribus ſoli initium faciendum nõ eſt. Quod ſi nec ea, quæ ſoli ſint, ſufficiãt; vel nulla ſint pignora ſoli tunc peruenietur etiam ad iura. hactenus Vlpian. Hic
5. autem ordo exequutionis, ſi non obſeruetur exequutio nulla eſt, *Io. de Imol. Alex. nu. 13. & Io gloſſator in d. §. in venditione. Nicol. de Mittelburg. de lo. legal. in loco ab ordine, col. 4. nu. 6. verſ. ſecundo*

iſtud

*iſtud argumentum poteſt formari.* (ADDE, *Marant. d. act. vlt. num. 9.*) Licet Bart, & alij *plures in d. §. in venditione & Panor. in d. c. quoad conſultationem. num. 27.* contrarium aſſerant. Exequutio autem in mobilibus ita 6.
fieri debet, vt primò quidem quæratur pecunia numerata, & accipiatur pro exequutione, deinde mediocriter precioſa, quibus carere reus commodius poſſit. *Bart. in d. §. in venditione & ibi. gl.* (ADDE, communiter receptam, teſte Marant. d. *act. vlt. num.* 11. & in refor. proceſſus Senat. Colonienſ. ſub tit. vlt. probatam.) *l. exequutores cum l. ſeq. & Auth. agricultores. C. qua rep. oblig. poſſeſſ. l. ſtipendia. C. de exequut. rei iudic. gl. verb. dignitate in l. nepos Proculo. ff. de verb. ſignif.* Dummodò in eis expedita ſit exequutio, & vltimo loco ad aurea & argentea vaſa, & ad precioſam ſuppellectilem veniendum eſt. Si autem nulla extarent mobilia, diſtrahentur pignora ſoli, id eſt, bona immobilia, domus, fundus, prata, vineæ, & quicquid illorum eſt. In his ſeruatur etiam ordo, ita quod primò non inchoatur à precioſis bonis, & ſi ſecus fieret, poſſet appellari, quaſi modus exequendi excedatur, & hoc eſt temperamentum ciuile, ne intemperanter pignora accipiantur. Et ſi ſuper rebus capiendis fiat ab aliquo controuerſia, illa dimittantur, & alia capiantur, quæ ſine controuerſia ſunt. *d. l. à Diuo Pio. §. ſed & illud.* Si autem alia bona non habeat, niſi ea, §.

ſuper

ſuper quibus controuerſia mouetur, tunc iudex ſummatim de proprietate cognoſcere debet, & ſi viderit rem eſſe condemnati, ſententiam exequetur in illa, aliàs illam dimiſſurus. Si verò immobilia non extent, tunc iura incorporalia, id eſt, nomina debitorum, in cauſſam iudicati diſtrahuntur, & tanquam pignora venduntur, modo ſint confeſſa, id eſt, debita liquida. Quare in nominibus debitoris exequutio fit hoc modo. Quia iudex vocato debitore, illum interrogabit, ſi rei debitor ſit, & ſi quidem reſponderit quod ſit, iubebit, quod debitum ſoluat victori. non autem creditori condemnato gl. & Bart. *in d. l. à Diuo Pio in fine & gl. in l. 1. C. de prætor. pig. & in l. 2. C. quand. Fiſc. vel priuat.* Si autem non
9. confiteatur debitum, non poteſt fieri exequutio in nominib. debitoris *d. l. à Diuo Pio. §. ſic quoque. ff. de re iud.* nec cognoſcitur ſummatim an ſit debitor nec nè, ſicuti in rebus corporalibus, in quibus admittitur ſummaria cognitio, & ideò debita liquida conuertuntur ſolum in rem iudicatam, non autem controuerſa, id eſt, quæ non ſunt liquida. *d. §. ſic quoque verſ. ſed vtrum.* Aliquando tamen & debita controuerſa, conuertuntur in cauſam iudicati, ſi debitor debitoris condemnati, calumniosè negaret ſe eſſe debitotem, ita quod contrarium clarè appareret, per inſtrumenta publica, per cautiones obligatorias, vel ſi victor aut condemnatus, in continenti probaret hunc eſſe debitorē, quia tunc ſua negatio nihil faceret, ſed tanquam calumnioſa reijce-

retur,

retur. Mandabit igitur iudex exequutori vt 12.
det ei corporalem possessionem, in bonis & de
bonis condemnati, valentibus centum libras,
nomine sortis, & decem ratione expensarum,
in quibus per sententiam iudicis est condem-
natus actori, alioquin de immobilibus, & si
mobilia vel immobilia non apparuerint, vel
non suffecerint, det vel suppleat de nomini-
bus seu iuribus eiusdem. Et hoc mandatum
in actis sub eadem forma scribetur, & exequu-
tor mandatum sibi factum exequetur, quo fa-
cto, iudici referet quicquid fecerit. Quandoq; 13.
condemnatur reus ad tradendum vel resti-
tuendum certam speciem, fundum, vel aliud
corpus, & tunc iudex exequitur rem iudica-
tam, mittendo victorem in possessionem rei si-
bi adiudicatæ. *c. cum aliquibus. c. cum Bertholdus. ext. de sent. & re iud.* Si vero res mobilis 14.
sit, puta equus, liber, exequetur compel-
lendo reum præcisè rem condemnatam resti-
tuere, nec auditur etiamsi triplo plus pro spe-
cie soluere vellet. *l qui restituere ff. de rei vend.*
Si tamen reus omninò non posset tradere vel
restituere, vt quia non extaret, vel si rem non
haberet, liberatur præstando interesse. *d. l.*
*qui restituere.* mandabit autem iudex suo exe-
quutori, vt rem ipsam, vel illius possessionem
corporalem actori det, & istud præceptum iu-
dicis in actis scribi debet, & exequutione per
apparitorem facta, referet is iudici quicquid
egerit. Et si fructuum quoque condemnatio 15.
facta sit, tunc siquidem extant, etiam statim
(sicut in re principali) fiet exequutio. Si non

extant, tunc officio iudicis fiet exequutio in pecunia, & æstimatione, & dabitur tempus quatuor mensium, quod datur condemnatis in actione personali. *l. vlt. C. de vsur. rei iud. facit. C. si cum exceptione § quod si homo ff. quod met. cau.* Porrò in rebus incorporalibus quo pacto fiat exequutio, vide not. *in c. cum Ecclesia Sutrina ext. de cauſ. poſſ. & proprie. Innoc. n. c. cum noſtris ext. de conceſ. præbend. Bart. in l. ſi prius. ff. de noui op. nunc.* Quando verò reus condemnatur ad factum, vt fodiat fossam, ædificet domum, aret, metat, seminet, & quicquid omninò in facto est, certè potest fieri exequutio ad ipsum factum & præcisè cogi ex huiusmodi sentẽtia, vt faciat id, ad quod condemnatus est. gl. verb. condemnandus circa med. *& ibi Bald. & angel. in l. qui reſtituere. ff. de rei vend. Iaſ. in §. actionum. nu. 48. Inſt. de action.*

## Quæ impediant exequutionem. TIT. L. & vlt.

1. *EXceptio nullitatis impedit exequutionem.*
2. *Intellectus clem. 1. de ſent. & re iud.*
3. *An audiatur volens exceptionem nullitatis incontinenti probare.*
4. *Exceptio nullitatis requirens altiorem indaginem non impedit exequutionem.*
5. *Vbi exequutio inferret irreparabile damnum, altiores exceptiones admittuntur.*
6. *Reſtitutio in integrum impedit exequutionem.*
7. *Vbi iudex videt reſtitutionem malitiosè peti procedet ad exequutionem præſtita cautione.*

8. Con-

8. *Contra tres conformes non aliter admittitur restitutio, quam nullitatis exceptio.*
9. *Exceptio excommunicationis & transactionis impedit exequutionem.*
10. *Cessio bonorum & exceptio falsitatis impediunt exequutionem.*
11. *Omnis exceptio impedit exequutionem quæ contra eandem opponi potest.*
12. *Exceptionis probatio incontinenti offerenda, alias exequutionem non impedit.*
13. *Per exequutionem controuersia finem accipit.*

SVNT præterea quædam, quæ impediant rei iudicatæ exequutionem. Primò exceptio 1.
nullitatis, quæ euidenter patet ex actis, & potest incontinenti probari. *l. 3. § ibidem. ff. ad exhib. l. ille à quo. § si à testimento. ff. ad Trebel. l. si is à quo in princip. ff. vt in possess. legat. l. satis aperte. C. ad leg. Cornel. de falsi.* ADDE, *Gail. lib. 1. obs. 113. nu. 2. & seq. text. in l. 1 & ibi. Bart. Castrens. C. quand. prouoc. non est necess.* Chr ℳ) quòd verum est etiamsi tres sententiæ conformes sint, nec obstat clem. 1. de
sent & re iud. quia illa calumniis litigatorum 2.
tantum occurrit, sed nulla subest calumnia, quando incontinenti docetur de nullitate, quo casu non habet locum, d. clem. 1. secund. *Bald. in l. vnica, num. 2. C. ne lic. in vna cad. caus. ter prouoc.* (ADDE, *Octauia. Vest. lib. 8. cap. 1. nu. 7. Mascard. de probat. conclus. 686. nu. 4.* plures allegat *Couar. pract. qua. cap. 25. nu. 2.* quorum opinionem communem & veram testatur, quando nullitas est notoria & euidens ex actis, non quando 3.
offertur probari etiam statim & incontinenti. Idem *Antho. Gruuat. ad Vest. lib. 8 d. cap. 1. nu. 28.* licet

hoc casu admittat plurimos, & ipsum Couar. in hanc rem citando Menoch. *lib. 2. præsumpt. quæst. 47. num. 24. Remed 4. adipisc. possess. num. 892 idem latiùs lib. 2. de arbit. iudic. cas. 9. Mynsing. Cent. 6. obs. 4.* Chr. 283)

4. Secus si exceptio nullitatis altiorem requireret indaginem, quia tunc fieri potest exequutio & postea cognoscetur de nullitate. *l. vlt. C. de ord. cogn. l. si cum multa. ff. de re iud. d. l. satis apertè. & d. l. 3. § ibidem. Bart. in l. 4. § condemnatum. ff. de re iud. Bald. in Auth. quæ supplicatio. nu. 4. C. de precib. Imp. offerend. & in l. vnica nu. 2. C. ne lic. in vna ead. caus. ter. prouoc.* 5. nisi exequutio irreparabile damnum inferret, sicuti si ageretur de periculo vitæ, membri, famæ, honoris, si in talibus fieret exequutio, damnum non posset reparari, quapropter exceptiones hoc casu audiuntur, etiamsi sint impeditissimæ & altissimæ disquisitionis. Paul. de Leazar. *in d. clem. 1. de sent. & re iud. Bald. in l. si feriatis. num. 3. ff. de fer. in l. ab exequutione. num. 8. C. quor. appel. non recip. & in l. vnica. C. de in integ. restit. postul. ne quid no. si in l. addictos nu. 2. C. de Episc. audient. facit l. 1. in fine cum ibi. not. ff. de quæst.* ADDE, Mascard. *de probat. dict. conclus. 686. nu. 5* 6. Secundò restitutio in integrum rei iudicatæ exequutionem impedit. *l. vnica C. in integ. restit. post l. si causa cognita. C. de transact.* vt cum is, qui condemnatus est, dicit se læsum esse in processu, & petit se in integrum restitui, & de nouo audiri, hoc remedium moratur & suspendit exequutionem. 7. Cæterum si iudex iudicat in integrum restitutionem malitiosè peti, causa differendæ litis, & ne procedatur ad exequutionem, tunc

denega-

denegatur hoc beneficium, quo denegato, si iudex procedat ad exequutionem pro voluntate actoris, tunc faciet cauere victorem de restituenda re, si postea inueniatur exequutio indebitè facta. *c. suscitata. ext. de in integ. restit. fac. l. 2. C. de falsis.* Si autem tres sententiæ conformes fuerint, tunc hoc beneficium restitutionis in integrum nihil magis indulgetur, quam exceptio nullitatis, quæ omnino non admittitur in sententiis tribus conformiter latis. *d. clem. 1. de sent. & re iud.* (ADDE, *Coual. d. cap. 25. num. 7.*) nisi quando causa non posset reparari postea iure actionis, ita quod emergeret aliquod damnum irreparabile, quia tunc admitti debet beneficium restitutionis in integrum. Bald. in *l. vnica. C. ne lic. in vna ead. caus. ter. prouoc.* Tertiò excommunicationis exceptio exequutionem rei iudicatæ impedit. *c. pia. §. pen. ext. de except lib. 6.* Quartò post sententiam facta transactio impedit exequutionem arg. *l. neque. §. 1. ff. de in ius vocan. l. & post rem iudicatam ff. de transact.* Quintò si res petita peruenit ad actorem impeditur exequutio. *l. 1. C. de re iud. l. 2. ff. de condict. sine causa.* Sextò si condemnatus suorum bonorum faciat cessionem. *l. 1. C. qui bon. ced. poss.* Septimò exceptio falsitatis commissæ in causa super qua est lata sententia, impedit exequutionem. *l. vlt. C. si ex fals. instrum. l. si docueris. C. ad l. Cornel. de fals.* & si exequutio facta fuerit, reuocatur. *arg. l. fin. & ibi. Angel. C. si ex fals. instrum.* Et breuiter impenditur exequutio omni exceptione, quæ potest contra exequutionem opponi, de quibus

8. 9. 10. 11.

dic vt notatur.' *in c. quoad consultationem. ext. de sent. & re iud.* (ADDE, *Gail. l. 1. obs. 113. nu. 5. & li. 2. obs. 17. num. 9. & seqq.*) Hoc tantum admoneo, vt in proponendis exceptionibus contra exequutionem semper addas, Et præscriptam exceptionem in continenti paratus sum probare.

12. *Bart. in l. vlt. C. si ex fals. instrum.* Nam aliter non poteris impedire exequutionem, quæ fit summariè, *l. 4. §. ait prætor. & l. intra dies, & l. à Diuo Pio. §. si super rebus. ff. de re iud. facit. l. 1. & ibi. Bart. ff. de gland. leg.*

13. Postremò re iudicata legitimè exequuta controuersia finem accipit. *c. in litteris ext. de offic. deleg. l. 1. ff. de re iud.* qui, vt quam breuissimè causæ imponeretur, legum, canonumque voluit authoritas. *l. properandum. in prin. & quasi per tot. C. de iudic. l. litibus. C. de agricol. & censit. lib. 11. l. vlt. C. de fide instrum. c. finem litibus. ext de dolo & cont. c. dispendia. de rescript. lib. 6.*

Et sic huic quoq; operi debitum imponimus finem.

(.·.)

APPEN-

# APPENDIX AD PROCESSVM IOANNIS PELSII.

## DE IVRISDICTIONE Episcoporum Germaniæ.

### Typographus ad Lectorem.

CVm ea, amice Lector, quæ hic de Iurisdictione Episcoporum Germaniæ conscripta vides, ad manus meas peruenissent, cogitaui operæpretium, & rem tibi non ingratam facturum, si typis meis committerem, & Processui iudiciario Domini Ioannis Pelsii authore Clariss. Consultissimoq; viro Dn. Christophoro Wintzler/L.L. Licent ante annos aliquot edito, quem magis gratum & illustrem reddent, adjcerem, vnà cum aliquot Commissionibus, Edictis & Mandatis ad forum Episcopale pertinentibus. Eò igitur, quo traduntur & communicantur animo, accipe, lege, intellige, iudica, aC. In præsentI IVstVM Da

IVDICIVM.

XII. DeCeMbrIs:

In Isto anno DoMInI nostrI IesV ChrIstI.

# INDEX TITVLORVM SIVE CAPITVM.


1. De Episcopo, quid sit?
2. Qui sint Archiepiscopi & Episcopi in Germania.
3. De Electione Episcopi.
4. Qui eligi possint, & qui non.
5. De confirmatione Episcopi.
6. De ordinaria Iurisdictione.
7. Iurisdictio in quibus consistat.
8. De Iurisdictione in personas.
9. De exemptis.
10. De Iure Episcopi in exemptos.
11. De visitatione.
12. De Synodo.
13. De causis Ecclesiasticis.
14. De possessorio in causis Ecclesiasticis.
15. De causis fori mixti.
16. De vsura, an sit mixti fori?
17. An Iudæis, vsura permitti possit?
18. An Episcopus habeat ius carceris?
19. An in foro Ecclesiastico punitus, in foro seculari iterum puniri possit?
20. De seculari Iurisdictione Episcoporum.
21. An Episcopi secularem Iurisdictionem habere possint.
22. De regalibus Episcoporum Germaniæ.
23. An regalia sine confirmatione impetrare possint?

24. An ij, qui sunt de Augustana Confessione possint habere regalia sine confirmatione?
25. An Episcopi temporalia sine regalibus rectè administrent.
26. An sine regalibus habeant sessionem & votum in comitijs Imperij?
27. An in particularibus Imperij conuentibus?
28. An habeant iurisdictionem in causis sanguinis poenam inferentibus.
29. De Aduocatis siue patronis ecclesiarum.
30. De Legatis Apostolicis.
31. De Iure & Iurisdictione Capituli sede vacante.
32. De suspensione iurisdictionis ecclesiastica.
33. De Iuribus ordinariis Episcopi.
34. De charitatiuo subsidio.
35. De Vicario Episcopi.
36. An constituto Vicario cesset constituentis iurisdictio?
37. De Archidiacano.
38. An laicus possit esse Consiliarius vel Assessor ecclesiastici, & è contra?
39. De Aduocatione causarum.
40. De appellatione.
41. An omisso medio possit appellari?
42. An in causis secularibus valide appellatur ad Pontificem.
43. De executione sententiæ.

gnoſcit. *arg. §. ſed neque §. ſed etiam. auth. Quo oport. Epiſc. col. 1.* Omnium ſupremus eſt Pontifex ſiue Papa. *d. c. cleròs. diſt. 21. Plura de hu apud Lancell. Conrad. d. loc. cap. 1. in ſeqq. Pet. Gregor. Tholoſ. in Syntag. Iur. vniuerſ. lib. 15. cap. 3. & ſeqq. Tob. Paurmeiſt. lib. 2. de Iuriſd. cap. 7.*

## TITVLVS II.

## Qui ſint Archiepiſcopi & Epiſcopi in Germania.

1. *IN Germania referuntur ſeptem Archiepiſcopi.*
2. *Moguntino ſubſunt XII. ſuffraganei.*
3. *Colonienſi quot & quis?*
4. *Treuirenſi quis?*
5. *Magdeburgenſi & Saltzburgenſi, qui?*
6. *Rigenſis & Pragenſis non parent Imperio.*

IN Germania referuntur ſeptem Archiepiſcopi, 1. Moguntinus, 2. Treuirenſis, 3. Colonienſis, 4. Magdeburgenſis, 5. Saltzburgenſis, 6. Biſontinus, 7. Bremenſis. Moguntino ſubſunt ſuffraganei, ſiue Epiſcopi comprouinciales, Herbipolenſis, Spirenſis, Argentinenſis, Conſtantienſis, Wormatienſis, Auguſtanus, Paderbornenſis, Hildeſſienſis, Eichſtatenſis, Curienſis, Halberſtatenſis, & Verdenſis. Colonienſi ſubſunt, Leodienſis, *c. ſicut tuis x. de ſymon.* Monaſterienſis, Mindenſis, Oſnabrugenſis & Vltraiectinus, ſed hic ante aliquot annos, cum tot noui Epiſcopatus in Belgio ſunt erecti, in Archiepiſcopatum eleuatus, eoque modo

1.
2.
3.

modo superioritati Colonienſi ſubtractus eſt, prouincia eius ad Circulum Burgundiæ pertinens, Imperio contribuere tenetur. §. nach dem auch von ꝛc. Reichs abſch. de año 1548.) prout & iam diu ante, Epiſcopatus Bremenſis, *Crantz. in metrop. Saxo, cap. 19. & ſeqq.* Treuerenſi ſubſunt, Metenſis, Verdunenſis, & Tullenſis, qui etſi anno 1552. vt conqueruntur hiſtoriæ & acta imperij per regem Galliæ, quoad ſecularem Iuriſdictionem imperio Romano ſint ſubducti, nihilominus vti canones & religionem Catholicam colentes ſuo Archiepiſcopo in ſpiritualibus parebunt. Magdeburgenſi ſubſunt, Miſnenſis, Mersburgenſis, Naumburgenſis, ſiue Citzenſis, iuxta *Munſter. in chronic.* Brandeburgenſis & Hauelburgenſis. Saltzburgenſi ſubſunt, Ratisbonenſis, Patauienſis, Tridentinus, Friſingenſis, Brixienſis, Gurcenſis, Chiemenſis, Seccouienſis, Lauentinenſis & Viennenſis. Bremenſi ſubſunt, Lubecenſis, Raceburgenſis, Schuerinenſis, Scleſuicenſis & Lebuſienſis. Biſontino, Baſileenſis, Lauſanenſis, & Belicenſis, hiſce addit *Pet. Cudſem. in ſuo Apolog. cap. 18.* Rigenſem & Pragenſem, ſed quia hic Bohemo, & ille Polono parent, nec omnes eorum ſuffraganei Imperio, quoad eos & reliquos Germaniæ Epiſcopos, refero me ad matriculam imperii & *Pet. Cudſem. d. loc. Tob. Paurmeiſt. de Iurisdict. lib. 2. cap. 1. Matth. Stephan. lib. 3. de Iuriſdict. part. 1. cap. 7.* Cameracenſis habet quidem votũ & ſeſſionem in Comitiis imperii non tanquã Archiepiſcopus, licet in ſuo tractu talis reputetur, ſed tanquam Epiſcopus.

4.

5.

6.

TITV-

# TITVLVS III.

## De Electione Episcopi.

1. *Episcopi quomodo olim electi sint.*
2. *Hodie eliguntur à Clero.*
3. *Non admittuntur ad maiores ecclesias nisi nobiles vel graduati*
4. *Omissa forma, Electio est nulla.*
5. *Nulliter electus, iterum eligi potest.*
6. *Indignum eligentes, priuantur Electione.*

OLIM Episcopus designatus siue nominatus fuit à summo Pontifice, *c.1.dist. 22.gl.in c.quanquã.x.de Ele.* iuxta iuris diuini ordinationem, *Robert. Bellarm. in controuer. de memb.eccles.milit.li.1.ca.8.* à clero & populo, *c. in nomine, dist.23.c.plebs, c. nosse. c. metropolitano dist.63.* à reliquis eiusdem prouinciæ Episcopis, ab Imperatore & Regibus, vti adhuc in Hispania, Gallia & Belgio, vel à Clero primario, hoc est, *c. ecclesia.48. c. cumana. c. in genesi.x. de Elect. Bertachin.de Episcop.lib.1.part.3.nu.1.* Capitulo siue Canonicis Cathedralis ecclesiæ, & istæ modus in Germania seruatur, *Bellar. d. loc. ca.9.* & magis frequenter per viam scrutinii, eo ex statutis & longæua obseruatione addito, quod in maioribus ecclesiis nulli Canonici admittantur, minus Episcopi eligantur, nisi in prosapia ex deductione auiotrum insignium verè nobiles, vel in Theologia seu Iure graduati demonstrentur, iuxta cuiuslibet ecclesiæ statuta, seu consuetudines; seruata electionis forma ex Cõcilio Lateranensi, *in c. quia propter, 42. x. de Elect.* præ-

1. 2. 3.

4. præscripta, quæ si negligatur, electio per sententiam inualidatur, *vt ibi. in §. qui vero. text. & Dd. quanquam. x. eod. in 6.* & poscũt eligentes ante sententiam de nouo eligere, *Panor. d. §. qui vero. nu. 5.* etiam eundem, *c. super eo. x. d. tit. Io. VVames.*

5. *Cons. 21. in fin. Tom. 1.* qui ex prima electione nihil iuris acquisiuit, eiusque intuitu electio dicitur nulla, non respectu eligentium, & sic Dd. diuersum loquentes concordantur. *Francisc.*

6. *Mar. Tom. 1. quæst. 1337. & seqq.* secus quam si scienter indignum elegerint, tunc pro ea vice, ipso iure electione priuantur, *c. cum in cunctis. §. clerici. c. innotuit. 20. c. cum Vitouensis. 25. x. de elect.* & ius eligendi ad superiorem deuoluitur, *d. c. quanquam. eod. in 6.*

## TITVLVS IIII.
## Qui eligi possint, & qui non.

1. *Illegitimi, minores & Episcopi non eliguntur.*
2. *Non laici, coniugati & incatholici.*
3. *Non Criminosi.*
4. *Deficientes à religione Catholica cedere debent.*
5. *Ius antiquum manet quamdiu non est mutatum.*

1. OMNES, ii, qui expresè non prohibentur, eligi possunt, prohibentur autem, illegitimi minores triginta annis *c. cum in cunctis. 7. c innotuit. 20. x. de elect.* alterius ecclesiæ Episcopi *c. fin. x. de postul.* qui omnes interim sub spe dispensationis postulantur, vt *ibi. Dd. & in c. cupientes §. denique. x. eod. in 6.*

2. Idiotæ, laici, coniugati vxorem & liberos habentes,

bentes, alterius quam Catholicæ religionis, 3.
§. *sancimus. auth. de sanctiss. Episco. col. 9. §. neq; enim idiot. §. & neque vxori, §. prius autem, auth. Quomo. oport. Episc. col. 1.* vel alicuius criminis canonibus inimici *c. catinensis dist. 61.* vnde anno 1555. in pace Religionis, vulgo Religion fried/ §. Vnd nachdem/ ordinatum est, quod deficiens à Catholica religione ad Augustanam Confessionem, Episcopatu & beneficiis cedere, nouæque electioni locum dare debeat, sicut anno 1583. in Archiepiscopatu Colonienſi practicatum est, eoque minus eligetur, cum turpius eiicitur, quam non admittitur hospes, Etsi ita ordinatum non esset, ius antiquum, quamdiu non mutatur, inuiolatum manet, *l. præcipimus, C de appellat. l. sancimus C. de Testam.*

# TITVLVS V.

## De Confirmatione Episcopi.

1. *Electi ante confirmationem non administrant.*
2. *Aliter electi in Germania.*
3. *Confirmati non ea quæ sunt ordinis.*
4. *Pallium plenitudinem officij confert.*

ELECTI non possunt administrationem 1.
dignitatis per se vel alium, pro parte, vel in totum gerere vel recipere, nisi à superiore confirmationem intra tres menses, iuste cessante impedimento, petierint, alias iure per electio-

Digitized by Google

electionem quæsito priuantur, *c. auaritiæ c. quã*
2. *sit x. de elect. in 6.* nisi sint valdè remoti, vltra Italiam constituti, (quales sunt Episcopi in Germania) qui in concordia electi, donec confirmationem commodè impetrare possint dispẽsatiue propter necessitates ecclesiarũ & vtilitates, in spiritualibus & temporalibus admi-
3. nistrant, *c. nihil 44. x. eod.* non tamen, ea, etsi verè confirmati, quæ sunt ordinis, nisi subsequuta consecratione, *c. transmissam. 15. x. d. tit.* nec consecrati Archiepiscopi, nisi impetrato pal-
4. lio, *c. quod sicut. § præterea & ib. Panor. x. eod.* quod pontificalis officij plenitudinem cum Archiepiscopalis nominis appellatione, confert. *c. nisi specialis, c. cum his. x. d. auth. & vsu pall.*

## TITVLVS VI.
## De Ordinaria Iurisdictione.

1. *Episcopus habet Iurisdictionem per Diocœsin.*
2. *Etiam sub alterius districtu.*
3. *Diocœsis latius patet quam territorium.*
4. *Mundus est Diocœsis Pontificis.*
5. *Inter diuersos Episcopos diuisus.*

1. EPISCOPVS habet ordinariam Iurisdictionem per totam diocœsin *c. cum Episcopus. x. de offic. ordin. in 6.* etiam sub alte-
2. rius secularis principis territorio, aut ciuitatis liberæ districtu, *Ioach. Stephan. in Tract. de Synod. cap. 5. num. 22. Matth. Stepha. lib. 3. de Iurisd. cap. 14. num. 12. & seqq.* vt habet Archiepiscopus Colonienſis sub Ducatu Iuliæ, Cliuiæ, Montis ciui-

tate

tate Tremoniẽſi & in quibuſdam locis Electoratus Treuerenſis,& vice verſa Archiepiſcopus Treuerenſis in certis quibuſdam locis Electoratus & territorii Colonienſis,Epiſcopus Spirenſis in ciuitate Speyr & Weil/ Auguſtanus in Donawerth & Augſpurg in ſuis terminis & cauſis, ita ne ſceptra iuriſdictionũ cõfundãtur, *6. peruenit. 11. q. 1. Ordinat. Camer. part. 2. Tit. 1.* Et ſi fiat confuſio,ſubditis inhiberi poteſt,*c. ex tenore,x. de for. compet.* Diœceſis enim latius patet quam territorium ſeu diſtrictus, *Alciat. in l. pupillus. §. territorium ff. de verb. ſignif.* ſpiritualem, non ſecularem importans iuriſdictionem, *Adrian. Gylman. lib. 1. rer. iud. Camer. deciſ. 51. num. 33.* Spiegel *in verb. diœceſis. Alciat. d. loc.* Et dicitur totus mundus diœceſis ſummi Pontificis, vti Vicarii Chriſti,habentis omnium animarum curam, *c. cuncta. c. per principalem. 9. q. 3. Hiero. de Monte. in Tract. de finib. regund. cap. 12. num. 10.* ſucceſſu temporis,prout creuit Chriſtianorum numerus inter diuerſos Epiſcopos per diuerſas diœceſes diuiſus, *c. 1. 13. q. 1. Hier. de Monte d. loc. num. 4. Pet. Gregor. Tholoſ. in ſyntag. Iur. ciuil. lib. 15. cap. 12. num. 4.* ita quod non ſit homo, qui non alicui Epiſcoporum ſubſit, *c. omnes. c. ſolita. x. de maior. & obed. c. omnis x. de cenſib.*

3.

4.

5.

## TITVLVS VII.

### Iuriſdictio Epiſcopi in quibus conſiſtat.

1. *QVæ ad Iurisdictionem Epiſcopi pertineant?*
2. *Aliqua ad L. Iurisdictionis, aliqua ad L. diœceſanam.*

3. *Lex iurisdictionis sub diœcesana comprehendi & vna lex dici potest.*

1. ORDINARIA Episcopi jurisdictio consistit, in cognitione causarum ad forum ecclesiasticum pertinentium, canonica obedientia, subjectione & reuerentia, institutione & destitutione, correctione & reformatione, ac censura ecclesiastica; pœnitentijs, & Sacramentorum omnium, quæ ab Episcopo sunt recipiēda, collatione, synodo & synodatico, siue cathedratico, quarta decimationū, & mortuariorum, visitatione quoq; annua, & eo nomine procuratione pro facultatibus ecclesiarū mo-
2. deranda, *c. conquerēte x. de offic. ordin.* quorū aliqua ad legem jurisdictionis, aliqua ad legem diœcesanam spectare dicūtur. *per not. in c. dilectus x. eod.* quæ distinctio etsi non vsq; adeo probabilis ac certa sit, & lex jurisdictionis sub diœcesana comprehendi, & sic vna lex dici possit, vt i-
3. bi, *Panor. & in c. 1. nn. 5. x. de Stat. regular.* Nihilominus vti, *d. c. dilectus.*] satis fundata per alios etiā recētiores probatur. Matth. Steph. *de jurisdict. lib. 3. cap. 14. nu. 96. quem vide & Dd. in d. c. dilectus.* & quoad verba quid singula denotent & ad quam legem referantur, *in d. c. conquerente.* & nos aliquid suo loco & ordine dicemus.

## TITVLVS VIII.
## De iurisdictione in personas.

1. *EPiscopus in omnes Ecclesiasticos habet jurisdictionem.*

2. *Pactum & consuetudo vt Clericus coram laico conueniatur, non valet.*

3. Cleri-

*3. Clericus in loco delicti coram Ecclesiastico fortitur forum.*
*4. Contemptor tamen per secularem comprimetur.*
*5. In causa feudali & mere reali conueniri potest coram laico.*

REGVLARITER in omnes & singulas personas ecclesiasticas, tam regulares quam seculares, Episcopus habet iurisdictionem, *c. clerici. c. cum non ab homine, c. qualiter. x. de iudic. c. postulasti. x. de for. compet. auth. cassa. cũ seqq. C. de Episcop. & cler.* siue in rem, siue in personã agatur. *c. sane x. de for. compet.* nec in contrariũ, vt clericus conueniatur coram laico, valet cõsuetudo, *d. c. clerici*, nec pactum etsi iuratum, *c. si diligenti. x. eod.* etiam de Pontificis vel Episcopi consensu, *gl. & Dd. in c. significasti. x. d. tit. Marant. in spec. part. 4. distinct. 11. nu. 2. Marta de Iurisd. inter cler. & laic. part. 2. cap. 6.* in loco delicti inuentus non minus, quam laicus, coram judice delicti, saltem ecclesiastico, forum fortitur. *d. c. postulasti & c. fin. x. de for. comp.* de delicto cõuictus, gladio spirituali nihil proficiente, si in fundum malorum veniens, contempserit, cum Ecclesia non habeat vltra, quod faciat, per secularem cõprimendus est potestatem, *d. c. cum non ab homine. x. de Iudic.* de quo prolixè & distinctè *Prosp. Farina. part. 1. tom. 1. quæst. 8* in causa feudali coram domino feudi, etsi laico, recte conuenitur, *c. ex transmissa c. verum & ibi Dd. x. de for. comp.* sicut & de causa siue actione mere reali dicitur, *arg. l. fin. C. vbi in rẽ act. l. si prædiũ C. de præd. & alijs reb. minor. Frãcisc. Mar. quæst. 250. part. 1.* iuxta iudicatum Cameræ imperialis, *Gail. lib. 1. obs. 37. nu. 4. de pignorat. cap. 7 nu. 2. Mynsing. Cent. 5. obs. 93. nu. 6.*

1.
2.
3.
4.
5.

# TITVLVS IX.

## De Exemptis.

1. *Ordinariæ Episcopi Iuridictioni subiecti omnes Clerici.*
2. *Exempti sunt Cistercienses.*
3. *Et Templarij, Hospitalarij & ordines mendicantes.*
4. *Qui tamen summo Pontifici & superioribus illius Ordinis sunt subiecti,*
5. *Ordinum superiores in suos habent iurisdictionem non minorem quam Episcopalem.*

1. DE iure communi omnes clerici ordinariæ Episcopi Iurisdictioni censentur subiecti, *c. omnes. 16. q. 7. c. cum venerabilis. x. de religios. domib. c. cum Episcopus. x. de offic. ordin. in 6. Panor. in c. accepimus. nu. 4. de priuil. & excess. priuileg.* nisi per authẽtica scripta probẽtur esse exempti. *d. c. cum venerabilis. c. recepimus. c. cum olim c. cum capella, c. ex ore. x. de priuileg. Francisc.*
2. *Marc. quæst. 1240. part. 1.* Vti Cistercienses. *gl. in cle. 2 x de stat. monach. per c. cum ordinem. x. de rescript. c. ex parte. c. fin. x. de decim. clem. 2. x. de censib.* qui tamen promittunt Episcopo subiectionem, reuerentiam, & obedientiã ab origine ordinis à sanctis patribus constitutam secundum regulam S. Benedicti perpetuo exhibendam,
3. *c. ne Dei. x. de Simon.* Templarij & Hospitalarij, *d. c. recepimus. x. de priuileg.* non quoad jus, *juxta Hostiens. & Panor. ibid.* Minores, Prædicatores, alijque mendicantes ordines, & his similes, *Pet. Gregor. Tholos. in Syntag. Iur. Vniuers. lib. 25. cap. 8. nu. 16.*

*nu. 16. arg. c. nimis praua, x. de excess. prælat.* Summo Pontifici, alijsque superioribus, puta Generali seu Prouinciali illius ordinis subjecti. *d. clem. 2. de stat. monach.* fere magis firmiter, quã seculares clerici Episcopo, propter vota quæ solenniter præstant, Ideoque isti superiores non minorem quam Episcopalem iurisdictionem in eos exercent, *c. Abbates, x. de priuileg. in 6. c. fin. x. de stat. monach. Pet. Gregor. d. loc. gl. in cle 1. ver. proprij de reb. eccles. alien. Franc. in c. 1. nu. 23. x. eod. in 6.* §.

## TITVLVS X.

## De Iure Episcopi in exemptos.

1. *Episcopus quibus casibus habeat jurisdictionem in exemptos.*
2. *In ciuilibus causis mercedum & miserabilium personarum.*
3. *Habet jus visitandi & vocandi ad Synodum.*
4. *Reformandi, corrigendi & puniendi.*
5. *Habet & charitatiuum subsidium.*
6. *Episcopus ad conseruandum iura exemptorum, vel ob prælati negligentiam potest agere pro exemptis.*

EPISCOPVS habet iurisdictionem in exemptos, ratione contractus, delicti, & rei in loco non exempto sitæ, & in alijs casibus, in quibus eos jurisdictioni Episcoporum subesse Canonica præcipiunt instituta, *c. 1. x. de priuileg. in 6.* in ciuilibus causis mercedum & miserabilium personarum, *Concil. Tri-* 1. 2.

*dent. seß. 7. cap. 14. Statut. Colon sub Adolph. Archie. fol. 522. Nauar. in suo Manuali. cap. 25. nu. 13.* habet
3. & ius visitandi. *Concil. Trident. seß. 21. cap. 8. seß. 24. cap. 9. reform Statut. Colon. d. loc.* qui præ reliquis debent esse reformati, nedum visitatis, & reformatis non exemptis, hæreant perpetuo in eodē luto, & populū irreligiosa vitę conuersatione scādalizēt, *ibi. fol. 439.* vocādi ad Synodū *Cōcil. Trid. seß. 24. ca. 2. reformat. Io. VVames. cōsil. 46. nu. 5. fol 1.* reformandi, occupata, deperdita & indebitę alienata in statū debitū reducēdi, *clē. 2. §.*
4. *nos autē. de religios. domib.* corrigēdi & puniēdi, vbi iuxta eius ordinationem non deferant honestum habitum clericalem, *concil. Trident. seß. 14. ca. 6.* vel simile quid omittant, vel peccent, prout imperii Germani necessitas & sua Cæsarea maiestas requirit. *Stat. Colon. d. Vol 439.* Habet &
5. charitatiuum subsidium juxta veriorem Dd. opinionem, *Boer. decis. 135. nu. 4.* Eapropter ad cōseruandum huiusmodi iura vel ob prælati negligentiam recte agit pro exempto. *d. clem. 2. de*
6. *relig. dom.* vti dominus pro subdito, & abbas pro monacho, *Gail. lib. 1. obs. 125. nu. 4. & seq.* quemadmodum egit Episcopus Wormatiensis contra Senatum in Wimpffen / pro hospitali ibidem. An autem generalis seu prouincialis illius ordinis agere possit? dum in grauissimis causis adhuc sub iudice lis est, non tango.

## TITVLVS XI.
## De visitatione.

1. *Visitatio semel in anno fieri debet.*
2. *Vel sapius, si necessitas requirat.*

3. Per

3. *Per Episcopum vel alios idoneos, ad id deputatos.*
4. *Super quibus inquirendum.*
5. *De forma Inquisitionis nulla regula præscripta.*
6. *Monachi per Abbatem loci corrigendi.*
7. *Seculares clericos corriget Episcopus.*
8. *Sine expensis subditorum visitatio fieri debet.*

QVANDO disciplinæ gubernaculum negligitur, religio naufragium pati solet, *c. accedentes. x. de stat. monach.* ideo visitatione & correctione opus est, vel semel in anno *c. conquerente. x. de offic. ordin. c. decernimus, c. Episcopum 10. q. 1.* vel bis, *c. venerabilis. x. de censib. c. excommunicamus. §. adijcimus. x. de hæret.* vel sæpius quoties necessitas requisierit, *c. mandamus. x. de offic. Archidia. c. non semel 18. q. 2.* vel rarius pro amplitudine diœceseos, *Concil. Trident. sess. 24. cap. 3.* per Episcopum, *d. c. conquerente.* vel alios idoneos presbyteros eius nomine ablegatos, *d. c. Episcopum 10. q. 1. c. inter cætera. x. de offic. ordin. c. si Episcopus. x. eod. in 6.* inquirendo de vita & conuersatione ministrantium in ecclesiis, & locis diuino cultui deputatis, *c. 1. §. sane. x. de censib. in 6.* monasteriis monachorum & monialium, *c. in singulis. §. porro x. de stat. monach.* de excessibus cleri & plebis, *Specul. in tit. de Inquisit. §. quando autem, Vers. præparatoria*, sub forma & interrogatoriis, passim in statut. synodal. Colon. nulla certa regula ob rerũ instabilitatẽ & diuersos casus præscripta. *ibi. fol. 440.* Monachos per abbatẽ loci corrigi faciat, juxta ordinis regulã &

1. 2. 3. 4. 5. 6.

apostolica instituta, *c. quanto, vbi gl. & Dd. x. de offic. ordin. c. ea quæ. x. de stat. reg.* seculares clericos ipsemet corrigat, pro excessus qualitate, per carceres, *c. dilectis filijs. x. de appel. c. cum episcopus. x.*
7. *de offic. ord. in 6.* per canonicam & salutarem pœnitentiam, *c. licet. vbi Dd. x. de pœn.* non quærens quæ sua sunt, sed quæ sunt Iesu Christi, *c. procu-*
8. *rationes. x. de censib. c. 1. §. caueat. x. eod. in 6.* idcoq; consuetudinem, qua sine procuratione, hoc est ex pensis subditorum, visitatio fiat, seruabit, *gl. Fran. & alij Dd. in d. c. 1. de censib. Concil. Trident. sess. 24. d. cap. 3.* ad exemplum Apostoli Pauli *c. cauendum, 10. q. 1. Stat. Colon. d. fol. 440.*

## TITVLVS XII.

## De Synodo.

1. *Synodus generalis quæ.*
2. *Prouincialis quæ.*
3. *Episcopalis vel Diocæsana quæ.*
4. *Quoties celebranda.*
5. *In quem finem.*
6. *Per & apud quos in Synodo inquisitio facienda.*
7. *Decreta in Synodo prouinciali referuntur ad Episcopalem.*

1. SYNODVS aut est œcumenica siue generalis quam summus pontifex indicit, & in qua conueniunt, vel saltem conuocantur totius fere mundi antistites, *c. 1. 2. & seqq. dist. 17.* aut prouincialis, quando alicuius prouinciæ
2. Episcopi conueniunt, Vt si Archiepiscopus suos Suffraganeos seu comprouinciales Episcopos

pos conſcribit, *c. ſicut olim. x. de accuſat. c. de conciliis. c. propter. c. non. c. peruenit. diſt. 18.* aut Epiſcopalis ſiue diœceſana, quam Episcopus in ſua diœceſi inſtituit, conuocando ſuæ diœceſios prælatos, presbyteros & clericos. *c. quando diſt. 38. c. placuit, 12. q. 2. c. annis ſingulis d. diſt. 18.* vel ſemel in anno. *d. c. ſicut olim.* vel bis. *d. 1. de concilijs, cum ſeq.* eoque jure ytuntur in diœceſi Colonienſi feria ſecunda poſt Dominicam Inuocauit, & feſtum S. Remigij, *vide Statut. Prouin. Col. fol. 407. 441. & 537.* ad corrigendos & reformandos mores præſertim in clero. *d. c. ſicut de accuſat.* de quibus apud cathedralis, collegiatarum, monaſteriorum Prælatos & præſertim Archidiaconos, & Decanos rurales, qui vocati ſunt in partem ſollicitudinis Epiſcopalis, per Vicarium in Pontificalibus, & Officialem diligens inquiſitio fiet, *Stat. d. fol. 407.* formam interrogandi Decanos rurales habes *fo. 537. & ſeq.* tres vel quatuor laicos. *fol. 407. & ſeq.* Ea interim quæ in Archiepiſcopali ſiue Prouinciali ſynodo decreta & ſancita ſunt, referuntur ad Epiſcopalem. *c. decernimus. diſt. 18. c. ex ore. x. de priuileg.* in Epiſcopali ad Archidiaconalem & ruralem *Stat. Colon. d. fol. 407. cap. 19. & fol. 538*

3.

4.

5.

6.

7.

## TITVLVS XIII.

## De cauſis Eccleſiaſticis.

1. *OMnes cauſæ contra clericum pertinent ad forum Eccleſiaſticum.*
2. *Item beneficiales Electionis, prouiſionis præbẽdæ.*

3. *Causæ Decimarum, Iuris patronatus.*
4. *Matrimoniales.*
5. *Causæ hæreseos.*
6. *Simoniæ.*

1. OMNES causæ contra clericum, ad forum ecclesiasticum pertinent, *c. 1. e. cum contingat. x. de for. compet.* siue ciuiliter siue criminaliter ad canonicam obedientiam, subiectionem & reuerentiam, institutionem & destitutionem, correctionem & reformationē, intentantur, *c. conquerente. x. de offic. ordin.* causæ beneficiales, *vt ibi Dd. Iacob. Sbroz. de offic. Vicar.*
2. *lib. 2. quæst. 126.* Electionis, postulationis, prouisionis, canonicatus vel præbendæ, *cle. dispendiosam c. de Iudic. Vant. de nullit. ex defect. Iurisd. nu. 54. Thom. Michaël. de Iurisd. conclus. 39. Prosp. Farina lib. 2. cum tit. 1. q. 8. nu. 20.* Causæ decimarum, *c. tua. x. de decim. c. fin. x. de rer. permut. c. causam. x. de*
3. *præscript.* Iurispatronatus, *c. quanto & ibi Dd. x. de*
4. *Iudic.* Matrimoniales, *c. accedentibus. 12. x. de excess. prælat. c. causam. 1. x. de offic. iud. deleg. c. 1. x. de consang. & affinit. c. auditu. x. de præscrip. c. multorum. 35. q. 6. Concil. Trident. sess. 25. de refor. cap. 14. Thom. Michaël. d. conclus. 39.* siue agatur de substantia, & quæstione, an sit matrimonium, *vt ibi Dd. & Marant. in spec. dist 13. nu 3.* etiam incidenter ratione natalium & legitimitatis, *c. tuam x. de ord. cognit. c. latores. x. qui fil. sint legit.* siue de diuortio & separatione thori, juxta communem. *teste Couar. de matrim. part. 2. cap. 7. §. 6. nu. 14. & seq.*
5. *Thom. Michaël. d. conclus 39.* Causæ hæreseos, *c. ad abolendam. c. excommunicationis. x. de hæret. c. vt inquisitionis*

*quisitionis, § prohibemus. x. eod. in 6.* & hoc ita omnes sentiunt, pœna per laicũ infligenda, *Clar. in §. hæresis nu. 4.* vtpote causa decisa, quod sit hæresis, executio ad judicẽ secularem pertinet. *Alciat. in c. 1. nu. 74. x. de offic. ordin.* hinc Anabaptistæ, absq; vlla judicis ecclesiastici inquisitione puniuntur, juxta Edictũ *Caroli V.* & Reichs abscheidt de Anno 1529. §. nach dem auch. & contra concordata religionis grauatus Cameram imperialem recte implorat, §. wir befehlen/ vnd ꝛc. Reichs abscheidt. Anno 1555. Simoniæ, vt est communis Dd. opinio, *Idem Clar. in §. Simonia nu. 7. Farina. d. quæst. 8. nu. 126. & 128.* & his similes, quæ non ex legum distinctione, sed canonum æquitate debitum sortiuntur finem. *c. literas. x. de Iura calũ, de quibus Couar. pract. quæst. cap. 31. nu. 2. Vers. prima conclusio. Marant. dist. 11. Farinac. d. tit. de Inquisit. quæst. 8. nu. 20. 126. & seqq. Marquard. de Susan. in Tract. de Iudæ. part. 2. cap. 9. nu. 6.* De denunciatione Euangelica, *vide c. nouit. & ibi Panor. Alciat. & alios Dd. x. de iudic.* 6.

## TITVLVS XIV.

## De possessorio in causis Ecclesiasticis.

1. POssessorium nihil habet cũ petitorio cõmune.
2. De vxore exhibenda potest agi coram Iudice sæculari, de constituenda dote.
3. De sequestranda Sponsa duorum.
4. De Furto decimarum.
5. De recuperanda vel retinenda possessione beneficij.
6. Quoties in possessorio titulus principaliter controuertitur, fit remissio ad judicem Ecclesiasticũ.
7. Si querela deferatur contra clericum, laicus est judex incompetens.

Possesso-

1. Possessorivm nihil habet cum petitorio, siue proprietate commune, *l.j.§.3. l.naturaliter §. nihi. l. possessionē. ff.de acquir. possess.* tanquam temporale coram seculari judice tractari potest. *gl. in c.literas.x.de Iura.cal.communiter recepta, teste Gail.lib 1.obs.38.nu.2. Mynsing.Cen. 2.obs.67.nu 2 Nic.Anth.Crauet. ad Vest. lib. 5 cap.*
2. *1.nu.6.* Vt si agatur, de vxore exhibēda, *Thesaur. dec.j.117. Marta de Iurisd.eccles.part.2.cap.8.nu. fin.* vbi ait, ita sæpius judicatum esse, de dote con-
3. stituenda, vel soluenda. *Couar.de matrim.part. 2. cap.8.§. 12. nu.10.Farina.lib.1. Tit 1.quæst. 8.nu. 150. Cosial.in Rub. ff. de sponsal. Tho. Michaël. de jurisd. conclus. 42.* de sequestranda sponsa duorum,
4. pendēte lite. *Gail.lib.1.obs.112.nu.15. & seq* de furto decimarum, siue meris fructibus, *Pet. Rebuff. de decim.quæst. 10. nu.3. & seq: Marq. de Susan. in*
5. *tract.de Iudæ.part.2.cap.9. nu. 6.* de recuperanda vel retinenda possessione beneficij. *Guid.Pap. quæst.1.& 85. Thesaur.decis.82. Cacheran.decis. 116. per tot.* in adipiscenda, idem *ibi. Thess.* sentit, sed contrarium, *Farinac.d.q.8. nu.23. Menoch.de recu.*
6. *poss.remed 15.nu.235.* quoties autem in possessorio titulus principaliter controuertitur, fit remissio ad judicem ecclesiasticum, *Menoch. de retin.poss.remed. 2. nu.328. & seq. Mynsing. Cent.1.obs.*
7. *vlt.* vbi refert præiudicia Cameræ, Sicut & si querela deferatur contra clericum, tunc laicus, non tam ratione causæ, quam personæ est judex incompetens. *Menoch. d. rem. 5.nu. 219. & seq. Couar. pract.quæst. 35.nu.1. Tho. Michaël. d. conclus. 41. fac. Tit. præced. in princip.* quamuis alij aliter sentiant, quasi & laicus in possessorio inter

cleri-

clericos cognoſcere poſſit. *vide Couar. d. loc. in princip.*

## TITVLVS XV.
## De cauſis mixti fori.

1. *Quæ ſint cauſæ mixti fori.*
2. *Sacrilegium eſt mixti fori, Sodomia.*
3. *Sortilegium, periurium.*
4. *Concubinatus, cuius tamen pœna parum practicatur.*

CAVSÆ mixti ſeu communis fori ſunt, in quibus tam eccleſiaſticus quam laicus iudicare poteſt, & præuentio locum habet, *Marta de Iurisd. inter iud. eccleſ. & laic. part. 2. ca. 2. per tot.* vteſt ſacrilegiũ. *c. cum ſit generale, x. de for. compet.* quamuis conuenientius ſit raptorem apud laicum conuenire, niſi hic ſit negligens, *vt ibi text. ex ſupplemento Contÿ.* Sodomia, iuxta *communem Dd. opinionem teſte Proſp. Farinac. in prax. crim. tom. 1. part. 1. tit. de Inquiſit. quæſt. 8. nu. 129.* Sortilegiũ, niſi in quãtum ſapit hęreſin *vt ibi nu. 133. Clar. in §. hæreſis. nu. 25.* Periurium, *Panor. in d. c cum ſit generale. nu. 21. Guid. Pap. quæſt. 178. Mart. d. part. 2. cap. 9 nu. 25.* adulterium, *Pano. d. loc. nu. 23. & in c. 1. nu 3. arg. illius text. x. de offic. ordinar.* communiter probatur. *Clar. in §. fin. quæſt. 37.* concubinatus, *Farina. d. loc. nu. 131.* cuius pœna tamen tam apud eccleſiaſticos quam laicos judices parum practicatur. *Clar. d. quæſt. 37. num. 4.* vbi & *in d. c. cum ſit, vide plures caſus.*

1.
2.
3.
4.

TITV-

# TITVLVS XVI.

## De vsura, an sit mixti fori.

1. *Vsura an & quo jure prohibita.*
2.3.5. *An sit mixti fori. num 3. & 5.*
4 *Differentia inter criminale & ciuile judicium.*

1. VSVRA apud Ethnicos Philosophos ex ratione naturali dãnata apud turisc õsultos ex politica ratione permissa, *vt ff. & C. de Vsur.* olim apud Germanos incognita *Cornel. tacit. de morib. Germa. & ibilod. Villich.* vtinã adhuc, nunc de jure diuino & canonico prohibita, an & de jure posteriori ciuili, quo concilium Nicœnum eam improbans, *c. quoniam dist. 46.* probatur, *l. quicumq; C. de hæret.* § *1. auth. de eccles. tit. col. 9.* controuertitur, vt videre est apud *Couar. lib. 3. var. resolut. cap. 1. nu. 5. & seq.* & magis pia o-
2. pinio est, quod sic, maxime de recessibus Imperii de *anno 1500. 1548 & 77. tit.* von Wucherlichẽ cõtracten. mixti fori dicitur, Octa. *Cacheran. decis. pedem 137. per tot. Gail. lib. 2. de pac. pub. ca. 11. nu. 25.* quando est in confessio vel extra dubium, secus si dubitatur, an sit? tunc ecclesiasticus cogno-
3. scit. *Bart. in l. Titia. nu. 7. ff. solut. matri. Panor in d. c. cum sit. nu. 17. x. de for. compet. Cacher. d. loc. nu. 11.* communiter receptum, *Clar. d. quæst. 37. num. 2. Barthol. Vgelin. in tract. de Vsur. cap. 27. in prin. nu.*
4. 2. qui & inter criminale & ciuile judicium faciunt differentiam, quasi in hoc præmissa distinctio, in illo ad laicum, vel ecclesiasticum, constito de delicto, pœna pertineat, sed non

placet

placet *Proſpero Farina. tit. de Inquiſit. quæſt. 8. nu. 136. & ſeqq.* quē vide plene & ſatis diſtincte per quatuor concluſiones, & tandem concludentem, crimen vſurarum eſſe mixti fori, ſiue quæſtio ſit juris, ſiue facti, eamq; partem veriorem & in praxi receptam probat, & ante eum, *Couar. lib. 3. var. reſolut. cap 3. nu. 1. ſequitur Tho. Michaël. de Iurisd. conclus. 40.* vbi refert cauſam F. contra H. vſurarum ab eccleſiaſtico ad Cameram anno 92. eſſe deuolutam. 5.

## TITVLVS XVII.

### An Iudæis vſura permitti poſſit.

1. *Vsura tanquam quid licitum permitti nequit.*
2. *Iudæi vtpote propter infidelitatem damnati ex ſimplici tolerantia poteſtatis vſuras exercere poſſunt.*
3. *Vti & libellum repudij, ceremonias & ſuperſtitiones.*
4. *Principes ſtatuendo vt nemo niſi certum aliquod accipiat, deſuperq; judicando non peccant.*
5. *Quod tamen cum moderatione pro commodo ſubditorum accipiendum.*
6. *Ex eo quod pretium de quinq; ſit infra centum, emptio non dicitur illicita.*

VSVRA non poteſt permitti tanquam res licita & vt deſinat eſſe peccatum, ne quidem 1.

quidem ex dispensatione summi Pontificis, *c. super eo. x. de Vsur.* sed quia Iudæi foris sunt, nihil ad nos pertinentes, *c. gaudemus x. de diuort.* &
2. propter perfidiam siue infidelitatem iam damnati. *c. qui sincera dist. 45.* ex simplici tolerantia tam ecclesiasticæ quam ciuilis potestatis, vsuras exercere possunt, quemadmodum ex *D. Thoma Caiet. Domi. Sot. Gabriel, & alijs* ostendit *Pet. Binsfeldt. in c. quanto. conclus. 3. x. de vsur.* non minus
3. quam libellum repudij, ceremonias & superstitiones. *arg. d. c. qui sincera.* sic exercent in vrbe Romana & plurimis Ecclesiæ & Imperij terris, de quo extât Bullæ Gregorij XIII. Sixti V. & aliorum pontificum, *Barthol. Vgelin. de vsur. cap. 2.*
4. §. *1. nu. 1. Thesaur. decis. 57. nu. 6. & seq.* Binsfeldt. *d. c. quanto conclus. 6.* nec peccant Principes statuendo vt nemo nisi tantum accipiat, & iudicando desuper. Binsfeld. *ibid. conclus. 4. 7. & 8. Emanuel Sa. in Enchirid. Confessor. verb. Iudæus.* etiam citra authoritatem pontificis. *Thesaur. d. decis. 57.* modo regalia habeant, Binsfeld. *d. conc.*
5. *8. & seq.* moderando tamen vsuras pro commodo subditorum, ne in nimium à Iudæis grauentur, & habito respectu ad copiam & inopiam pecuniæ, sicut & in pretio emptionis annui reditus: quod ea consideratione per magistratum loci taxari debet. *Couar. lib. 3. variar. resolut. cap.*
6. *9. num. 6.* nec ex eo quod pretium de quinque, sit infra centum, emptio dicetur iniqua vel illicita. *Leonhard. Les. de just. & Iur. lib. 2. cap. 22. dub. 14.* cum plus & minus non differant specie, nec immutêt naturam cõtractus. *l. fin. ff. de fund. instrum.* Sed hisce humanis circa vsuras præceptis opus

non

opus non esset, si homines Spiritus sancti legibus & decretis, quibus creditæ pecuniæ vsuræ condemnantur, & mutuum gratis proximo ob charitatem dandum iubetur si regi paterentur, *Imp. Leo. Nouell, vt ad Trient. Vsur. pecun. mut. 83. teste Miard. lib. 2. cap. 72. nu. 11.*

## TITVLVS XVIII.

## An Episcopus habeat jus carceris.

1. *IN causis Ecclesiasticis & mixti fori Episcopus habet jus carceris contra clericos.*
2. *In casu necessitatis implorat brachium seculare.*
3. 5. *Contra laicum non habet jus capturæ, nisi eam facultatem præscripsisset, vel vtramq; iurisdictionem habeat.*
4. *Contra laicum vtetur litteris requisitorijs ad judicem laicum.*

IN delictis ecclesiasticis & mixti fori, habet Episcopus ius capturæ & carceris contra clericum. *c. dilectis filijs. x. de appell. c. cum Episcopus. x. de offic. ordin. in 6.* nec implorat seculare brachium, nisi in casu necessitatis, quando eius potestas, propter clericorum rebellionem, non sufficit, vt est omnium sententia, *juxta Couar. pract. quæst. cap. 10. nu. 2. Vers. quarto fac. c. cum non ab homine. x. de Iudic.* an contra laicum, controuertitur, *vt patet apud Lol. Iord. in tract. de sed. Roma. origi. cap. 8. per tot, Iacob Sbrotz. de offic. Vicar. lib. 2. quæst. 152. Couar. d. nu. 2.* & magis verum & receptum asseritur, quod non. *Clar. in §. fin. quæst. 37. nu. 8. Francis. Marc. quæst. 448. per tot. part. 1.* sed 1. 2. 3.

vtetur litteris requisitoriis ad judicem laicum non præceptoriis, *Couar.d.loc.nu 1 & seq. per c. 1. & ibi gl.x.de offic.ord.n. Marta de Iurisd. Eccle.part.2.*
4. *cap.52.* nisi facultatem incarcerandi præscripsisset, *Clar.& Sbroz.d.loc.* vel simultaneam seculem
5. ue laicalem Iurisdictionem haberet, vti Episcopi in Germania, *inf.tit.20.*

## TITVLVS XIX.

### An in foro Ecclesiastico punitus in foro seculari iterum puniri possit.

1. *IN foro pœnitentiæ pœnam sustinens, in foro fori aliam sustinere cogitur.*
2. *Imo in foro Ecclesiastico punitus à Iudice laico puniri potest.*
3. *Sententia in foro Ecclesiastico lata non parit exceptionem rei judicatæ in laico.*
4. *Absolutus in foro Ecclesiastico seu pœnitentia non obstante documento absolutionis potest accusari de nouo.*
5. *Nisi imposita pœna sit delicto commensurata.*
6. *Idq; propter authoritates Doctorum seruandum in praxi.*

1. IN foro pœnitentiæ pœnam sustinens, in foro fori aliam sustinere cogitur *c. admonere. 33.q.2.gl.fin.in c.de his.x.de accusat.* diuerso fine & effectu, illam, vt satisfaciat Deo. *c placuit. 21.q.5.* hanc vt respublica. *l licitatio §. illicite.*
2. *ff.de public.* quin amplius in foro ecclesiastico punitus iterum à judice laico puniri potest. *rex.*

*in c.*

*in c. fœlicis. §. per hoc. x. de pœn. in 6. Gail. lib. 2. de pac. pub. cap. 11. nu. 25. Couar. lib. 2. variar. resolut. cap. 10. num. 6. Alciat. in c. dispendiosam. num. 128. & seqq.* vbi hoc communiter receptum ait, *x. de offic. ordinar.* quia vtriusque Iurisdictio distincta est, nec sententia in vna lata parit exceptionem rei judicatæ in alia, *Clar. in §. fin. quæst. 57. num. 11. &* 3.
*14* frustra itaque in foro pœnitentiæ vel ecclesiastico absolutus, documentum absolutionis producit, ea spe & intentione, vt & in foro externo & seculari absoluatur, cum eo non obstãte, de nouo accusari & puniri possit, *gl. cõmuniter recepta. in d. c. de his.* teste *Clar. d. loc. nu. 10. &* 4.
*seq. Couar. d. cap. 10. num. 3. & 6.* nisi pœna per ecclesiasticum imposita esset sufficiens & delicto commensurata, *Philip. Francus. in d. c. fœlicis. §. per hoc in fin. Couar. d. num. 6. arg. l. rescriptum. ff. de his quib. vt indig.* quod etsi ex eo, 5.
quasi per canonicam pœnam non sit legi ciuili satisfactum, dubium reddat, & non verum existimet. *Alciat. in d. c. dispendiosam num. 134.* nihilominus propter authoritates Doctorum in praxi seruandum dicit, & hoc indubitato quando 6.
delictum in vtroque foro eandem pœnam puta pecuniariam, & vterque judex jus fisci, præsertim ad vnius principis bursam habet.

## TITVLVS XX.

## De seculari Iurisdictione Episcoporum.

1. EPiscopus per se non habet secularem Iurisdictionem. 2.

2. *Legatus seu Nuncius apostolicus non habet secularem Iurisdictionem.*
3. *Nisi ex defectu justitiæ secularis, vel Imperiali rescripto, vel partium consensu.*
4. *In Romana vel Episcopali curia causæ definitæ per Iudicum officia executioni demandandæ.*

1. EPISCOPVS tanquam Episcopus per se non habet secularem jurisdictionem, *c. lator. x. qui fil. sint legit. c. si clericus. x. de for. compet.* sicut nec Pontifex Episcoporum summus. *c. venerabilem. 34. x. de elect. c. nouit. x. de judic. c. si duobus. §. denique. x. de appell. c. causam. 7. c. per venerabilem, x. qui sint legit. Francis. Mar. quæst. 234. num. 4. part. 1. Adam. Tanner. in defens. eccles. libert.*
2. *contra Venetos lib. 2. cap. 8. plenissime. Robert. Bellarm. in cõtrouers. de Roma. Pontif. lib. 5. per tot. & in specie, cap. 4.* multo minus eius Legatus siue Nuncius ad certam prouinciam destinatus. *Francis. Mar. quæst. 341. num. 2. & fin. quæst. 350. & 362. nu. 3. part.*
3. *1.* nisi ex defectu justitiæ secularis. *c. licet. c. ex tenore. x. de for. compet.* vel imperiali rescripto. *auth. si quis. C. de Episc. aud. §. si quis contra. in fin. auth. de sanctiss. eccles. col. 9.* aut prorogatione & consensu partium, *l. si qui ex consensu. C. de Epis. aud.* sicut olim, priusquam in Germania Imperator continuo resideret, & summum illud Camerale imperii tribunal institutum, atque ita, prout nunc, stabilitum esset, inter imperii status & subditos, valde frequens fuit, causas etiam gra-
4. uissimas, in Romana vel alia Episcopali curia agere, prout adhuc de præsenti, nec immerito suspensa, ita proh dolor, in Germanico Impe-

rio

rio, justitia & secularium jurisdictione, cuius judicium ratum est, eamq; meretur reuerentiam, quam secularibus necessum est deferri potestatibus & ne cassum sit, per judicium officia definitioni executio tribuetur. *text. in l. Episcopale, cum auth. seq. & ibi Dd. C. eod.*

## TITVLVS XXI.

## An Episcopi secularem jurisdictionem habere possint.

1. *Episcopus secularem jurisdictionem exercere potest.*
2. *Summus Pontifex habet jurisdictionem secularem in terris Ecclesiæ, Aliiq; Episcopi in Italia.*
3. *Pleriq; Episcopi in Germania habent Iurisdictionem secularem.*
4. *Qui quoad Ecclesiastica summo Pontifici, quoad temporalia, Imperatori subsunt.*
5. *Tanquam Episcopi comparent ad Synodum, tanquam Principes ad comitia Imperij.*

QVIN Episcopus Iurisdictionis sæcularis sit capax, eamque non minus, quam ecclesiasticam habere & exercere possit, *per integrum tractatum tradit, Pet. Bertrand. de Iurisd. eccles. & secular. & signanter cap. 3. Item Bellar. d. lib. 5. cap. 9. & seq. And Knich. de Iure Saxon. Verb. Ducum Saxoniæ. cap. 2. nu. 6. fac. c. fin. x. ne cler. immisc. sec. negot.* vti habet & exercet summus Pontifex, *c. si duobus. §. deniq;. x. de appel.* sub patrimonio ecclesiæ, *c. per venerabilem. x. Qui fil. sint legit.* quod est in Italia, & Dd. passim terras Ecclesiæ § 1. 2.

nuncupant, Episcopus Bononiensis. *c. conquestus. vbi & Panor. x. de for. compet.* Albiganensis, *c. ex literis. x. de excess. prælat.* & plerique Episcopi
5. in Germania. *Gail. lib. 1. obs. 30. num. 1. & seqq. Tob. Paurmeist. lib. 2. de Iurisd. cap. 7. num. 92. cap. 8. num. 1. Matth. Stephan. eod. lib. part. 1. cap. 5. lib. 3. cap. 14. num. 10.* sine qua, jamdiu sedibus suis vna cum religione Catholica pulsi fuissent, vt recte animaduertit *Bellarm. d. cap. 9. Vers. deniq.* Quo-
4. ad spiritualia siue ecclesiastica summum Pontificem, quoad temporalia siue regalia, Imperatorem respiciunt, *Gail. d. obs. 30. num. 8. & seq. de pac. public. lib. 1. cap. 8. num. 8. Pet. Frider. Mind. lib. 1. de proces. cap. 22. num. 11. Francisc. Marc. quæst. 454. Octauia. Cacheran. decis. Pedem. 30. num. 5. & seq. Matth. Stephan. d. num. 10. arg. c. cum capella. x. de priuileg. l. si consul cum*
5. *seqq. ff. de adopt.* tanquam Episcopi vocantur & comparent ad Synodum, tanquam Principes ad comitia imperii vt docent Concilii Tridentini, & comitiorum imperialium acta.

## TITVLVS XXII.

## De regalibus Episcoporum Germaniæ.

1. *Regalia vnde denominata & quid sint?*
2. *Inferunt Ducatum seu Principatum Imperij, & cum superioritate inuoluuntur.*
3. *Regalia tam Episcopis quam secularibus Principibus ab Imperatoribus communicata.*

4. Caro-

4. *Carolus Magnus Imperium Romanum à Græcis ad Germanos transtulit.*
5. *Quot & quos fundauerit Episcopatus.*
6. *Acquisiuit jus conferuendi Pontifices & inuestiendi Episcopos.*
7. *Inuestitura quæ per annulum & baculum fieri solet, Pontificis, quæ per Sceptrum, imperatori cedit, ex compositione tempore Henrici Quinti inita.*
8. *Episcopi in Germania ab antiquo regalia ab Imperatore, vti adhuc receperunt.*

REGALIA à Rege Romanorum siue Imperatore denominationem habent, & sunt jura ad eius excellentiam specialiter reseruata, §. Dadurch den ꝛc. Reichs abscheidt de Anno 76. §. *volumus, de pac. Constant. Dd. in c. de regalib. in vsib. feud.* vulgo, Königliche Lehen §. wir erkennen ꝛc. *cap. 24* Vom ampt der Churfürsten *Aur. bull.* Ducatum siue Principatum imperii ferè inferunt, & cum superioritate siue iure territorii, vulgo Landts vnd Fürstlicher Obrigkeit inuoluuntur *Georg. Obrecht, de Iurisd. thes. 69. Matt. Steph. de ead. mater. lib. 1. cap 2. nu. 20. lib. 2. cap. 7. par. 1. num. 203 Tho. Michael. conclus. 46. in alleg.* non minus Episcopis, quã secularibus principibus, antehac ab Imperatoribus distributa, siue cõmunicata, cuius beneficio siue liberalitate primo mei instituti nõ est examinare, Carolus Magnus qui Imperiũ Romanũ à Græcis ad Germanos trãsferri meruit, *c. venerabilẽ x. de Elect.* deuicta Saxonia decẽ, vel vt alii, octo fundauit Episcopatꝰ puta, Bremẽ, Paderborn, Hildesheim, Münster,

1. 2. 3. 4. 5.

5. Oſnabrug / Minden / Halberſtadt & Verden / &
jus conſtituendi Pontifices & inueſtiendi Epi-
6. ſcopos à 153. Epiſcopis in Synodo congregatis
acquiſiuit, *c. Adrianus 2. diſt. 63.* ſicut & poſtea Ot-
tho primus, *c. in Synodo. eod. diſt.* quod dum inter
Pontifices & Imperatores diſputari cœpit, tem-
7. pore Henrici Quinti, ita temperatũ & cõpoſi-
tum eſt, quod inueſtitura, quæ per annulum &
baculum fieri ſolet, Pontifici, quæ autem per
ſceptrum & regalia denotat in regno Theuto-
nico, Imperatori cedere debeat, de quo extat
bulla Calliſti Papæ de anno 1122. nono Cal. O-
ctob. apud *Naucler. in Chron. lib. 2. gen. 38.* & hiſto-
ricorum vtriuſque religionis abundans teſti-
monium apud *Gerlac. Buxſtorff. in Aur. bull. concl.*
8. *69. in alleg. ſub lit. A.* ita quod Epiſcopi in Ger-
mania ab antiquo regalia ab Imperatore tan-
quam alii Imperii Principes receperint, prout
adhuc recipiunt, *Aur. bull. cap. 24. d. loc.* §. Wir
erkennen / §. Demnach wann die / ꝛc. Reichs ab-
ſcheid *de anno 1500. Rub. 42.* der teutſche Orden.

## TITVLVS XXIII.

## An regalia impetrare poſſint ſine confirmatione.

1. *Affirmatiuæ ſententiæ quodnam fundamentum?*
2. *In Hiſpania, Gallia, Polonia, Angliæ conſtituuntur Epiſcopi ſine authoritate Pontificis.*
3. *Quid in ſucceßione tam Eccleſiaſtica quam ſeculari examinandum ſit.*

4. Iudex

4. *Iudex Ecclesiasticus quomodo quæstionem successionis decidere debeat.*
5. *Canonicè qualificati tantum ad regalia admittendi.*
6. *Responsa Imperat. Maximiliani secundi & Rudolphi secundi super concessione regalium.*
7. *Modernus Imperator Matthias Archiepiscopo Moguntino Ratisbonæ regalia contulit.*
8. *Confirmatio, non consecratio, ad regalia necessaria est.*
9. *In Hispania Gallia & Polonia reges nominant Episcopos, sed non nisi Catholicos.*

REGALIA sine confirmatione (quæ jus Electionis & spirituale concernit, *sup. tit. 5.* & cum temporalitate nihil habet communionis) haberi posse pluribus exemplis remonstrare conatur *Gerlac. Buxstorff. in aur. bull. concluſ. 18.* sicut & Episcopi in Hispania, Gallia, Polonia & Anglia per reges constituuntur, sine authoritate Pontificis, sed in contrariũ, vti in seculari, ita & ecclesiastica successione examinari æquum est, an succedere volens sit verus legitimus & juxta mentem testatoris qualificatus successor? quod in seculari, ad secularem, in ecclesiastica ad ecclesiasticũ pertinet judicem, qui de processu electionis, qualitate electi, & studio eligentium plene instructus, hanc quæstionem, per decretum confirmationis decidere solet, *c. postquam. c. per inquisitionem. c. nihil. c. innotuit. x. de Elect. c. auaritiæ. c. quam sit. x. de Elect. in 6.* & merito is, qui inqualificatus reperitur, ad regalia non admittitur: noluerunt enim Divi Impp. qui Episcopatus in Germania fundarunt 1. 2. 3. 4. 5.

runt, dotarunt, & ampliarunt, aliter electos regalibus prouideri, quam canonice qualificatos. Exiude Maximilianum II anno 1566. & Rudolphum II. anno 1590. recte respondisse traditur,

6. se hoc jus dandi regalia à maioribus accepisse, nec aliter dare posse, insequendo eorum vestigia, quam canonice electis & confirmatis quod

7. & modernus Imp. Matthias inuictissimus Anno 1613. 20. Augusti, cum Io. Suicardo Archiep. Moguntino, Ratisbonę in solio maiestatis daret regalia, expresè præsuppositi, sicut & defunctus Anno 1559 in concessione regalium Epi-

8. scopi Monasterienſis, aliasque sepius, nec obstant exempla in contrarium allata, quia non faciunt differentiam inter consecrationem & confirmationem hanc non illam ad regalia, necessariam dicimus, nec inter generales & particulares imperii conuentus, de quibus infra. In Hispania, Gallia, & Polonia reges quidē nominant Episcopos, id non nisi Catholicos, nec nominati regalia habent, vti in Germania nec dignitatem Episcopalem administrant, priusquam à superiore confirmati fuerint, *arg. c. electis. c. sum longe dist. 63.* nisi religionem mutare, & regem caput ecclesiæ facere velint sicut Angli.

## TITVLVS XXIV.

## An ii qui sunt de Augustana confessione possint habere regalia sine confirmatione.

1. *Augustana confessio in Romano Imperio permissa.*

2. *Augustanæ confessionis professores à capitulis postulantur, eaq; administrant.*

Qua

3. *Quo casu Ecclesiastica Iurisdictio suspensa est, sed minus legitime.*
4. *Augustanæ Cõfessionis admissio ad dignitates Ecclesiasticas & annexa regalia nõ habilitat quẽquã.*
5. *Imo per hoc, quod quis à Catholica religione recessit, quis fit inhabilis.*
6. *Iurisdictio Ecclesiastica vti Ius cõmune quoad ipsã confessionẽ Augustanam eiusq; ceremonias cessat.*
7. *Augustanæ confessionis professores Episcopatus occupantes, ad Imperij onera obligantur.*
8. *Si eadem non soluant, fisco agente, in Camera condemnantur vti possessores, non vti veri Episcopi.*
9. *De possessore Archiepiscopatus Magdeburgensis.*
10. *Legatarius lucrum amans, & onus annexum recusans repellitur.*

AVGVSTANA confessio, non minus quam Catholica religio in Romano Imperio permissa est, ideoque eius professores passim à Capitulis postulari, & à subditis recipi postulatos & receptos quiete administrare & imperii onera sustinere videmus, ordinaria juris cõmunis dispositione, & Ecclesiastica Iurisdictioue suspensa. §. Eo soll auch/ Reichs abscheidt. de Anno 44 § Damit auch/ &c. Religionsfried. de Anno 55. Vix satis legitime quia per Augustanæ confessionis admissionem, & capitularium electionem, ad dignitates Ecclesiasticas, & hisce annexa regalia minime habilitantur, sed potius, per hoc quod à religione Catholica, recesserint, jam ante inhabiles facti sunt, tam de jure communi. §. *sancimus. auth. de sanctiss. Episcop. col. 9.* §.

*his igitur.auth.de ordin.Epiſc.& cleric,col. 10.Dd. in c. cũ in cunctis.x.de Elect.* quã pace religionis § Vnd nach dem ꝛc. de anno 55. nec jus commune, aut
6. eccleſiaſtica jurisdictio quoad hoc, ſed quoad ipſam confeſſionem Auguſtanam, eiusque ritus & ceremonias, ceſſat, vt *in d.* §. damit auch/ ꝛc. Et
7. ſi interim Epiſcopatus occupent, ad imperii onera obligantur, cum res tranſeat cum onere tributi etiam in fiſcũ *l. fin. C. de collat. fund. fiſcal. lib. 11.* & ad huiuſmodi onera quilibet poſſeſſor, etſi illegitimus, teneatur, §. dẽnach ſolche ꝛc. Abſ. de anno 48. *Luc. de Pen. in l. fin. num 270. C de quibus muner. lib. 10.*
8. quæ ſi ſoluant, ſeſſioni & titulo dignitatis cedant, caute faciunt, nec eſt, qui agit & quis acturus ſit? dubium eſto, ſin nõ ſoluant, Fiſco agente in Camera condemnantur tanquam poſſeſſores als inhabere der Stiffter/ non tanquã veri Epiſcopi, vel legitimi Adminiſtratores. Quo n. iure poſſeſſor Archiepiſcopatus
9. Magdeburgẽſis vult nominari Archiepiſcopus & Primas Germaniæ, ſi nolit Pontificem, à quo hoc nomen habet, & canones, ex quibus honorem cum ſuis prærogatiuis ſortitur. *ſup. tit. 1. & 5.* ac fundatoris Otthonis Magni voluntatem, qua frui intendit, & primi illius loci Epiſcopi S. Adelberti religionem agnoſcere? dum is hæres ſeu legatarius repellatur, qui lucrum amat, & onus ei annexum recuſat, *l. vnica: §. ſed omnes C. de caduc. tollend.*

TIT V.

## TITVLVS XXV.

## An Episcopi temporalia sine regalibus recte administrent.

1.3. *Temporalia Ecclesiasticorum duplicia & quæ? & num 3.*

2. 4 *Quæ sunt Ecclesiasticæ Iurisdictionis sine regalibus statim post, imo in Germania ante confirmationem Epis. recte administrant.*

4. *Annus datur ad accipiendum inuestituram.*

5. *Sede Imperij vacante vel sub interregno Vasalli excusantur.*

6. *Differentia inter* Fahnen & Schepter Lehen.

7. *Modernus Archiepiscopus Coloniens. Archiepiscopatū cum clausula successionis 16. annis rexit.*

8. *Refutatio differentiæ num. 6. positæ.*

9. *Quinam Principes sint ab Imperatore moderno Ratisbonæ inuestiti.*

10. *Elector Saxoniæ Augustæ Vindelicorum quomodo inuestitus.*

TEMPORALIA ecclesiarum sunt duplicia, aut quoad vsum & administrationem rerum ad Ecclesiam pertinentium, 1.
*c. cum venerabilis. x. de relig. domib.* & ea Episcopi recte administrant, sicut & ea, quæ sunt ecclesiasticæ siue spiritualis jurisdictionis, sine regalibus statim post confirmationem, *c. auaritiæ. c. quam sit. x. de Elect. in 6.* in Germania etiam ante, *arg. c. nihil. §. cæterum. x. eod. supra tit. 5.* aut quoad superioritatem & temporalem Iurisdictionem in res & subditos, Landt vnd Leuth zu regieren/ & 2. 3.

non

non possunt sine regalibus *sup. tit. 22.* sicut nec seculares principes, nisi intra annum *Rub. 42.* der
4. Teutsche Orden/Reichs abscheidt de Anno 1500. §. Vnd behalten vns/ꝛc. de Anno 21. qui datur ad accipiendum inuestituram. *Tob. Paurmeist. de Iurisd. lib. 1. cap. 4. nu. 7.* vel indultum administrandi, *d.* §. Vnd behalten. vel sub interregno siue sede
5. imperii vacante quãdo vasalli excusãtur, *Schrad. de feud. part. 6. cap. 2. nu. 24. part. 10. sect. 3. quæst. 12.* & Vicarii non dant regalia, vulgo, Fürsten Fahnen Lehen/ *Aur. bull. cap. 5.* quamuis *Gerlac. Buxtorf. in Aur. bull. conclus. 69.* faciat differentiam inter Fahnen & Scepter Lehen/ quasi illa secularibus à
6. solo Imperatore iuxta Auream bullam dentur & hæc Ecclesiasticis à Vicariis dari possint, consuetudine hoc ita probante, vbi in nouissimo Vicariatu à C. Episcopo, M. indultum loco inuestituræ H. petitum & obtentum resciuisse asserit, quod si de Colonienſi Episcopo (qui jam ante tanquam Coadiutor siue Administrator, Ar-
7. chiepiscopatum Colonienſem per sedecim annos cum clausula successionis ex nunc prout ex tunc de beneplacito Pontificis & Imperatoris, quiete rexit) intelligat, multum aberrat, & male resciuit, cum inter acta Vicariatus nec hoc, nec aliud indultum reperiatur, nec subsit ratio diuersitatis quare Vicarii magis dare possint regalia per Sceptrum, quam per vexillum, cum idem
8. dent, hoc est. Ein Fürsten Lehen. Ergo & idem jus, *l. illud. ff. ad l. Aquil. l. à Titio. ff. de verb. obligat.* nec id quod de diuersitate formæ adfert, satis certum habet, vbi aliud viderit, aliud docebit, eandem esse formam, vti docuit, experientia

hoc

hoc Anno 1613. quando Ioann. Suicardus Moguntinus, Lotharius Treuirensis Archiepiscopi & Ludouicus Landgrauius Hassiæ in persona, Ferdinandus Archiepiscopus Colonienſis, Rex Hispaniarum ratione Ducatus Mediolanensis, Maximilianus Dux Bauariæ, Christianus Princeps Anhaltiæ & plures alii per legatos de regalibus Ratisbonæ per Imperatorem sunt inuestiti sub tecto, in aula Episcopali, loco residentiæ multis conspicientibus nihil dicam, offentlich mit sollemniteten/d. §. vnd behalten vns/ de Anno 21. sub diu & theatro publice in foro ad hoc constructo prout Anno 66. Elector Saxoniæ Augustæ Vindelicorum dicitur inuestitus.

## TITVLVS XXVI.

## An sine regalibus habeant sessionem & votum in comitiis imperii.

1. *Seculares Imperij Principes sine regalibus ad comitia non admittuntur.*
2. *Rex Bohemiæ non habet sessionem ad latus Imperatoris, nisi sit vnctus & coronatus.*
3. *Multo minus Principes Ecclesiastici.*
4. *Etiam seruiente termino ad accipiendum inuestituram.*
5. *Nondum juramento obligatus non recte ad consilia Comitii admittitur.*
6. *Ad comitia Imperij non conscribitur nisi juratus.*

Cum

# TITVLVS XXVII.

## An in particularibus Imperii conuentibus?

1. *SIne regalibus nemo admittitur ad Conuentum Visitationis Cameræ nec Reuisionis.*
2. *Ad conuentum reuisionis non admittitur omnis habens votum in comitijs.*
3. *In conuentu deputatorum Imperij sine regalibus nemo admittitur.*
4. *Ad Electionem Regis Romanorum an & qualiter quis sine regalibus admittatur.*
5. *Quo intuitu sede vacante sine regalibus admissi fuerint.*
6. *Si ratione administrationis Electoralis sit differentia, quomodo admittantur.*
7. *Quis admittatur ad dies circulares, si de Imperij secretis tractetur.*
8. *Quis, quãdo de priuatis alicuius circuli tractatur.*
9. *Quod in priuatis circuli conuentibus agitur, Imperio non præiudicat.*

NON in conuentu visitationis Cameræ Imperialis, quia nemo ad visitationem admittitur, nisi habeat votum & sessionem in consilio imperii. *ord. Camer. part. 1. tit. 50.* nec reuisionis, quæ visitationi cohæret, *ead. ord. part. 3. tit. 53.* ad quam nec omnis, qui sessionem & votum in comitiis habet, sed juxta designationem anno 1566. Augustæ in comitiis placitatam vocatur, Non in conuentu deputatorum imperii, quia non alius deputari solet, quam qui sit in comitiis præsens, vel votum ha- 1. 2. 3.



Digitized by Google

beat. An ad Electionem regis Romanorum admittantur magis dubitatur, sed quia Iuramentum per mortem Imperatoris fere relaxatum renouari nõ potest, nisi post Coronationẽ & solennia aulæ §. Darnach/ cum seq. Aurea Bulla cap. 24. Electores jurando priuatas quas inter se habent pactiones, & vniones in vim bullæ aureæ, & Cæsareæ capitulationis permissas non tantum sibi inuicem, sed & Imperatori & Imperii constitutionibus obligantur, ita quod aureæ bullæ satisfeciſſe & ad electionem idonei reputari possint, Eoque intuitu, Anno 1562. Fredericus Comes à Weda anno 1612. Ferdinandus Bauariæ Dux, Archiepiscopi Colonienses facilius admissi fuerũt, præter quod vterq; Imperatoris indultũ habuit, & hoc posteriori casu imperiũ fuerit vacans, sicut & tempore Wichboldi Archiepiscopi Colonienſi, *de quo Buxtorff.* defecerit qui regalia daret, vt *tit. 25. d. concluſ. 18.* & exinde. Sin autem ratione administrationis Electoralis sit differentia siue lis, non prius admittitur, nisi habito decreto ab Imperatore, vti Bipontinus contra Neoburgicum, ratione administrationis Electoratus Palatini anno 1611. Norimbergæ non aliter quam ad decretum Imperatoris Rudolphi sine regalibus, vel alio indulto in conuentu Electorum admissus fuit, ad conuentum siue diem circularem, vulgo Craißtag/ in quo sessura Imperii discrepat, *And. Knich. de Iure Saxo. verb. Ducum. cap. 2. num. 102.* si de salute Imperatoris, & secretis imperii tractatur, is admittitur qui imperio specialiter obligatus est, & in comitiis tanquam imperii Princeps agno-

5. 6. 7.

agnoſcitur, ſin de priuatis illius circuli & ſubditorum, vtpote de probatione monetæ, wie auff probation tãg/vel ſimilibus negotiis, is, qui habet poſſeſſionem Ducatus & ſubditos in obedientia, ita, quod concluſum ad effectum deducere valeat, admitti poteſt, & licet id quod agitur, ob fauorem ſubditorum manuteneatur, *arg. eorum quæ tradunt Dd. in c. nihil. x. de Elect. l. Barbarius ff. de offic. præſid. l. ſi arbiter. C. de ſent. & interloc. om. iud.* Imperio tamen & aliis intereſſentibus nihil præiudicat, vti nec acta, per intruſum geſta, etſi ob bonum publicum ratificata, vero prælato ſiue domino in ſuo jure, eiusque proſecutione nocent, *gl. & Panor. in d. c. nihil. c. ex literis. 6. conſultationibus. x. de jure Patron.* 8. 9.

## TITVLVS XXVIII.

## An habeant Iurisdictionem in cauſis ſanguinis pœnam inferentibus.

1. *EPiſcopi in Germania habent Iuriſdictionem in cauſis ſanguinum ſed non exercent.*
2. *Quare non exerceant.*
3. *Exercentes irregularitatem incurrunt.*
4. *Is qui ad conſolationem juſtificandi venit, non peccat.*
5. *In curiis Principum ſollicitudo circa pœnam ſanguinis laicis committitur.*

EPiſcopi habentes temporalem Iurisdictionem habent & in cauſis ſanguinum, 1.



Digitized by Google

sed non exercent, *c. fin. x. ne cleric. immisc. se secul. negot.* cum clericis in sacris ordinibus, etsi mino-
2. ribus, constitutis, non liceat ex Concilio Toletano judicium sanguinis agitare, *c. clericis. vbi Panor. x. eod. c. his à quibus. 23. q. 8.* nec sententiam dictare, aut proferre, literas pro vindicta sanguinis destinandas scribere, sanguinis vindictam exercere, aut vbi exercetur, interesse, *c. sententiam. x. d. tit.* ne quidem ex delegatione siue commissione Principis secularis. *c. in Archiepiscopatu. x. de raptor.* Et si aliud quis tentauerit, irre-
3. gularitatem incurrit, & ab ecclesiastico ministerio semouetur, *c. ex literis. x. de excess. prælat. c. sed nec. c. clericis. x. ne cler. immisc.* quantumuis iuste sanguinem profuderit, vti in bello contra Turcas & Saracenos. *c. si petitio. x. de homicid.* vel laicus tanquam judex, aduocatus, accusator vel testis, juste judicando, aduocando, accusando, vel testificando sanguinem profundi curarit, is sine culpa & peccato irregularitatem incurrit, adeo vt sine dispensatione non possit ad ordines promoueri, *c. si quis viduam. dist. 50. c. 1. vbi gl. dist. 51. Panor. in d. c. sententiam. nu. 3. Couar. in clem. si furiosus. part. 2. relect. §. 4. num. 11. Nauar. in manual. cap. 15. num. 4. & cap. 27. num. 210. & seq.* quomodo autem in eo, & per quem quoad ordines susceptos
4. & suscipiendos, ac beneficia dispensetur. *vide Couar. d. loc. §. 3. num. 3. & seqq.* Interim is, qui ad consolationem iustificandi, ne veniat ad desperationem, est præsens, vti in multis locis fieri solet, nihil peccat, nec is, qui sine ope, auxilio & fauore interest, fit irregularis, licet peccet contra. *d. c. sententiam, vt ibi Panor. num. 6. & in. c. ex literis. nu. 2. x.*

Digitized by Google

*2.x.de exceſs.prælat.* prout nec pecunaria pœna mulctans, vel etiam flagella infligens, ea moderatione adhibita, ne in pœnam ſanguinis tranſire videantur.*d.c. in Archiepiſcopatu.* nec is, qui mandatum vel conſilium dat, fures eſſe puniendos,*gl.in d.c. ex literis.verb. conſuluit*. niſi ex eo ſolo, pœna ſanguinis ſequatur, tunc non ſatis tutum eſt, *vt ibi Panor.num.5.* vnde in curiis principum hæc ſollicitudo non clericis, ſed laicis committi ſolet,*d.c.ſententiam.* puta conſiliariis, vt docet experientia, vel aduocatis. *Zaſ.in l. Imperium.nu.29.ff.de Iurisd.om.Iud.q.* quibus ſine metu irregularitatis, ad hoc, vt veritatem ſuper delictis inquirentes, Iuſtitiæ debitum exequãtur, per Epiſcopum recte committi poteſt.*c fin. x.ne cler.imminiſc.ſe ſecul.neg.in 6.Gail.lib.1.de pac.pub. cap.6.num.12. & 25.* 5.

## TITVLVS XXIX.

## De Aduocatis ſiue Patronis Eccleſiarum.

1. *Aduocatus & Patronus æquiuoca, hic ex dotatione ius metiuntur.*
2. *Vel ex conſuetudine obſeruantur & præſcriptione.*
3. *Qui ſint Patroni.*
4. *Imperator dicitur Eccleſiarum protector.*
5. *Quod ad defenſionis ſubſidium inuentum, non eſt ad depreſſionis diſpendium retorquendum.*
6. *Quid Patronis Eccleſiarum agendum.*
7. *Contrauenientes quomodo compeſcendi.*

1. Advocatvs & patronus æquiuoca ſunt nec vere definiri poſſunt, *Roch. de Curt. In tract. de Iure patro. cap 1. num. 2. & 5.* in noſtra materia ex fundatione & dotatione jus
2. metiuntur, de quo *x de Iur. patron.* vel ex conſuetudine, obſeruantia & præſcriptione. *And. Knich. de Iure territ. cap. 4 num. 106. & ſeq. Tob. Paurmeiſt. de Iurisd. lib. 2. cap. 9. num fin. fac. c. generali. x. de ele.*
3. *in 6.* propè ſunt, eccleſiarum defenſores, Vogt ſchutz vnd ſchirm herrn / *c. ſaluator. verſ. in nomine, 1. q. 3. c. in quibuſdam x. de pœn.* maxime Monaſteriorum, *Zaſ. in conſil. 7. nu. 6. 7. & 15. vol. 2.* vel judices in cauſis criminalibus, *Idem in d. l. impedit. num. 29. ff. de Iurisd. om. jud.* ob timorem irregularitatis *de quo in tit. præced.* βοκθηα græca vox eſt latine adminiſtrationem & auxilium denotat, *Knich. d. cap. 4. num. 98.* ſicut & vernacula vox, Vogtey / aduocatiam & defenſionem *Zaſ. conſil. 7. num. 14. & ſeq.* hinc Imperator dicitur eccleſiarum pro-
4. tector & defenſor, *clem. Romani. x. de iureiur.* rechter Vogt vnd ſchirmherr der Chriſtlicher Kirchen / §. nach dem wir vor augen / ꝛc. Reichs abſcheidt. de anno 1512. §. aber Churfürſten ꝛc. de anno 41. Quiſquis ſit, non debet, id, quod ad defenſionis ſubſi-
5. dium eſt inuentum ad depreſſionis diſpendium retorquere, *d. c. in quibusdam. c. præterea. 23. x. de Iure patro.* quin ab eius abuſu ſic prudenter abſtineat, & ſuos miniſtros in eis faciat ſollicite abſtinere, quod ea, quæ non pertinent ad fructus ſiue reditus non vſurpet, nec bona cœtera quorũ habet
6. cuſtodiam, dilabi permittat, ſed in bono ſtatu conſeruet, *d. c. generali. x. de elect. in 6.* moderatis reditibus ab Epiſcopo inſtitutis contentus, *d. c.*

*præterea,*

*prætera.* Et ſi ſecus faciat per ſeueritatem canonicam compeſcetur, *d. c. in quibusdam.* quæ ſi non ſufficiat, auxilium ſiue brachium ſeculare erit 7.
implorandum, *c. ad abolendam. x. de hæret.* & tanquam aduocatiam inordinate tractans beneficio priuandus *c. 1. §. quicunq; & ibi Dd. de pac. tenen. in vſib. feud.* nec aliter quam ad eccleſiæ vtilitatem poteſt laicus, etſi fundator de ſpiritualibus & ſemel Deo dicatis bonis diſponere, vel ſibi plus adſcribere quam tempore fundationis ab Epiſcopo loci ſpecialiter fuit reſeruatum, *text. in c. præterea. 23. x. de Iure patron. plene Schurff. conſ. 48. nu. 11. & 14. cent. 1. fac. 1le. 2. de religioſ. dom. c. eccleſ. S. Mariæ. x. de conſtit. c. 2. x. de reb. Eccleſ. non alienandis in 6. Zaſ. d. conſ. 7. nu. 5. & 7. vol. 2.*

## TITVLVS XXX.

## De legatis apoſtolicis.

1. *Quot legatorũ genera & qui legati de latere.*
2. *Qui ſimpliciter miſſi?*
3. *Qui nati?*
4. *Quæ natorum authoritas?*
5. *Quam etiam habent in præſentia legati de latere ſi is ſit continuus, Quid, quoad quaſi tranſeuntem?*
6. *Sublegatorum natorum vti Eccleſiis inhærens & perpetuum morte Pontificis non exſpirat.*
7. *Nec ſpeciali commiſſione indiget.*

TRIA ſunt Legatorum genera *c. 1. c. pen.* 1.
*& ibi Dd. x. de offic. legat. & 1. x. eod. in 6.*

*in 6.* Aut sunt missi siue legati de latere summi Pontificis,& proprie sunt Cardinales.*c. eminentiam.20.x.de sent.excom.* nisi quod deest Cardinalatus dignitati, oraculum viuæ vocis & voluntas Pontificis supplcat.*Io.VVames.consil. 42. num.3.vol 1.Specul.in tit.de legat.§.sequitur videre in princ.* aut sunt simpliciter missi à Pontifice, ad
2. tempus aliquod,& certam prouinciam, & horum potestas minor est, *d.c.pen & ibi Dd.* Aut
3. sunt nati, qui legationis munus, dignitati Ecclesiarum annexum habent,*d.c.1.& c. pen.* vti in Anglia Archiepiscopus Cantuariensis. *d. c. 1.* Eboracensis.*c.1.x.de appell.* in Gallia Remensis, in Italia Pisanus, *Franc.d.c.1.num.10. de offi. legat. in 6.*in Germania Colonicnsis,*Alciat.in sua prax. in Rub.triplices legat.* & Saltzburgensis, quorum authoritas magna & eximia est,*vt ibi Spec.& Alciat.* Audiunt vniuersas causas,quæ per appellationem vel querimoniam à subditis suorum
4. suffraganeorum ad suam audientiam deferuntur, sicut alii vices Pontificis in prouincia ge-
5. rentes.*d.c.1. de offic. legat.* etiam in præsentia legati de latere, iuxta *Anth.de But Card. Imol.teste. Io.Brunel in tract.de dignit.& potest.legat.conclus.17. declar.1.& 2.* quando is est continuus & quasi perpetuus in ea prouincia, ne jus legationis natæ sit inutile, vt in simili pro legato de latere, *cum Panor.ibi arguit Brunel.* alias quoad momentaneum & quasi transeuntem, officium suum ob reuerentiam sanctæ sedis Apostolicæ, facilè dimittent,eoque modo, *c. volentes. x. de offic. leg.* & rescriptum Pōtificis, hoc innuēs intelligitur,
6. Et quia istud jus ecclesiis inhæret,*d.c. 1. c. pen. x. h.t.* rca-

*h.t.* reale & perpetuum est, morte Pontificis non expirat, *Pet. And. Gamb. de auth. leg. de lat. in prin. num. 9.* nec speciali commissione indiget, alias potius datum, quam natum siue inhærens diceretur.

## TITVLVS XXXI.

## De Iure & Iurisdictione Capituli sede vacante.

1. *Capitulum sede vacante non potest beneficia conferre.*
2. *Habet administrationem omnium bonorum.*
3. *Ea quæ sunt ordinis alicui Episcopali dignitate fulgent committere debet.*
4. *Quam vlterius habeat Iurisdictionem.*
5. *Comparet in comitiis Imperij per deputatos, & suo ordine votum dat.*
6. *Idque intra terminum Iuris ad Electionem constitutum.*

CAPITVLVM sede vacante, non potest beneficia conferre, *c. 2. x. ne sed. vacant. Gail. lib. 1. obs. 30. num. 11.* nec interesse judicio, *c. constitutis. x. eod.* nec valide contrahere, *gl. in c. 1. verb. sede vacante. x. eod.* nisi faciēdo rem meliorem, & obligando sibi alium, *vt ibi Hostiens. in sum. num. 1.* nec aliud quid facere vel ordinare in præiudicium futuri Episcopi. *c. 1. §. attendentes. & tot. tit. x. ne sed. vac.* habet tamen omnium bonorum, tam diuisorum quam communium administrationem, *Philip. Franc. in c. 1. num. 10. x. d.* 1.

*tit.in 6.*de qua nouo prælato reddet rationes,*Menoch.de arbit.iudic.caſ.209. nu. 8.* etiam ſpiritualiũ *c.cum nullus.x.de temp.ordinat.lib.6.Franc. d.c. 1.nu.*
3. *9.*modo ea quę ſunt ordinis,alteri Epiſcopali dignitate fulgenti committat,*Panor.in c.his.quæ,nu. 3 x.de maior.& obed.*habet & omnem jurisdictionem,cujus eſt capax,*c.irrefragabili.x.de offic. ordinar.c.cum olim.c.his quæ. x. de maior. & obed. Gail.d. obſ.30.nu.10.* audit & delegat cauſas, *Hoſtienſ.in ſum.nu.4.*officialem ſiue Vicarium in jurisdictionibus continuat.*Pet.Rauen. in compend. Iur. cano. tit.de offic. Vicar.* ad ſcriptum Imperatoris in
5. comitiis imperii per ſuos deputatos comparet ſuo loco & ordine votum dat, *Pet.Frider.Minda. lib.1.cap.19.nu.7.*vti in comitiis huius 1613. anni, Capitulum Ratisbonenſe & antehac anno 1541. Capitulum Verdenſe & Friſingenſe,anno 1555. Mindenſe,anno 1570. & 1576. Halberſtadenſe, item in viſitatione Cameræ imperialis Monaſterienſe, quemadmodum ea in fundamentali illa grauaminum imperii,reſolutione moderni inuictiſſimi Imperatoris anno 1603. conſcripta plenius,partim & in receſſibus imperii inter
6. ſubſcriptiones reperiuntur,& in ſe parum difficultatis parant,intra terminum juris ad electionem conſtitutum,eo autem elapſo, vel indigno electo, Capitulum juxta canonicas ſanctiones vlterius non auditur,*c.cum in cunctis.§.cleric.c.innotuit.c.cum vitonenſis.c. ne pro defectu.x. de Elect.c. quanquamx.eod.in 6.* eaque conſideratione anno 1603.legati Capituli Magdeburgenſis ad comitia forte per errorem conſcripti aliasque ſæpius & alii honeſte remiſſi ſunt, & rectius informati vltro ceſſerunt.

TITV-

## TITVLVS XXXII.

## De suspensione ecclesiasticæ Iurisdictionis.

1. *ECclesiastica jurisdictio quoad Augustanam confessionem eiusq; ritus suspensa.*
2. *Non quoad bona, nec quoad personas quæ sunt Catholicæ religionis.*
3. *Canonicorum vel Monachorum professionem deserentium, beneficia aliis conferri possunt.*
4. *Destructi collegii bona per ordinarium Ecclesiasticum ad alios pios causas applicanda.*
5. *Non per principem secularem licet fundatorem, ne quidem ex concordata religione.*
6. *In religione perseuerantes, cum sequela bonorum alio migrare possunt.*
7. *In territorio Catholici Principis, multo minus in proprio ipsius Episcopi, vbi temporalem habet Iurisdictionem, ea suspensa est.*
8. *Si subditi nolint se religioni Domini accommodare, habent beneficium migrandi.*

ECCLESIASTICA jurisdictio in vim pacificatæ religionis anno 1555. des Religionfriedens. §. damit auch/ suspensa est, quoad Augustanam confessionem, eiusq; ministeria, ritus, ordinationes & ceremonias non quoad bona & reditus, aliosue casus, *vt ibi* nec quoad personas, quæ sunt Catholicæ religionis, *Adri. Gylman. lib. 2. rer. iud. decis. 58. nu. 14* vti cõsideratũ fuit in causis Wormbs *contra* Wormbs & Wimpffẽ/ Cõlln *cõtra* Dortmũd/ Augspurg *contra* Donaw 1. 2.

Digitized by Google

3. Donawerth/ vbi canonici vel monachi profeſſionem deſerunt, eorum beneficia, eis, ad quos de jure vel conſuetudine pertinet, aliis conferenda relinquuntur. §. Vnd nach dem/ *Vers.* alſo/ ꝛc. Religionfriedt. deſtructo collegio bona per ordinarium eccleſiaſticum, ad alios pios vſus ap-
4. plicanda veniunt. *Panor. in c. recolentes. num. 3. x. de ſtat. monach.* etiam ſi fuerint exempti, *cle. 2. de religioſ. domib.* non per Dominum ſeu Principem ſecularem illius loci, etſi fundatorem, aduoca-
5. tum vel patronum, *Schurff. Conſil. 48. Cent. 1. ſup. tit. 29.* ne quidem ex concordata religione; cum §. Dieweil aber etliche/ de bonis tunc temporis applicatis, non in futurum applicandis intelligatur, vt conſtat ex rationibus Anno 1555. adductis, vide prothocolla, vbi in
6. religione perſeuerant, pro maiori ſecuritate, & liberiori religionis exercitio, cum ſequela bonorum & fructuum, ne ſint deterioris conditionis, quam laici, alio migrare poſſunt. §. Dergleichen ſollen/ ꝛc. Reichs abſcheidt de anno 44. §.
7. dagegen ſollen/ ꝛc. de anno 55. Similiter non eſt eccleſiaſtica Iurisdictio ſuſpenſa in territorio Catholici Principis, ſiue ſecularis, ſiue eccleſiaſtici, ſine tamen præiudicio ſecularis Iurisdictionis, ad quam pro qualitate delicti & cognitio, *vt ſup. tit. 15.* & executio pertinet, *Clar. in §. hæreſis nu. 4. tit. 13.* vti palã eſt in cauſis *Bayern. contra Ortenberg.* multo minus ceſſat in proprio territorio ipſius Epiſcopi, vbi temporalem habet jurisdictionem, vti diſputatum in cauſa Drolshagen/ qui prolem aliter curarat baptizari, quam Catholice, contra Münſter/ *Adrian. Gylman. lib. 1.*

Sym-

*Symph. tit. 3. de pac. relig. vot. 15. Iust Sprenge. in tra. de pac. relig. cap. 6.* & cõclusum in causa quatuor ciuium Treuirensium, quibus ab Archiepiscopo mandatum fuit, vt sub vna specie communicarent, *Adrian. Gylman. in quæst. contro. siue decis. Camer. Verb.* Religionfried / & si subditi nolint voluntati & religioni domini se accommodare, habent benficium, etsi flebile, cessionis siue migrandi, iuxta §. Wo aber vnsere ꝛc. Religionfried / de anno 55. quod respectu eorum non est voluntatis vt autumat, *Pet. Frider. lib. 1. cap. 30. num. 2.* & post eum, *Tho. Michaël. de Iurisd. conclus. 49.* sed necessitatis, vti judicatum anno 66. 20. Martij, & in causa inter *Petrum Pergentz. & Episcopum Leodiensem*, Item anno 90. 6. April. *in eisd. decis. Verb. mandata de migrando* & ad tollendum hoc dubium pacto religionis inserta sunt, *Verb.* Stende des Reichs / quibus permissum est, religionem mutare, non subditis, vide acta, & hinc inde anno 55. producta. 8.

## TITVLVS XXXIII.

### De Iuribus ordinariis Episcopi.

1. *Episcopo ex jure communi debetur quarta decimarum, oblationum, legatorum Ecclesia & mortuariorum.*
2. *Dicitur portio canonica, quæ quandoq; aucta fuit pro necessitate.*
3. *Debetur etiam procuratio ratione Visitationis, Item Synodaticum siue Cathedraticum.*
4. *In Archiepiscopatu Coloniensi quid pro mortuario soluatur.*
5. *Quomodo & de quibus bonis clericus testari possit.*

6. si

*6. Si intestatus decedat, quis succedat.*

1. EX jure communi debetur Episcopo quarta decimarũ, *c. conquerente. x. de offic. ordinar. c. de quarta. x. de præscript.* quarta oblationum, *c. concesso. c. quatuor. 12. q. 2. d. c. de quarta.* quarta legatorum ecclesiæ & mortuariorum siue relictorum occasione funerum, *d. c. conquerente, Iacob. Sbroz. de offic. Vicar. lib. 2. quæst. 48. Co-*
2. *uar. in c. officii. nu. 1. x. de testam.* & dicitur portio canonica, *c. requisisti. Vers. secus. c. fin. x. eod.* aliquando fuit medietas, *c. relatum. x. de sepult. c. de his. c. antiquos. 10 q. 1.* aliquando tertia, *c. 1. x. de sepult.* juxta Episcoporum necessitatem. *gl. in d. c. de his.* & diuersas locorum consuetudines, *d. c. requisisti. c. certificari. x. de sepult.* debetur & ratione visitatio-
3. nis procuratio siue sumptus, *d. c. conquerente. sup. tit. 11.* Item pro honore ecclesiæ synodaticum siue cathedraticum, quod est duorum solidorum, *d. c. conquerente.* à qualibet ecclesia, *vt ibi gl. Panor.*
4. *& alij per c. placuit. 10. q. 3.* sed hæc & similia iura in quibusdam Germaniæ locis fere cessant, & alia subordinata reperiuntur, in Archiepiscopatu Colonienſi ex more & speciali conuentione cum clero inita pro mortuario soluitur minor portio, *Statut. de anno 1536. part. 13. cap. 12. fol. 404.* quanta pro approbatione testamenti clerici intra triginta dies à morte facienda, *vt ibi cap. 10.* re-
5. peries apud examinatorem, Quomodo autem & de quibus bonis clericus testetur, *vide in c. quia nos. & c. relatum. 2. x. de testam.* si concubinæ quid relinquat, succedit Fiscus. *Marta. de Iurisd. par. 4.*
6. *cent. 2. cas. 114. nu. 9. & seq.* si intestatus moriatur, quis

quis succedat, *in c. 1. x. de succeß. ab inteſt.* juxta Statuta Colonienſ. eius bona, præter patrimonialia, quæ hæredibus cedunt, deducto ære alieno & funeralibus in piam cauſam pro defuncti animæ ſalute conuertentur, *ibid. cap. 11.*

## TITVLVS XXXIIII.

## De charitatiuo ſubſidio.

1. *Epiſcopus luribus ordinariis contentus præter moderatum auxilium nihil exiget.*
2. *Quod charitatiuum ſubſidium dicitur, & quid ſit.*
3. 4. *Idq; clerus non ſoluit niſi ex rationabili cauſa, & quænam illæ.*
5. *In quibus charitate deſinente, poteſtas incipiet, quam Epiſcopus adhibere poteſt.*
6. *Sine Pontificis authoritate.*

EPISCOPVS ordinariis juribus contentus, amplius nihil ab Eccleſiis exigat, præter moderatum auxilium juxta formam concilii Lateranenſis cum charitate poſtulandũ, *c. conquerente. x. de offic. ordinar. c. cum apoſtolus. §. prohibemus. x. de cenſib.* & ideo dicitur ſubſidium charitatiuum, *vt ibi Dd.* & eſt quod clerus Epiſcopo ſubditus & ad diœceſin pertinens, *Statut. prouin. Colo. fol. 518.* ſoluit, non laicus qui proprie ſubditus non eſt, nec ad hoc ſubſidium tenetur, *Remig. Go. in tract. de charit. ſubſid. quæſt. 45.* nec clerus aliter ſoluit quam ex manifeſta & rationabili cauſa, *d. c. conquerente. & d. §. prohibemus*, vt ſi Epiſcopatus ſit multum ære alieno grauatus, adeoque tenuis, vt ad Epiſcopalem ſtatum honeſtè

1

2.

3.

honeſte non ſufficiat, vel Epiſcopus ire velit, ad
4. Concilium generale, ad Papam ſeu regem pro communibus negotiis. *Panor. in d. c. conquerente, num. 2.* reluere annatas & Bullã confirmationis, *Boer. deciſ. 136. num. 1. & 6.* pallium, *Adrian. Gylman. in Symphor. part. 2 vol. 2. num. 1.* imperii contributiones, aliasque neceſſitates, *Statut. Colon. d. fol.*
5. *518.* plures cauſas, *vide apud Remig. Gonny. d. tract. quæſt. 5. 19. & 34.* & ſi in eis charitas deſinat, poteſtas incipiet, quam ipſemet Epiſcopus contra clerum renitentem per cenſuras adhibere poteſt, *Panor. in d. c. cum apoſtolus nu. 5. Boer. d. num 1. & ſeq.* ſine Pontificis authoritate, quæ ad hoc
6. non ita neceſſaria eſt, quam ad collectas per laicos clero imponendas, *c. non minus. c. aduerſus. x. de Iure immunit.*

## TITVLVS XXXV.
## De Vicario Epiſcopi.

1. *Vicarius Epiſcopi quotuplex? & quis in Pontificialibus.*
2. *Quis in Spiritualibus? quod eius officium, & numero 3.*
4. *Quis in Iurisdictionalibus? cuius Iurisdictio eſt ordinaria.*
5. *Etiam in cauſis ſecularibus, vbi Epiſcopus vtramq; Iurisdictionem committit.*
6. *Ad Eccleſiaſticam Iurisdictionem Eccleſiaſticus & qualis? ad ſecularem laicus deputatur.*
7. *Quod cuiusq; officium.*

1. VICARIVS Epiſcopi triplex eſt, aut in Pontificalibus & is, quia ea, quæ ſunt ordinis, expedit,

expedit, titulo Episcopali insignitur, *c. quod sedem, vbi gl. & Dd. x. de offic. ordinar.* vulgus, suffraganeum, & Weihe bischoff appellat, aut in spiri- 2.
tualibus, qui expedit, & administrat spiritualia, dando licentiam ad ordines, *c. cum nullus. x. de tẽp. ordin. lib. 6.* quam tamen & ab officiali datam, memini. *fac. Stat. prouinc. Colo. de anno 1536. part. 1. cap. 29. fol. 347* dispensando, admittendo permutationes in Archiepiscopatu Colonien si, sub sigillo Officialatus, saluo iure Cãcellariæ, quæ habebit de qualibet permutatione vnum florenum 3.
superiorem. *Stat. prouin. Colo. fol. 258.* itẽ vniones & his casus similes, in quibus inquisitionem, & sine figura & strepitu judicii cognitionem præmittere debet, ne cum alterius iniuria expediantur, etsi is cuius interest, juri se offerat, ad Officialem fit remissio. Aut in jurisdictionalibus siue casibus justitiæ, contentiosis quem Officialem nominamus *c. 1. & 2. x. de offic. Vicar. in 6. c.* 4.
*romana in princ. x. de appell eod.* ordinariam habens jurisdictionem, *d. c. 1. & 2. vbi gl. & Dd. Franc. Mar. quæst. 317. nu. 7. part. 1. Rot. decis. 1. nu. 2. x. de offic. Vica. in no.* & est communis Dd. opinio *Iacob. Sbrotz. in tract. de offic. Vica. quæst. 55. nu. 9. & seq. lib. 2.* etiam 5.
in causis secularibus, vbi Episcopus vtramq; habet iurisdictionem, eidem committit, vti Archiepiscopus Colonien sis, *vide tenorem commissionis & Stat. prouinc. fol. 259. & 265* sed in aliis pluribus Germaniæ locis jurisdictio distinguitur, ad ecclesiasticã ecclesiasticus siue clericus, *c. in nona 16. q. 7.* saltem in prima tõsura, *Iaco. Sbrotz. dict. tract. lib. 1. quæst. 31. nu. 11.* Doctor vel licentiatus in jure, non theologus, nisi vtatur assessore 6.

jurisperito, *ibid. quæst. 36. num 9. 12. & seq.* ad secularem, secularis vulgo, Hoffrichter deputatur, qui Deum & sanctam Iustitiam præ oculis habeant, non declinantes ad dexteram vel siniſtram, *Sbroz. quæst. 33.* in adeundo sint faciles, non excandescentes aduersus eos, quos malos putant, neq; precibus calamitosorum illachrimari oportet, id enim non est constantis, & recti judicis, cuius animi motum vultus detegit, & summatim ita jus reddent, vt authoritatem dignitatis ingenio suo augeant, *l. obseruandum. ff. de offic. præsid.*

## TITVLVS XXXVI.

### An constituto generali Vicario cesset constituentis jurisdictio.

1. *Ivrisdictio alteri concessa non transit priuatiue.*
2. *Imperatoris Iurisdictio per ordinationem Cameræ Spirensis non cessat.*
3. *Iurisdictio ad coadiuuationem data priuatiue non intelligitur.*
4. *Officium ordinarij non cessat propter officium Vicarij.*
5. *Vicarius non potest Episcopo inhibere ne audiat & judicet causas.*

1. Ivrisdictio alteri concessa non transit priuatiue, sed cumulatiue juxta communem Dd. opinionem, *Matth. Coler. de proceß. execut. part. 2. cap. 1. num. 149.* in Camera Imperiali probatam, *Mynſ. Cent. 6. obſ. 99. num. 1.* siue ex

ue ex contractu, siue priuilegio, *Matth. Stephan. de iurisd. lib. 2. part. 1. cap. 1. num. 220. & seq. Coler. d. loc.* Ideoque Imperatoris Iurisdictio, 2.
quasi per ordinationem Cameræ Spirensis cessaret, satis inciuiliter disputatur, *Pet. Heig. part. 1. quæst. 9. num. 12. & seqq. Matth. Steph. d. loc. nu. 216 & seq. Gail. lib. 1. obs. 11. nu. 6. obs. 121. nu. 7. Tob. Paurmei. de iurisd. li. 2. cap. 4. nu. 133. & seqq. & cap. 5. num. 32.* fundata passim in ordinatione regiminis, vulgo, Regiments Ordnung / *de anno 1495. 1500. in* §. Zum dritten / *de anno* 1512. Ordinatione Cameræ, de anno 1521. *tit.* Rechtlich vernehmen / §. Zum vierten / *de anno* 55. *part. 2. tit. 4* §. *eodem.* Passauiensi contractu, *de anno* 1552. capitulatione, & consuetudine hactenus obseruata, & jure communi, quo absurdum videtur jurisdictionem & coad- 3.
iuuationem datam priuatiue intelligi, *arg. l. 1. C. de offic. præf. vrb. l. in hac 30. C. de donat. Coler. d. cap. 1. nu. 162.* ne ea, quæ in auxilium siue augmentum, inducta, operetur diminutionem. *l. si mancipia. in prin. ff. de fund. instru. l. cum quidam. ff. de bon poss. l. legata. mutiliter. ff. de adimend. leg.* contra intentionē dantis, *l. non omnis. ff. si cert. petat.* nec cessat officiū 4.
ordinarii propter officium Vicarii, vt. *x. de offic. ordinar. & offic. Vicar.* nec prohibetur, Episcopus habens Vicarium, causas per se audire, *Iac. Sbroz. de Vicar. Episcop. lib. 3. quæ. 39. nu. 2.* nec tribunal siue consistorium, quod vnum, idemq; cum eodem habet, *c. 2. x. de consuet. c. romana in princ. x. de appell. in 6.* sit plane frustraneū & inane, *arg. l. si prætor. ff. de iudic.* nec potest Vicarius Episcopo inhi- 5.
bere, ne audiat & iudicet causas, *Sbroz. quæst. 40.* nec cum eo effectualiter concurrere, *Idem quæst.*

*57.num.10.& seq. lib 2.* etsi concurrat non dicitur præueniri, sed impediri. *Marta. de Iurisd. inter Iud. Eccles. & Secul. part. 2. cap. 2. num. 2.*

## TITVLVS XXXVII.
## De Archidiacono.

*1.2 3.4.* *Archidiaconus quis & quod eius officium.*

*5.* *In Archiepiscopatu Colonien si causæ beneficiales aliæq; Ecclesiasticæ iudicialem indaginem requirentes ad forum Archiepiscopi siue Archidiaconum remitti debent.*

*6.* *Si cum Episcopo in hisce causis concurrat, præuentio locum habet.*

1. ARCHIDIACONVS maior post Episcopum, ipsiusque Vicarius & oculus reperitur, habens curam & sollicitudinem in clericis & ecclesiis, *c. 1. x. de offi. Archidi.* Archipresbyteros, quos Decanos rurales, siue Christianitatis vocant, conuocat & ab eis singula inquirit. *c. ad hæc. x. eod. c. 1. x. de offic. Archipresb.* visitat. *d. c. 1. c. mandamus. x. h. t.* singulorum iurgia
2. audit, quę corrigenda viderit, corrigit, & emendat, maiores causas ad Episcopum decidendas
3. refert, *d. c. ad hæc.* inter quas est matrimonii, *c. 1. x. de consang & affinit. c. accedentibus. 12. x. de excess. pralat.* non dat litteras commendatitias ad ordines, *c. significasti. x. h. t.* nec pro corrigendis excessibus pœnam pecuniariam exigit. *c. licet. x. de pœn.* nec sententiam excommunicationis promulgat *c. Archidiaconus. x. h. t.* nisi consuetudo
4. vel Episcopi authoritas accedat, *vt ibi Dd. & in c. dudum.*

*dudum. x. de Elect. c. cum ab ecclesiarum. x. de offi. ordinar* vti sub Archiepiscopatu Colonienſi, vbi beneficiales, matrimoniales & reliquæ ecclesiasticæ causæ, quæ iudicialem requirunt indaginem, ad tribunal siue forum Archiepiscopi siue Archidiaconorum, ad quos institutio, & destitutio super viribus beneficiorum, vel matrimoniorum, vel similium cognitio proprie pertinet, remitti debent, *Stat. prouinc. fol. 510. & 538.* Anno 1599. in Synodo renouata, Et si in hisce causis cum Episcopo concurrat, præuentioni locus est, & nisi de ea constet, ratione maioritatis Episcopus præfertur. *Nicol. niles in repertor. Verb. Episcopus. per Io And. in c. pastoralis. 1. gl. x. de offi. ordinar.* & in aliis pluribus casibus, in quibus Archidiaconus nihil potest, *quos vide apud Bertachin. in tract. de Episcop. lib. 4. per aliquot partes.* 5. 6.

## TITVLVS XXXVIII.

## An laicus possit esse Consiliarius vel assessor ecclesiastici & ècontra.

1. *IN causa mere ciuili laicus ex commissione Ecclesiastici potest iudicare, secus in causa spirituali.*
2. *In qua tamen potest esse Consiliarius.*
3. *Consiliarij per se jurisdictionem non habent.*
4. *In Curia Leodiensi Ecclesiastica laici & coniugati assident Officiali, In curia Colonienſi Clerici & celibes.*
5. *Clericus potest esse Consiliarius Principis secularis.*

1. Aut in causa seculari & mere ciuili, & potest laicus non tantum consulere, sed etiam ex commissione judicis ecclesiastici judicare *gl. in c. 2. vbi & Panor. num. 4. x. de judic.* aut in causa spirituali & mere ecclesiastica nec judex, *d. c. 2.* nec arbiter esse potest. *c. contingit. vbi*
2. *Dd. x. de arbit.* sed bene consiliarius siue assessor, *Panor. d. c. 2. num. 13. Philip. Franc. in c. 1. in princ. de procur. in 6. Marta de Iurisd. eccles. & secul. part. 4. cas. 174. per tot.* quorum opinio communiter recepta est, *Schrader. de feud. part. 10. sect. 13.*
3. *num. 10. & seqq.* quia isti per se jurisdictionem non habent, nec exercent, *l. 2. de asses. gl. in l. 1. ff. eod. Panor. d. num. 13. Schrader. d. loc. num. 53.* nisi sub nomine & authoritate judicis ecclesiastici, ita quod is judicasse dicatur, *c. qui facit. x. de regul. Iur. in 6.* vnde in curia ecclesiastica
4. Leodiensi etiam laici & coniugati assident Officiali, sub cuius nomine omnia expediunt. In curia Coloniensi, clerici & cœlibes, vt causas ecclesiasticas ex delegatione Officialis juxta reformationem sub suo nomine cognoscere & decidere valeant, salua appellatione ad ipsum Officialem vti committentem. *l. 1. in princ. & ibi Bart. in §. fin. num. 2. ff. qui & à quo ap. Gail. lib. 1 obs. 121. num. 2.* Ex diuerso potest etiam
5. clericus esse consiliarius principis secularis. *Panor. in c. sed nec. num. 7. in c. clericis num. 9. & seq. x. ne cler. immis. se secul. negot. arg. auth. habita. ibi* Episcoporum, Abbatum, Ducum, *C. ne fil. pro pat.* Ideoque Episcopi in Germania non inconsulte & ecclesiasticis & secularibus consiliariis in vno eodemque consilio vtuntur, *fac.*

concord.

*concord. pat. Colo. art. 16. ibi*, einen ſtandhafftigen Rath von Geiſt- vnd Weltlichen perſonen/ quo rectius vtramque jurisdictionem, & tam eccle- 7.
ſiaſticum quam politicum ſtatum adminiſtrent.

## TITVLVS XXXVIIII.

### De auocatione cauſarum.

1. *Quis poſsit cauſam auocare?*
2. *Idque fit expreſsè vel tacitè.*
3. *Inferior auocationi ſuperioris ſiue juſtæ ſiue injuſtæ parere tenetur.*
4. *Si inferior jure proprio cognoſcat, non obſtante auocatione valet quod agitur.*

IS cauſam auocare poteſt, qui judicare juſſit, 1.
vel maius imperium in ea Iurisdictione habet, *l. judicium ſoluitur. 58. ff. de judic.* ſiue inferior habeat ordinariam jurisdictionem, & idem tribunal cum ſuperiore, vt Vicarius Epiſcopi, *vt ibi Bart. Caſtrenſ. & alij Dd. c. vt noſtrum, vbi Panor. num. 2. x. de appell. Marant. in ſpecul. part. 4. diſt. 16. nu. 60. Capell. Tholoſ. quæſt. 481. & ibi Auffrer. Gail. lib. 1. obſ. 41. num. 3.* ſiue non, vt delegatus, vel poteſtas, ſiue judex cum aſſeſſoribus, qui ex forma ſtatutorum jurisdictionem habent, *Bart. d. l. Iudicium. num. 2.* expreſsè, hoc eſt, 2.
expreſſis verbis ſiue litteris ad inferiorem datis, vel tacite, cognoſcendo, vel cõmittendo cauſam, *Gail. d. obſ. 41. num. 11. & ſeq. Marant. d. diſt. 16. nu. 58. Schrader de feud. part. 10. ſect. 1. nu 180.* Et licet ſuperior auocando aliquando nimium faciat,

nihilominus inferior, ad quem non pertinet superioris factum judicare, auocatione siue ju-
3. stæ siue injustæ parere tenetur, *Panor. in d. c. vt nostrum. num. 3. Stephan. Auffrer. ad Capel. Tholoss. d. quæst. 481. num. 1. fac.* §. Vnd was betrifft/ ꝛc. Reichs abscheid/ de anno 1541. §. vnd damit die zeit/ ꝛc. de anno 42. §. so viel das Recht/ ꝛc. §. vnd was am/ ꝛc de anno 44. alias acta sunt ipso jure nulla, & ne quidem partium consensu validantur, *Schrader. d. loc. per plures Dd. Aufrer. d. q. 481. num. 3. per c. bonæ x. de postulat.* secus, quam si is auocet, qui judicare non jussit, nec maius imperium habet *d. l. Iudiciũ*, vel si inferior jure proprio co-
4. gnoscat, vti magistratus municipalis, qui subest præsidi prouinciæ, vel Episcopus, qui subest Archiepiscopo, non obstante auocatione valet quod agitur, *Castrens. in d. l. judicium. num. 7. per* §. *interim* §. *nulla. auth. de sens. ciuit. col. 3. gl. in clem. 1. de cele missar.* quantumuis iste inferior per superiorem confirmet. *Couar. pract. quæst. cap. 9. num. 4.* quem vide latius de hac materia.

## TITVLVS XXXX.
## De appellatione.

1. *A Archidiacono appellatur ad Episcopum.*
2. *Non autem a generali siue Vicario.*
3. *Ab Episcopo appellatur ad Archiepiscopum.*
4. *Si ad Cameram immediate appelletur Archiepiscopus interueniens auditur.*
5. *Ab Archiepiscopo quo appelletur?*

1. A B Archidiacono appellatur ad Episcopum, *c. romana* §. *ab Archidiacono. x. de ap-*

*pell*

*pell. in 6.* ſicut & ab officiali foraneo, *gl. in cle. etſi principales. Verb. foraneo. de reſcript. communiter*, recepta, *Coua. pract. quæſt. cap. 4. nu. 8. tit. 449.* vti ſolet ab officiali Werlenſi non à Generali ſiue Vicario, ne quidem ſub prætextu conſuetudinis, *d. c. romana in princ. c. 2. de conſuet. in 6.* niſi in cauſa non appellabili ad ſuperiorem vel ſpecialiter ipſi cõmiſſa, *vt ibi Philip. Franc. num. 6. & ſeq.* Ab Epiſcopo appellatur ad Archiepiſcopum, *d. c. romana.* in cauſis ſpiritualibus ſiue eccleſiaſticis, *c. ad reprimendam. x. de offic. ordinar. c. dilectus. x. de appellat.* & ſecularibus, *d. c. romana. §. debet.* quod in Germania à multo tempore obſeruatum, ſi imutari, & immediate ad Camerã appellari incipiat, Archiepiſcopus interueniens auditur, vt in cauſa appellationis Monaſterienſis, *Biſchoping. contra Droſte, & contra Iungerman.* per dominos Camerales judicatum eſt, *fac. ea quæ tradit Natta Conſ. 98. per tot. vol. 1. c. dilecti. 3. nu. 9.* Ab Archiepiſcopo appellatur ad ſummum Pontificem in terris eccleſiæ, tam quoad ſeculares, quam eccleſiaſticas cauſas, vbi vtramque habet jurisdictionem, *c. ſi duobus. §. deniq. x. de appell.* In terris imperii, quoad eccleſiaſticas, ad Pontificem, quoad ſeculares ad Imperatorem, ſiue Cameram Spirenſem. *arg. ordinat. Camer. part. 2. tit. 1. Gail. lib. 1. obſ. 30. num. 8. & ſeq. c. nouit. x. de judic. ſup. tit. 20. & ſeq.*

2.

3.

4.

5.

## TITVLVS XXXXI.

### An omisso medio appellari potest?

1. *Differentia est inter jus canonicum & ciuile, inter Pontificem & Imperatorem.*
2. *Appellatio in foro ciuili omisso medio tenet, si is, cujus interest, nihil opponat.*
3. *Per pactum inter partes appellatio tolli potest.*
4. *An statuto tolli possit?*

1. DIFFERENTIA est inter jus canonicum & ciuile, inter Pontificem & Imperatorem, Pontifex appellari potest, omisso medio, *c. ad romanam. c. quoties. c. ideo 2. q. 6. c. si duobus. c. sollicitudinem. gl. & Dd. in c. dilecti. 66. x. de appellat.* Imperator non nisi gradatim. *l. Imperatores. ff. eod ordinat. Camer. part. 2. tit. 29. in prin. Gail. lib. 1. obs. 119. num. 2.* rationem differentiæ inquirit. *Speculat. in tit. de appell. §. nunc tractemus.*
2. *Vers. & nunquid.* sin autem is, cuius interest, nihil opponat, etiam in foro ciuili appellatio omisso medio facta tenet, *Mynsi. Cent. 1. obs. 67. Dd. in d. c. dilecti.* quorum opinio communis est, *Couar. pract. quæst cap. 4. num. 9.* Exinde appellationes ab Episcopis, eorumque Vicariis, prætermissa sede metropolitica interpositas, *de quib. tit. præced.* si non excipiatur, retineri videmus, cum
3. per pactum inter partes appellatio, tacite vel expresse tolli queat. *l. fin. §. fin. C. de tempor. appell. Marant. par. 6. act. 2. num. 373.* An autem
4. statuto? variant Dd. opiniones, *vt ait Gail. lib. 1. obs. 135. num. 12.* At *Bart. in l. omnes populi. num. 27.*

ff. de

*ff. de Iuſt. & Iur.* hoc modo diſtinguit, aut ſtatuentes habent jurisdictionem primæ & ſecundæ appellationis, & valet ſtatutum, *l. 2. §. exactis. ff. de orig. Iur.* quia diſponit de his, quæ ad jurisdictionem ſtatuentium pertinent, aut habent jurisdictionem primæ appellationis, aut nullam, ita quod appellatio ad ſuperiorem deuolui debeat, & non valet, ſicut nec de jure canonico, quo omiſſo medio appellatur, quia tendit in præiudicium ſuperioris, *c. 2. x. de maior. & obed. c. venientes. vbi Dd. x. de Iureiur.* & ex ea ratione non poſſe inferiores ſtatuto appellationem tollere vel impedire, communiter receptum refert, *Ripa. in c. 1. num. 45. x. de reſtitut. teſte Cornel. Brederod. in tract. de appell. part. 1. tit. 11. verb. inferiores, & verb. priores populi*, prout nec in Camera tale ſtatutum attenditur, *Gail. d. num. 12. Mynſing. Cent. 1. obſ. 14.*

## TITVLVS XXXXII.

## An in cauſis ſecularibus recte appelletur ad Pontificem.

1. *Pontifex quoad cauſas ſeculares nihil ſibi jurisdictionis aſſumit.*
2. *De facto & conſuetudine Eccleſiaſtica appellatio à Iudice ciuili ad Pontificem interpoſita tenet.*
3. *In Camera imperiali appellans ad Pontificem eiusque Iudicium prorogans non auditur.*
4. *Appellatus, qui judicium non agnouit, ſupplicans auditur.*

Cum

1. CVM Pontifex, quoad cauſas ſeculares ſibi nihil jurisdictionis aſſumat, *c. venerabilem. x. de Elect. c. nouit. x. de judic. ſup. tit. 20. & ſeq.* appellatio à ciuili judice ad eius audientiam interpoſita ſecundum juris rigorem non tenet, ſed de facto & conſuetudine eccleſiæ aliud obſeruatur, *c. ſi duobus. 7. §. deniq. x. de appell.* quod in tantum videtur in Camera Imperiali conſiderari, vt ſi quis ad Pontificem prius appellarit, eiusque judicium agnouerit & prorogarit, non audiatur, *arg. ad l. Papinianus. cum auth. ſeq. C. de ſent. & interloc. om. jud.* vt eſt præiudicium in cauſa Catharinæ Webers / apud *Pet. Mind. lib. 1. de proceſſ. cap. 11. num. 2. & 4.* ſin autem appellatus & is qui judicium, quod impugnare intendit, non agnouit, ſupplicet, auditur, & ſæpe cum maximo partium detrimento anteacti proceſſus, non obſtante allegata conſuetudine caſſantur, & principale negotium, de nouo cognoſci demandatur, vt extant diuerſa præiudicia, *apud Adrian. Gylman. in Symphor. tom. 3. Verb. appellare, quibus, &c. & verb. Iudex tom. 6. cap. 1 verſ. 4. Matth. Stephan. lib. 2. de Iurisd. part. 1 cap. 3. num. 195. lib. 3. part. 1. cap. 3. num. 52. & ſeq. Tho. Michaël. d. concluſ. 43.* & adhuc nuper anno 1607. 20. Aprilis, in cauſa *Michaëlis contra VVilhelm. & Mattheis Schroder.*

2.

3.

4.

TITV-

# TITVLVS XXXXIII.

## De executione Sententiæ.

1. *SEntentia in rem judicatam lapsa executioni demandatur.*
2. *Si Executorialibus intra statutum terminum non pareatur ad arctiora & declarationem pœnæ proceditur.*
3. *Etiam à Iudice Ecclesiastico.*
4. *Quando requisitorialibus seu literis mutui compassus opus sit.*
5. *Consuetudo, qua executio statim & immediate Iudici demandatur, toleratur.*
6. *Requisitus tenetur sententiam à requirente latam exequi.*
7. *Nisi animaduertat processum in fraudem suæ Iurisdictionis esse fabricatum, vel nullum.*
8. *Super rebus in quibus executio facienda cognoscere potest.*
9. *Si sine litteris primi Iudicis irrequisitus executionem faciat, ea erit nulla.*
10. *Si actione Iudicati, siue in factum ex sententia actum fuerit, valide procedit.*

SENTENTIA in rem judicatam lapsa, ni effectu careat, à judice qui tulit, executioni demandatur, *c. quod ad consultationem. x. de sent. & re jud. l. cum quadam. ff. de Iurisd. om. jud. Mynsing. cent. 3. obs. 68. in prin.* primo per literas vt vocant executoriales, ipsi parti victæ siue condemnatæ, quæ si intra statutum terminum non pareat, ad arctiora & declarationem pœnæ proceditur, 1. 2.

Digitized by Google

ceditur, deinde crescente contumacia, judici sub quo pars vel res moratur, executio demandatur, Cammergerichts Ordnung *part. 3. tit. 48. Gail. l. 1. obs. 113. num. 1. & seqq. obs. 115. num. 3. Pels. proces. tit. 49. num. 3. Pet. Frider. Mindan. lib. 2. cap. 65. in prin.* 3. etiam à judice ecclesiastico, adhibitis ad hoc ecclesiasticis censuris, *c. principes. c. administratores. 23. q. 5. c. statuimus. §. fin. vbi gl. x. de maled. Panor. in d. c. 1. num. 11. Gail. d. num. 3. Marant. disput. 1. num. 26.* quæ si contemnuntur, imploratur fortius seculare brachium, *c. nullus. x. de iure patronat. c. 1. vbi gl. & Dd. c. quoniam. x. de offic. ordinar. d. c. principes. Bart. in l. à Diuo Pio. §. sententiam. num. 5. ff. de re jud. §. 1. auth. vt differ. jud. col. 9. c. dilecto filio. x. de sent. excom. in 6. Mind. d. cap. 65. num. 5.* & si judex condemnati ad jurisdictionem 4. judicis, qui sententiam tulit, minimè pertineat, requisitione siue literis requisitorialibus seu mutui compassus in juris subsidium opus est, *c. romana. §. contrahentes, vbi Dd. x. de for. comp. an 6. l. properandū. §. fin autè reus. C. de Iudic. l. à Diuo Pio. §. sententiā. vbi Bar. Castren. & alij ff. de re judic. l. cum quædam, vbi Zas. nu. 19. & seq. ff. de Iurisd. om. jud.* Vbi autem is stylus alibi inualuit, quod executio sententiæ, non ipsi parti prius, sed statim & immediatè judici demandetur, vt is partem ad paritionem compellat, melius tolerari potest, quam 5. si statim initio per mandatum pœnale, etsi cum iustificatoria clausula, iudici immissio seu expandatio deferatur, exinde enim, vel per fauorem vel ignorantiam judicis, qui forte nescit distinguere inter primum & executiuum mandatum, cum vel sine clausula multas iniquas execu-

tio-

ecutiones & bonorum deoccupationes, quæ nō
niſi cum magno temporis & expenſarum diſpēdio reparari poſſunt, oriri docet experientia.
Interim requiſitus tenetur ſententiam à requi- 6.
rente latam exequi, *d. c. romana. §. contrahentes vbi Dd. & in d. §. ſententiam. & §. ſin autem reus.* atq;
ita vnus judex alterum, adiuuare, ſecularis eccleſiaſticum per gladium materialem, *c. vnam ſanctam de maior. & obed. in extrau. com.* è conuerſo
eccleſiaſticus ſecularem per gladium ſpiritualem
*Gail. obſ. 115. num. 2. Couar. pract. quæſt. cap. 10. num. 10.* Cammergerichts Ordnung/ *de anno 1517. tit. 17. de anno 21. tit*, execution der vrtheil/ *de anno 55. part. 3. d. tit. 48. §.* Vnd obdiene quemadmodum hi duo gladii conſueuerunt, exigente neceſſitate ſibi inuicem ſuffragari, & in juuamen
alterius ſubuentione mutua frequentius exerceri, *text. in d. c. dilecto. x. de ſent. excom. in 6.* niſi requiſitus animaduertat proceſſum in fraudem
ſuæ jurisdictionis eſſe practicatum, *arg. c. ex tenore. x. de for. compet. Coſtal. in l. 1. ff. de Iud. Matth. Ste. de Iurisd. lib. 1. cap. 25. num. 51.* vel omnino nullum 7.
*Fran. Mar. quæſt. 119. nu. 4.* quāndo autē, qualiter, &
ſuper quibus exceptionibus cognoſcere poſſit,
*vide Gail. d. obſ. 113. nu. 7. & 8. Menoch. de arbit. Iudic. quæſt. 38.* ſatis recte ſuper rebus, in quibus executio facienda, *d. l. à Diuo Pio. §. in venditione. &* §. 8.
*ſi ſuper rebus*, & ſi ſine literis primi judicis, irrequiſitus executionem fecerit, executio erit nulla 9.
*Zaſ. in d. l. cum quædam. nu. 21. Mynſ. Cen. 3. d. obſ. 68.*
ſecus quam ſi actione judicati ſiue in factum ex
ſententia actū fuerit, tunc valide procedere poteſt, *Bart. in d. §. ſententiam. nu. 1. ibi apoſtol. & Gail. li.* 10.
2. de

*2. de pac. public. cap. 17. num. 35.* vel ordinarie, juxta *Bart.* vel ſummarie ; juxta *Zaſ. in l. intra ff. de re jud* & hoc in Camera ſeruatur, *Gail. d. obſ. 113. num. 9. & ſeq.*

SIt Deo Meo LaVs sItq Ve gLorIa
SItq Ve ſanCtæ roManæ eCCLesIæ LeCtI
CensVra.
VtI DatVr & ſaCro IMperIo.
IVDICIVM.

SEQVVN.

# SEQVVNTVR ALIQVOT COMMISSIONES EDICTA ET REFORmationes Curiæ Eccleſiæ Colonienſis.

1. *Commiſſio Vicarij in Spiritualibus.*
2. *Reſcripta ſiue Indulta aliquot Apoſtolica ad officium eiuſdem Vicarij pertinentia, prout anno 1609. à defuncto Vicario publicata.*
3. *Commiſſio Officialis ſiue Vicarij in caſibus Iuſtitiæ.*
4. *Ordinatio Reuerendiſſimi inter Magiſtrum & latores litterarum ac ſuper aliis anno 9. in Octobri publicata.*
5. *Edictum de immatriculandis Notarijs & exequendis mandatis.*

## Commiſſio Vicarii in Spiritualibus.

ERNESTVS Dei gratia Electus & Confirmatus Archiepiſcopus Colonien. Reuerendo & Doctiſſimo nobis fideli dilecto Otthoni Gereon SS. Theologię Doctori, Theologo & Conſiliario noſtro, nec non Metropolitanæ Colonien. Eccleſiæ Canonico ſalutem in Domino ſempiternam, De tuis legalitate & induſtria confiſi te in noſtrũ in Spiritualibus conſtituimus, facimus, deputamus. Vicarium generalem per præſentes, & tibi plenam facultatem & authoritatem concedimus, quascunque Erectiones, Fundationes & Dotationes nouas, Monaſteriorum, Eccleſiarum Collegiatarum & Parochialium, Cappellarum, Altarium Hoſpi-

talium & aliorum locorum sacrorum beneficiorum Ecclesiasticorũ intra nostras Ciuitatem & Diœcesin existentiũ examinandi & prout de Iure fuerit faciendi, cõfirmandi & infirmandi Beneficia & Officia Ecclesiastica quæcunq;, etiamsi ipsis dignitatibus Monasteriis siue aliis benficiis Ecclesiastici› cura immineat animarũ & diuini cultus augmentum, vel alia rationabilis causa id exposcat, perpetuò vel ad tẽpus vniendi, appropriandi & annectendi, nec non quorumcunque beneficiorũ ecclesiasticorum dictarum Ciuitatis Diœcesis nostrarũ resignationem & permutationem recipiendi & admittendi, personas in eadem beneficia via Iuris transferendi, nec non in causis huiusmodi nomine & tempore Prædecessorum nostrorum ac deinde Sede vacante & per Vicarium prædecessorem tuum cœptis prosequendi & faciendi desuperque statuendi, decernendi & ordinãdi, prout de Iure, faciens quę decreueris in præmissis authoritate nostra per censuras Ecclesiasticas & alia Iuris remedia, inuocato ad hoc si opus fuerit, auxilio Brachii sæcularis, firmiter obseruari, Testes etiam si qui sint compellendi, Censuris similibus veritatis testimonium perhibere, Litteras quascunq; Apostolicas, gratiã siue Iustitiam continentes sub Bulla vel à Pœnitẽtiario sedis Apostolicæ vel legatorũ eius, tam super dispensationibus, quàm absolutionibus & votorum commutationibus & aliis quibuscunq; nobis dirigendis purificãdi & prouisiones eorum faciendi & concedendi, & cum illegitime natis, vt ad Ordines minores promoueri ac beneficia recipere ac retinere valeant dispen-

ſpenſandi, Literas commendatitias & dimiſſorias ad omnes etiam ſacros ordines concedendi ac celebrandi, nec non generaliter & ſpecialiter omnia & ſingula alia, quæ ad Vicarium in Spiritualibus generalem pertinent de Iure vel conſuetudine, licet ea Commiſſionem magis exigerent ſpecialem faciendi & exequendi; ſimulque Indulta à ſanctiſs. Dño noſtro Paulo Papa Quinto cæteris in caſibus ſibi aliquin reſeruatis Nobis conceſſa exercendi & exequendi, Noſtram authoritatem & facultatem in hoc tibi plenarie committimus & concedimus per preſentes, Volumus autem, quod omnes & ſingulæ litteræ & proceſſus per te decernendi & ſigillandi, ſigillo Officialatus Curiæ noſtræ Colonienſis & non alias ſigillẽtur, In quorũ omnium fidẽ ac teſtimoniũm has litteras noſtras Chariſſimi Nepotis & Coadiutoris noſtri ſubſcriptas manu ſigilli noſtri appenſione communiri fecimus, Datum Bonnæ 30. Decemb. Anno à Chriſto nato 1611.

## Reſcripta ſiue indulta aliquot Apoſtolica ad officium eiuſdem Vicarii pertinentia, prout anno 1609. à defuncto Vicario publicata.

HENRICVS Reckluris vtriusq; Doctor Metropolitanę nec non Collegiatę Diui Georgii Eccleſiarũ Colon. Presbyter Canonicus Capitularis & reſpectiue Decanus Curiæq; Archiepiſcopalis ibidẽ Officialis, necnon Reuerendiſs. & Sereniſs. Principis & Domini Dñi. ERNESTI electi & cõfirmati Archiepiſcopi Colõ. S. Romani Imp: per Italiã Archi Cancellarii Principis Electoris, Epiſcopi Leodiẽ. Adminiſtratoris

Monaſte-

1. CVM Pontifex, quoad cauſas ſeculares ſibi nihil jurisdictionis aſſumat, *c. venerabilem. x. de Elect. c. nouit. x. de judic. ſup. tit. 20. & ſeq.* appellatio à ciuili judice ad eius audientiam interpoſita ſecundum juris rigorem non tenet, ſed de facto & conſuetudine eccleſiæa-
2. liud obſeruatur, *c. ſi duobus. 7. §. deniq;. x. de appell.* quod in tantum videtur in Camera Imperiali
3. conſiderari, vt ſi quis ad Pontificem prius appellarit, eiusque judicium agnouerit & prorogarit, non audiatur, *arg. ad l. Papinianus. cum auth. ſeq. C. de ſent. & interloc. om. jud.* vt eſt præiudicium in cauſa Catharinæ Webers / apud *Pet. Mind. lib. 1. de proceſs. cap. 11. num. 2. & 4.* ſin autem
4. appellatus & is qui judicium, quod impugnare intendit, non agnouit, ſupplicet, auditur, & ſæpe cum maximo partium detrimento anteacti proceſſus, non obſtante allegata conſuetudine caſſantur, & principale negotium, de nouo cognoſci demandatur, vt extant diuerſa præiudicia, *apud Adrian. Gylman. in Symphor. tom. 3. Verb. appellare, quibus, &c. & verb. Iudex tom. 6. cap. 1 verſ. 4. Matth. Stephan. lib. 2. de Iurisd. part. 1 cap. 3. num. 195. lib. 3. part. 1. cap. 3. num. 52. & ſeq. Tho. Michaël. d. concluſ. 43.* & adhuc nuper anno 1607. 20. Aprilis, in cauſa *Michaëlis contra VVilhelm. & Mattheis Schroder.*

TITV-

# TITVLVS XXXXIII.

## De executione Sententiæ.

1. *SEntentia in rem judicatam lapsa executioni demandatur.*
2. *Si Executorialibus intra statutum terminum non pareatur ad arctiora & declarationem pœnæ proceditur.*
3. *Etiam à Iudice Ecclesiastico.*
4. *Quando requisitorialibus seu literis mutui compassus opus sit.*
5. *Consuetudo, qua executio statim & immediate Iudici demandatur, tolleratur.*
6. *Requisitus tenetur sententiam à requirente latam exequi.*
7. *Nisi animaduertat processum in fraudem suæ Iurisdictionis esse fabricatum, vel nullum.*
8. *Super rebus in quibus executio facienda cognoscere potest.*
9. *Si sine litteris primi Iudicis irrequisitus executionem faciat, ea erit nulla.*
10. *Si actione Iudicati, siue in factum ex sententia actum fuerit, valide procedit.*

SENTENTIA in rem judicatam lapsa, ni effectu careat, à judice qui tulit, executioni demandatur, *c. quod ad consultationem. x. de sent. & re jud. l. cum quædam. ff. de Iurisd. om. jud. Mynsi. cent. 3. obs. 68. in prin.* primo per literas vt vocant executoriales, ipsi parti victæ siue condemnatæ, quæ si intra statutum terminum non pareat, ad arctiora & declarationem pœnæ proceditur, 1. 2.

ceditur, deinde crescente contumacia, judici sub quo pars vel res moratur, executio demandatur, Cammergerichts Ordnung *part. 3. tit. 48. Gail. lib. 1. obs. 113. num. 1. & seqq. obs. 115. num. 3. Pels. proceß. tit. 49. num. 3. Pet. Frider. Mindan. lib. 2. cap. 65. in prin.* etiam à judice ecclesiastico, adhibitis ad hoc ecclesiasticis censuris, *c. principes. c. administratores. 23. q. 5 c. statuimus. §. fin. vbi gl. x. de maled. Panor. in d. c. 1. num. 11. Gail. d. num. 3. Marant. disput. 1. num. 26.* quæ si contemnuntur, imploratur fortius seculare brachium, *c. nullus. x. de iure patronat. c. 1. vbi gl. & Dd. c. quoniam. x. de offic. ordinar. d. c. principes. Bart. in l. à Diuo Pio. §. sententiam. num. 5. ff. de re jud. §. 1. auth. vt differ. jud. col. 9. c. dilecto filio. x. de sent. excom. in 6. Mind. d. cap. 65. num. 5.* & si judex condemnati ad jurisdictionem judicis, qui sententiam tulit, minimè pertineat, requisitione siue literis requisitorialibus seu mutui compassus in juris subsidium opus est, *c. romana. §. contrahentes, vbi Dd. x. de for. comp. in 6 l. properandū. §. fin autè reus. C. de Iudic. l. à Diuo Pio. §. sententiā. vbi Bar. Castren. & alij ff. de re judic. l. cum quædam, vbi Zas. nu. 19. & seq. ff. de Iurisd. om. jud.* Vbi autem is stylus alibi inualuit, quod executio sententiæ, non ipsi parti prius, sed statim & immediatè judici demandetur, vt is partem ad paritionem compellat, melius tolerari potest, quam si statim initio per mandatum pœnale, etsi cum iustificatoria clausula, iudici immissio seu expandatio deferatur, exinde enim, vel per fauorem vel ignorantiam judicis, qui forte nescit distinguere inter primum & executiuum mandatum, cum vel sine clausula multas iniquas execu-

tio-

ecutiones & bonorum deoccupationes, quæ nō
niſi cum magno temporis & expenſarum di-
ſpēdio reparari poſſunt, oriri docet experientia.
Interim requiſitus tenetur ſententiam à requi- 6.
rente latam exequi, *d. c. romana. §. contrahentes vbi Dd. & in d. §. ſententiam. & §. ſin autem reus.* atq;
ita vnus judex alterum, adiuuare, ſecularis eccle-
ſiaſticum per gladium materialem, *c. vnam ſanctam de maior. & obed. in extrau. com.* è conuerſo
eccleſiaſticus ſecularem per gladium ſpiritualem
*Gail. obſ. 115. num. 2. Couar. pract. quæſt. cap. 10. num. 10.* Cammergerichts Ordnung/ *de anno 1517. tit. 17. de anno 21. tit*, execution der vrtheil/ *de anno 55. part. 3. d. tit. 48. §.* Vnd ob die/ ꝛc quemadmo-
dum hi duo gladii conſueuerunt, exigente ne-
ceſſitate ſibi inuicem ſuffragari, & in juuamen
alterius ſubuentione mutua frequentius exer-
ceri, *text. in d. c. dilecto. x. de ſent. excom. in 6.* niſi re-
quiſitus animaduertat proceſſum in fraudem
ſuæ jurisdictionis eſſe practicatum, *arg. c. ex teno-* 7.
*re. x. de for. compet. Coſtal. in l. 1. ff. de Iud. Matth. Ste. de Iurisd. lib. 1. cap. 25. num. 51.* vel omnino nullum
*Fran. Mar. quæſt. 119. nu. 4.* quāndo autē, qualiter, &
ſuper quibus exceptionibus cognoſcere poſſit,
*vide Gail. d. obſ. 113. nu. 7. & 8. Menoch. de arbit. Iudic. quæſt. 38.* ſatis recte ſuper rebus, in quibus ex-
ecutio facienda, *d. l. à Diuo Pio. §. in venditione. &* §. 8.
*ſi ſuper rebus*, & ſi ſine literis primi judicis, irre-
quiſitus executionem fecerit, executio erit nulla 9.
*Zaſ. in d. l. cum quædam. nu. 21. Mynſ. Cen. 3. d. obſ. 68.*
ſecus quam ſi actione judicati ſiue in factum ex
ſententia actū fuerit, tunc valide procedere po-
teſt, *Bart. in d. §. ſententiam. nu. 1, ibi apoſtol. & Gail. li.* 10.
*2. de*

*2. de pac. public. cap. 17. num. 35.* vel ordinarie, juxta *Bart.* vel ſummarie, juxta *Zaſ. in l. intra ff. de re jud* & hoc in Camera ſeruatur, *Gail. d. obſ. 113. num. 9. & ſeq.*

SIt Deo Meo LaVs sItqVe gLorIa
SItqVe ſanCtæ roManæ eCCLesIæ LeCti
CensVra,
VtI DatVr & ſaCro IMperIo.
IVDICIVM.

SEQVVN.

# SEQVVNTVR ALIQVOT COMMISSIONES EDICTA ET REFORMationes Curiæ Ecclesiæ Colonienſis.

1. *Commiſsio Vicarij in Spiritualibus.*
2. *Reſcripta ſiue Indulta aliquot Apoſtolica ad officium eiuſdem Vicarij pertinentia, prout anno 1609. à defuncto Vicario publicata.*
3. *Commiſsio Officialis ſiue Vicarij in caſibus Iuſtitia.*
4. *Ordinatio Reuerendiſsimi inter Magiſtrum & latores litterarum ac ſuper aliis anno 9. in Octobri publicata.*
5. *Edictum de immatriculandis Notarijs & exequendis mandatis.*

## Commiſſio Vicarii in Spiritualibus.

ERNESTVS Dei gratia Electus & Confirmatus Archiepiſcopus Colonien. Reuerendo & Doctiſſimo nobis fideli dilecto Otthoni Gereon SS. Theologię Doctori, Theologo & Conſiliario noſtro, nec non Metropolitanæ Colonien. Eccleſiæ Canonico ſalutem in Domino ſempiternam, De tuis legalitate & induſtria confiſi te in noſtrũ in Spiritualibus conſtituimus, facimus, deputamus. Vicarium generalem per præſentes, & tibi plenam facultatem & authoritatem concedimus, quascunque Erectiones, Fundationes & Dotationes nouas, Monaſteriorum, Eccleſiarum Collegiatarum & Parochialium, Cappellarum, Altarium Hoſpi-

ſpenſandi, Literas commendatitias & dimiſſorias ad omnes etiam ſacros ordines concedendi ac celebrandi, nec non generaliter & ſpecialiter omnia & ſingula alia, quæ ad Vicarium in Spiritualibus generalem pertinent de lure vel conſuetudine, licet ea Commiſſionem magis exigerent ſpecialem faciendi & exequendi; ſimulque Indulta à ſanctiſs. Dño noſtro Paulo Papa Quinto cæteris in caſibus ſibi aliquin reſeruatis Nobis conceſſa exercendi & exequendi, Noſtram authoritatem & facultatem in hoc tibi plenarie committimus & concedimus per preſentes, Volumus autem, quod omnes & ſingulæ litteræ & proceſſus per te decernendi & ſigillandi, ſigillo Officialatus Curiæ noſtræ Colonienſis & non alias ſigillétur, In quorũ omnium fidẽ ac teſtimoniũm has litteras noſtras Chariſſimi Nepotis & Coadiutoris noſtri ſubſcriptas manu ſigilli noſtri appenſione communiri fecimus, Datum Bonnæ 30. Decemb. Anno à Chriſto nato 1611.

## Reſcripta ſiue indulta aliquot Apoſtolica ad officium eiuſdem Vicarii pertinentia, prout anno 1609. à defuncto Vicario publicata.

HENRICVS Reckluris vtriusq; Doctor Metropolitanę nec non Collegiatę Diui Georgii Eccleſiarũ Colon. Presbyter Canonicus Capitularis & reſpectiue Decanus Curiæq; Archiepiſcopalis ibidẽ Officialis, necnon Reuerendiſs. & Sereniſs. Principis & Domini Dñi. ERNESTI electi & cõfirmati Archiepiſcopi Colõ. S. Romani Imp: per Italiã Archi Cancellarii Principis Electoris, Epiſcopi Leodiẽ. Adminiſtratoris

Monaſte-

Monasterienſis, Hildesheimenſis Eccleſiarum, Principis Stabulenſis, Comitis Palatini Rheni ſuperioris & inferioris Bauariæ, Weſtualiæ, Angariæ & Bullionis Ducis, Marchionis in Franchimont, &c. Domini noſtri Clementiſſimi in Spiritualibus Vicarius generalis & in negotiis diſpenſationum, abſolutionum, vnionum, aliarumque gratioſarum ad Archiepiſcopales caſus & ordinarii Poteſtatem ſpectantium conceſſionum intra Ciuitates & Diocœſin Colonienſem occurrentium Commiſſarius ſpecialiter deputatus. Vniuerſis & ſingulis Decaniarum Ruralium ſiue Chriſtianitatum per Diocœſin Colonienſem conſtitutarum, vbicunque locorum reſidentibus Decanis & eorum ſingulis Salutem ſempiternam. Poſtquam antehac Sanctiſſimus in Chriſto Pater & Dominus noſter, Dominus PAVLVS diuina prouidentia Papa eius nominis Quintus, temporum & locorum horum neceſſitatibus ita poſtulantibus, benememorato Reuerēdiſſimo & Sereniſſimo Archiepiſcopo, Electori Colonienſi, &c. ad maiorem ſubditorum Metropolitanæ Eccleſiæ & Diocœſis Colonienſis, & aliorum tam Eccleſiaſticorum quam ſecularium ædificationem, ſolamen, ſecurioremque vitæ ac ſtatus eorundem proſperitatem atque æternam animarum ſalutem certas quaſdam & ſingulares facultates in caſibus etiam pleriſque, alioquin ſacroſanctæ Sedi Apoſtolicæ reſeruatis, diſpenſandi, abſoluendi, aliaſq; gratias concedendi, de ſpeciali Pontificia benignitate indulſerit, ac ſua Sereniſſima Celſitudo nobis tanquam Vicario in Spiritualibus generali pro tempore

pore eiuſmodi facultates Apoſtolicas non minus, quam Ordinarias, citra etiam præiudicium earundem, in caſibus emergentibus ac neceſſitatibus prædictis, per & intra Ciuitates & loca omnia totius Diœceſis Colonienſis fideliter exercendi & exequendi, munus ac vices commiſerit. Nos, ea quæ ad ſubditorum & Diœceſanorum quorumcunq;, Domino noſtro Committenti antedicto, tanquam Ordinario ſiue in temporalibus ſiue ſpiritualibus quomodo libet ſubiectorum ſalutem, emẽdationem & profectum orthodoxæq; fidei ac religionis reſtaurationem & incrementum, ac præcipue diuinæ indignationis placationem & auerſionem tendunt, Vobis omnibus & ſingulis ſupradictis, & veſtrum cuilibet certioranda & ſignificanda, ideoq; prædictarum facultatum Apoſtolicarum ſummaria capita in breue compendium contracta ſub infraſcripto tenore tranſmittenda eſſe duximus. Vosque ſimul in Domino requirimus & hortamur, vt prima Synodo ſiue congregatione Capitulari, quam in Decaniis ſeu Chriſtianitatibus vobis concreditis ſeruaueritis, ac deinceps ſubſequentibus Synodis vniuerſis & ſingulis Parochis, Paſtoribus, Diuinorum Rectoribus, Vicecuratis ſeu Sacellanis Eccleſiarum veſtris Capitulis ſiue Decanatibus ſubiacentium, non ſolùm præmiſſa notificetis & publicetis, verum etiam de ſubditis in matrimoniis de jure Canonico & diuino prohibitis, aliaſque in ſcandaloſo vel periculoſo ſtatu viuentibus ſerio inquiratis & inquiri, eoſdemque ad ſaniorem mentem reduci; & vt remediis modo præmiſſo à ſancta Sede A-

postolica in ipsorum commodum & animarum salutem obtentis vtantur, sedulo admoneri faciatis & curetis. Qua in re id quod vestri officii nomine vobis maximè incūbit, subditorumq; correctioni & conscientiarum securitati perpetuæque saluti omnino deseruit præstiteritis. In fidem præmissorum præsentes Literas per specialem nostrum in Spiritualibus Notarium infranominatū subscriptas, sigilli nostri maioris sub impressione iussimus & fecimus cōmuniri. Datūm Colonię Anno Domini Millesimo, sexcentesimo nono. Die quidem Martis decima sexta mensis Iunii. *Sequuntur nunc summaria facultatum Apostolicarum concessarum à Summo Pontifice PAVLO V.* Sereniſſimo Archiepiſcopo Coloniēſi, Epiſcopo Leodiēſi, &c. In primo diplomate 7. Calendas Auguſti, Anno 1607. (*a*) FACVLTAS in Colonienſi, Leodienſi, Friſingenſi, Monaſterienſi & Hildesheimenſi Diœceſibus per Epiſcopum vel eius Officiales ſiue Vicarios in Spiritualibus generales, hæreticos & eorū fautores, quique libros eorum legerint, ſubditos etiam aliarum partium, vbi hæreſes impune graſſantur, tam ſeculares quam regnlares quoscūq;, ſi reſipuerint, ab hęreſibus & excommunicatione, ſuſpenſione, interdicto aliiſque cenſuris & pœnis idcirco incurſis in vtroque foro citra aliquam habilitatem aut diſpenſationem abſoluendi, dum modo relapſi non ſint, nec præuentum de iis iudicium, quo caſu Pontifex vel generalis inquiſitio conſulenda. Similiter per Epiſcopum tantum cum iiſdem ſuper irregularitate præmiſſorum occaſione contracta, quoad

Execu-

Executionē Ordinū tantùm in vtroq; foro dispensandi. Itē subdelegandi Pastoribus facultatē eosdē in foro conscientię absoluendi; Si quis vero alienę Diœcesis in vtroq; foro absoluatur, fides recōciliationis in forma authentica ad Ordinariū transmittēda. In secūdo diplomate. Anno 1607. 6. Decēbris. FACVLTAS in Diœcesibus Colonienſi & Leodienſi, pauperes siue eos, qui quotidiano labore & industria viuunt ab incestu in tertio vel quarto, aut tertio & quarto mixtis, multiplicibusue consanguinitatis & affinitatis gradibus sciēter vel ignorāter matrimonio interueniente vel non, nec nō in secundo ex actu fornicario ignoranter commisso in vtroq; foro, iniuncta pœnitētia arbitraria absoluendi, & cum iisdē dispensandi, gratis tamen ad effectū matrimonii inter se ac cum aliis etiā pauperibus similibus gradibus coniunctis cōtrahendi, proleſq; susceptas & suscipiendas legitimas decernēdi, dummodo mulieres propter hoc raptæ nō fuerint. In tertio Diplomate subdata Ann. 1607. 7. Decembris. FACVLTAS arctatos quoscunque Diœcesis Colonienſis ad minores & maiores Ordines extra tempora à Iure statuta, (b) & non seruatis interstitiis à Concilio Tridentino designatis promouendi. Itēq; indulgendi degētibus, vbi penuria piscium est, ouis & lacticiniis quouis tēpore, præterquā maiore hebdomada



(a) Facultas absoluendi ab hæresi pertinet de iure communi ad ordinarium, *c. ad abolendam. x. de haretic. c. presbyteros. dist. 50.* abundans interim cautela non nocet.

(b) Ordinarius dispensat cum ordinato extra tem-

& quatuor temporibus veſci. Item Simoniacos abſoluendi in foro conſcientiæ, dimiſſis beneficiis & rebus per Simoniam obtentis.

*Chriſtianus Arck Protonotarius in Spiritualibus ſubſcripſit.*

## Commiſſio Officialis ſiue Vicarii in caſibus iuſtitiæ.

ERNESTVS Dei gratia ſanctæ Colonienſis Eccleſiæ Electus & Confirmatus Archiepiſcopus Colonienſis, Sacri Romani Imperii per Italiam Archicancellarius, Princeps Elector, Epiſcopus Leodienſis, Adminiſtrator Hildesheimenſis, Monaſterienſis & Freiſingenſis Eccleſiarum, Princeps Stabulenſis, Comes Palatinus Rheni, Superioris & Inferioris Bauariæ, Weſtualiæ, Angariæ & Bullionis Dux, Marchio Franchimontanus, Legatuſque natus, Venerabili Deuoto nobis dilecto Zachæo ab Horrig Iurium Licentiato ſalutem in Domino, Cum Officialatus Curiæ noſtræ Colonienſis per obitum venerabilis, deuoti, nobis dilecti Henrici Reck, Iurium Doctoris, Metropolitanæ Eccleſię noſtræ Colonien. Presbyteri, Canonici & Decani ad S. Georgium, de præſenti vacet & Nobis vti Electo & Confirmato Archiepiſcopo Colonien. Eccleſiæ incumbat, Iuſtitiæ adminiſtrationem promouere. Ne igitur partes litigantes in proſequendis vel introducendis cauſis remorentur, ſed potius Iuri & Iuſtitiæ ſuus certus & legitimus curſus permaneat, Tibi cuius, legalitatem fidem & Induſtriam exploratam habemus, officium huiuſmodi Officialatus conferimus, omnimodam poteſtatem dantes, in prædi-

cta Curia noſtra Colonie. præſidendi, ac de cauſis Introductis vel introducendis tam ciuilibus, quam criminalibus, prophanis mixtis & aliis quibuſcunque ad forum dictæ Curiæ noſtræ inter quaſcunque perſonas cuiuſcunque ſtatus & conditionis extiterint motis & mouendis plenarie ac ſummarie cognoſcendi, Ipſasq; cauſas ſi opus fuerit reſumendi, vlterius tractandi, finiendi & decidendi, ſententias tam diffinitiuas, quam interlocutorias ferendi, crimina & exceſſus quorumcunque ſubditorum noſtrorum & Eccleſiæ noſtræ Colonien. corrigendi, puniendi pœnas & emendas publicas & pecuniarias, mulctas & cenſuras Eccleſiaſticas fulminandi & relaxandi, Excommunicatos dictæ noſtræ Colon. Eccleſiæ Authoritate in forma Iuris abſoluendi, omniaque alia & ſingula quæ meræ noſtræ Iurisdictionis fuerint & non ordinis ac ad noſtrũ Officialem quouis modo de Iure vel conſuetudine pertinent ſeu pertinere & ſpectare dignoſcuntur faciendi, exercendi & exequendi, In quibus omnibus & ſingulis modo & forma expreſſis, damus tibi & concedimus tenore præſentium plenam & omnimodam facultatem ſententias vero & cenſuras, quas rite tuleris, fauente Deo authore vſq; ad ſatisfactionem condignam firmiter obſeruari, In fidem omnium & ſingulorum præmiſſorum litteras manu noſtri Nepotis & Coadiutoris ſubſcriptas, ſigilli noſtri ſub impreſſione iuſſimus & fecimus communiri, Datum in Caſtro noſtro Bruel vltima Septembris, Anno 1611.

*Ferdinand. ſubſcripſ.*



Digitized by Google

## Ordinatio Reuerendiſſimi inter magiſtrum & latores litterarũ ac ſuper aliis anno. in 9. Octob. publicata.

FERDINANDVS Dei Gratia, &c. Curaeitea quæ circa Executionem Mandatorum & officium Magiſtri latorum nuper ordinata, ac publicata ſunt cũ omnibus, inter procuratores Notarios & Curiæ Archiepiſcopalis Colonienſis & Magiſtrum Latorum inde exortis differentiis, denuo examinari, reuideri, & de iis hanc declarationem fieri quam ſeriò mandat, vſque ad reuocationem, in omnibus & ſingulis ad amuſsim ſeruari.

1. Magiſter Latorum ſit continuo præſens in Ciuitate, & in ſuo officio diligens, iuxta ordinationem ſubdata 1. Aprilis Anno 1607. nec ſit Aduocatus vel ſollicitator in aliqua cauſa coram Officiali pendente, ſub pœna ſuſpenſionis ex nunc vel etiam amotionis officii, pro arbitrio Principis.

2. Officium Curſoris diligenter adminiſtret cum virga argentea, præcedendo Officialem ad Audientiam euntem, & inde domum redeuntem, exequendo Mandata in Ciuitate Colonien. & reliqua faciendo, quæ ab antiquo huic officio incubuerunt, etiamnunc incumbunt, ſub pœna duorum florenorum aureorum, ſingulis vicibus, quoties omiſerit, ſigillifero ſoluendorum.

3. De cauſis Weſtphalicis & Appellationum, vtpote ad eius officium antiquitus non pertinentibus, ſeſe non intromittat, iuxta §. Item Sigillifer &c. dictæ ordinationis de Anno 1607. 1. Aprilis.

4. Moræ periculum non ipſius, ſed Officialis arbitrio & diſcretioni relinquitur, ſine aliquo concordię lucro, ſeruato modo eiuſdem Ordinationis in §. ſin etiam partes.

5. Latores in ſuo officio contineat, eorum exceſſus &

& defectus ſedulo inquirat, corrigendos & ſemouendos ad Dominum Officialem, & ſigilliferum maiorem ſingulis menſibus referat.

6. Mandata pro ſigillatione ad ſigilliferum minorem deferat, neceſſario impeditus, ſignata per latores vel partes, ſigillanda tranſmittat, ſigillata ad exequendum, executa ad reproducendum ſine procraſtinatione & affectione diſtribuat omnibus, ad prothocollum ſuum relatis.

7. Quinque duntaxat Latores erunt Ordinarii, prout hactenus, reliquis omnibus remotis, qui omnia & ſingula mandata, ſine aliquo diſcrimine exequentur, & ſi forte non ſufficiant, vel omnes aliquando abeſſe contingat, in euentum & ſubſidium iuxta § Et quinque tantum, &c. d. Ordinationis vnus atque alter per Dominum Officialem & Sigilliferum maiorem ad hoc qualificatus, & aſſumptus, ablegabitur.

8. Huiuſmodi Latores non emant, nec ſuſcipiant in ſe lites, vel ſolutiones neque de quota litis paciſcantur nec partes ad litigandum ſub promiſsione victoriæ vel honorarii incitent, ſub pœna priuationis.

9. In reliquis punctis, Magiſter & Latores ſeruabunt ordinationes, reformationes, ac leges antehac publicatas. & ſeruari mandatas, donec aliud cum cauſæ cognitione ordinatum fuerit.

10. Executiones autem mandatorum non aliter nec ab aliis quam Iuratis latoribus, vel per eorum, directionem à locorum Parochis factæ recipientur nec validæ erunt, niſi pars Citata compareat, & vltro ſe ſubmittat.

11. Pari modo non recipientur, nec validi erunt, impoſterum actus, vel contractus aliqui, coram aliis, quam in Cancellaria per ad hoc deputatis, examinatis admiſſis, & immatriculatis Notariis, legitimè celebrati, & ad formam prothocolli redacti.

12. Præter hæc reperiuntur paſſim magni abuſus, & inutiles termini circa proceſſum, de accusādo cōtumaciā, proteſtādo de abſentia Dñi. de fatalibus nō lapſis neq; labēdis, citra exhibitionē alicuius diligētia

peten-

petendo Iuſtitiam, vel ſimile quid, &c. Ideo mandat Sua Seren. ne procuratores aliquos inutiles terminos proponant, nec propoſitos Notarii ad Acta redigant, ſub reiectionis Actorũ, & alia arbitraria pœna, quod ſi verò neceſſitas poſtulet, prout non raro exigit, Aduerſariũ de purganda contumacia, & Iudicem de adminiſtranda Iuſtitia interpellare, aliaſque de adhibita diligentia, & non labendis fatalibus proteſtari, poterit huiuſmodi interpellatio & proteſtatio iterum, ac ſæpius fieri, ſed non, niſi ter, ſine aliqua extenſione ad Acta redigetur, Et ſi cauſæ appellationis deciſio, in ſecundum, tertium, & plures Annos, interueniente impedimento differatur, ſingulis annis ternam inſtantiam ſiue proteſtationem de fatalibus non lapſis, neque labendis, ad Acta regiſtrare licebit.

13. Cauſas exigui momenti & infra decem daleros, ſine ſtrepitu, & figura judicii ac appellatione, Officialis cognoſcat, ſalua reuiſione vel reſtitutione in integrum.

14. Supra decem daleros, intra ſummam priuilegii de non appellando ad Cameram bis committat, ipſemet vero tertio cognoſcat & decidat iuxta reformationes antehac publicatas.

15. Ad Cameram appellabiles, ad minus ſemel committat, & in ſecunda inſtantia ipſemet cognoſcat, relicta facultate appellandi ad quemcunque ſuperiorem.

16. Et quo melius hæc omnia ſeruari valeant, grauatus non niſi gradatim ſine omiſſione medii ad Officialem, ſub pœna ſuſpenſionis procuratorii aliasque arbitraria, appellare, & cauſam introducere debebit.

17. Cum & remedium L. diffamari, C. de ingen. & manumiſs. in magnum abierit abuſum, quo ſubditi indifferēter in omnibus & ſingulis cauſis, etiam ſine præuia legitima diffamatione ad proponendum Actiones citantur, cum annexa inhibitione contra partes & judices de non procedendo, eoque modo, vel alias citati coram judice citante actiones ſuas proponere coguntur; quod cum in præiudicium aliorum Ordinariorum Iudiciorum tendat, Iurique aduerſetur, quo permittitur citato veluti Actori vnum ex pluribus competentibus iudicem eligere, coram quo Actiones ſuas proponere velit, Ideo vbi citatus iam ante vel infra terminum à citante judice conſtitutum Actiones ſuas coram alio Ordinario Iudice propoſuit, de quo documentum exhibeat, præcipit Sua Seren. Citatum eò, ſine mora remittere, nec in futurum Citationi ad proponēdum Actiones, &c. Inhibitionem annectere. Quæ omnia & ſingula Reueren. Sua Seren. ſic vti præmittitur, vſque ad vlteriorem ordinationem firmiter obſeruari ac manuteneri ſtatuit, ac mandat. In quorum fidem præſentes litteræ eiusdem S. Serenit. manu ſubſcriptæ & Archiepiſcopalis ſigilli ſubappreſſione ſunt communitæ, Datæ Bonnæ, Anno 1609. die 7. Menſis Octobris.

*Publicatum 26. eiusdem Menſis Coloniæ, in Aula Archiepiſcopali, præſentibus Cancellario, & alijs quibusdam Conſiliarijs Reuerendiſſimi, necnon omnibus illius Conſiſtorij Officiatis.*

*Edictum*

## Edictum de immatriculandis Notariis & exequendiis mandatis.

GOTTES Gnaden wir Ernst Ertzbischoff zu Cölln/ des Heiligen Römischen Reichs durch Italien Ertz Cantzler vnd Churfürst / Bischoff zu Lüttig / Administrator dero Stifftet Münster/ Hildesheim / vnnd Freysing/ Fürst zu Stabul des Primat vnd Ertzstiffts Magdenburg Thumprobst/ Pfaltzgraue bey Rheyn/ in Obern vñ Niedern Beyern / Westphalen/ Engern/ vñ Bullion Hertzog / Marggraue zu Francimõdt/ ꝛc. Thun kundt/ vñ menniglich hiemit zu wissen/ das wir eine geraume zeit hero im werck befunden vnnd erfahren / wie zu abbruch schmelerung vñ Confusion vnsers Ertzstiffts Cölln höch- Ober- vñ gerechtigkeit/ auch võ alters wolherbrachter ordinari iuri diction verscheidene Proceß/ Vrtheil/ Brieff/ vñ Executorial Mandata, ohne rechten gemachtẽ vnderscheid/ vñ intitulatur, wie auch derẽ Richtern/ vnd exequirenden Pottẽ vnd Notariẽ außgelassẽ/ verkündet vñ auff derẽ execution beſtöden/ vñ ohne vnsere/ vnd vnserer Beambtẽ gebürliche requisition getrungen würd / das auch durch vnerfahrẽheit derẽ Notariẽ/ die Executiones nit recht fürgenõmen/ zu dem hin vñ wieder viele in dẽ Rechtẽ vnbeſtendige Teſtamẽt/ Contract vñ andere Actus ins gemein aufgericht/ beſchriebẽ vñ instrumẽtirt, dardurch mehr vnruh / newe beſchwerliche/ langwirige Proceſſen/ vñ koſtẽ den armẽ Leuthen zum höchſten verderben verursacht werdẽ/ vnd wir dañ allem ſolchen vnordentlichen vnrichtigen/ auch vnserm Ertzſtifft/ vnd deſſen Ordinari iuris-

diction hochnachtheilicher verhandlūg/vñ das biß-
hero ins gemein dē armen ohne das gnug verderb-
ten Vnderthanen zu wachsenden vnwiderbringli-
chen schaden länger vngeandt nicht zusehen sollen
noch wollen/So befehlen wir demnach allen vnd
jeden vnseren Räthen/Officialen/Commissarien/
Ambtleuten/Vögten/Schultessen/auch Bürger-
meister/Scheffē/Räth/vñ andern Befelchhabern/
Potten vnd Vnderthanen/sampt vnnd sonders/
gnedigst auch ernstlich hiemit/ vnd wollen/das jhr
fürbas keine mandata oder Proceß/ eintchs vrths
in vnserē Ertzstifft von Geist- oder Weltlichen an-
nehmē/viel weniger darauff einige würckliche Exe-
cution thuen/oder auch durch andere beschehen las-
sen/es seyen dann dieselbigen bey euch selbst Iudi-
cialiter cum causæ cognitione außgeführt / oder
vnder vnserm Officialat Siegelen in Cölln/Bon/
oder vnserm Churfürstlichen Secret außgefertigt/
Soltē aber einige mandata, Vrtheil/Executorial
oder requisitorial Brieff vnder eins andern Rich-
ters nahmē verkündet/vñ deren Execution gesucht
werden / habt jhr dieselbe zu vnser Cantzeley auff
Bonn zuuerweisen/gestalt daselbst gebürlichen be-
scheidts zuerwarten/biß dahin aber mit der Execu-
cution einzuhalten/Wie jhr dann auch keine No-
tarien zu auffrichtung vnd beschreibūg einiger Te-
stament/ Contract/ Instrument/oder documen-
ten zu zulassen/viel weniger solche Actus, was derē
nach drey Monatē von zeit publication dieses ge-
macht/als gültig vnd bestendig/ in- oder ausserhalb
Gerichts anzunehmē/ sonder mehr/als nichtig vñ
vnkreffrig zuuerwerffē/darauff keine Proceßē zuer-
kennen/ viel weniger einige Execution zuerstattē/

biß dahin ſolche Notarii bey vnſer Bonniſchen Cantzeley/examinirt/approbirt/eingeſchrieben/vnd euch dießfals gnugſamer ſchein vorbracht/zu welchem endt jhr alle vnd jede Notarien / die jr Notariat ampt in vnſerm Ertzſtifft eins / oder des anderen orths zu vben/vnnd zugebrauchen vorgenomē/ anhero zu vnſer Cantzley ad examinandum vnnd ferneren gebürlichen beſcheides abwartung zuuerweiſen/alles bey vermeidung vnſer ſtraff vnnd vngenadt/wie wir vns dann dieſelbige ſtraff / ſonderlich auch gegen die jenige Notarien/welche ſich vorberürter Contract auffrichtung / auch deren Execution/Inſinuation/vngeacht gegenwertigen vnſeren Edict vnnd verbots einiges wegs vnderfangen/außtrücklich hiemit vorbehalten thun/an deme allem beſchicht vnſer zuuerleſſiger/gnedigſter/ auch ernſt-vnd endlicher befelch hiemit. Vrkund vnſers zu endt auffgedruckten Secrets. Geben den 8. Monatstag Nouembris Jm 1609. Jahre.

Digitized by Google

Digitized by Google